cum utilitate et fine bo-
ne medicinalis operatio-
nis erunt admonitiones
videndum

[I]n hoc omnes sapientes conueni-
unt quod medicus cum primo acce-
dit ad infirmum quocumque tempore
sit infirmitas debet uti delib-
eratione et inquisitione super naturam et con-
suetudinem infirmi in omni re scilicet ad cibum
appetitu et similibus. In pulsu vero sci
medicus cum maxima instantia et deli-
berata quo ad laycos considerare sed veritatem
ignorare non conuenit. Astute tangere
cum quiete pulsum infirmi est conueniens
et est bonum videre ut medicus sit intelli-
gens de hac re nam omnia talia fi-
dem faciunt de medico que est valde utilis
et in conueniendo operatione medicinali et
per hoc astantes bonam habent presu-
mptionem de medico. Et in quibus
rebus medicus delectetur hora sanitatis
inquirere conuenit et etiam de sompno
et vigilijs et similibus. Et cum hac de-
liberatione inquirere debet de infirmitate
eius et causis et hoc per consideratiom insu-
perfluitatibus egestione urina sputo et
sudore et per narrationem infirmi et asta-
ntium et similiter per horas inuasionis mole-
stationis et quietis nam talis inqui-
sitio cum deliberatione reddit medicum au-
torizabilem et sufficientem inter laycos et
amicos infirmi et faciunt de se et sua
scientia per talem inquisitionem fidem infirmo
et astantibus etiam si ipse debilis aut
paruæ scientie fuerit et per hoc confortatur
mens infirmi super eius operationem et
fit operatio medicinæ nobilior et con-
fortatur tantum anima infirmi per hanc
fidem et ymaginationem quod operetur
contra infirmitatem fortius nobilius et
subtilius quam faciat medicus cum instru-
mentis et medicinis. Conueniens est ut in omni
infirmitate pronosticatione utaris per
memorationem preteriti et considerationem
presentis seu demonstrationem enunciando de
futuro astantibus et amicis infirmi

ea que videntur magis propinqua veritati et
non credatur de te quod sis causa mortis
eius qui moritur sed sis causa salu-
tis eius qui saluatur. Nam talis na-
rratio medicum extollit et famam
eius multiplicat cum honore et uti-
litate. Nullo modo presumas coram
infirmo ipso audiente aliquam debilitatem
de eius vita proferre neque aliquid mali
de eo etsi de eius salute fuit despe-
ratus. Sed medico semper conuenit infir-
mo salutem promittere ut ymagi-
natio bone dispositionis et salutis firma
remaneat. Nam talis infirmitas
de salute operationem medici iuuat
in omni re et effectus medicinarum conti-
nuas et infirmitates melior et no-
bilior reperitur. Amicis vero et secretis
totam veritatem exponas de eo quod tibi
per signa notorium fuit ut omnis suspicio
si infirmus ad malum conuertere contingit
mentibus amicorum infirmi per tuam
bonam et veram narrationem tollatur. Non
delectetur sapiens in laudibus stultorum
nam per hoc monstratur et si in talibus
delectetur ut stultorum habent familiarita-
tem quod inconueniens est et inhonestum.
Unde dicitur stultorum laus dedecus est. Cum lay-
cis habere familiaritatem non placet
quia layci semper sapientibus detrahunt.
Unde dicitur familiaritas nimia parit
contemptum et est inhonestum et inde-
cens est quod coram infirmo et laycis
de causis infirmitatis et operationibus
disputando determinare. Nam ex
isto modo inquisitionis layci tamquam
veritatem ignorantes et veritatis cum
sapientem deprimunt et ignorans
multotiens ab eisdem pro perito re-
putatur. Melius et decentius est ut omnis
inquisitio fiat in alto solio in secreto ut
hic layci cum animus infirmi causas
discordie et controuersie inter operationes
huius artis dicere possit se incommode
inuenisse. Nam omnes layci propter
discordiam repertam inter medicos secundum
sermonem et aliquam inquisitionem causarum
et egritudinum artem medicinalem reputa-
nt vanitatem et dicunt medicos non
conabiliter cum egros sed ut plurimum
talia operari et hoc non est nisi nimis ignorantia.

Nota

Capitulum primum primi libri in quo determinabitur de conservatione sanitatis a die conceptionis usque ad ultimum terminum vite

Estimare aliquid de eo quod pertinet ad pregnationem est utile maior causa valde et est hoc dicere de hijs que sunt necessaria et utilia mulieribus tempore conceptionis ne aborsum mittant conveniens est. In hoc quem unt omnes phisici et antiqui medici convenientes est extremum est quod distat a medio vel ad equalitatem multum quia extrema omnis sex rerum non naturalium sive naturalium provocant pregnantem ad aborsum videlicet extremitas aeris propter nimiam caliditatem vel frigiditatem et quietis et motus et cibi et potus sompni et vigilie inanitionis et repletionis et accidentium anime. Propter hoc dicit almansor in libro de regimine pregnantis quod pregnans debet sibi cavere cum magna diligentia ne se exponat longo tempore in sole et in principio capitulo de regimine pregnantis Avicenna confirmat illud libro 3. capitulo de aborsu

De sompno pregnan[tis]

Sex res non naturales

et unguento de vasina alba quod facit
sibi partum allevialt et ipsum facilem
facere consuevit. Bonum est ut pregnans
delectetur et gaudeat et utatur hiis
que ad hoc faciunt ut cantilenis et
instrumentis musicalibus nam ista confortant
naturam et calorem naturalem et spiritus et addunt
in nutrimentum fetus et corroborationem
eius. Summo opere ab ira abstineat et
tristicia et sollicitudine et fletu nam
ista affligunt nam pregnantis et
exiccant humiditatem naturalem et
resolvunt spiritum et calorem naturalem et
preparant mulierem ad aborsum. Hora
vero partus obstetrix debet ungere ylia
et renes et ventrem et vulvam
et inguina cum unguentis et oleis
dictis et aliis que dicemus cum de
terminabimus de hiis que facilem fa
ciunt partum et que educunt secun
dinam et fetum mortuum et ponat
de eisdem cum manu intra vulvam
et faciat obstetrix parturientem per
domum vel cameram sursum deambu
lare et elevet sibi ylia et renes cum
manu et sursum pingat et faciat
parturientem sedere cruribus exten
sis et postea retrahat crura et cox
as versus se. Utatur balneo ut
dictum est ante horam partus per
dies plures. Si autem in partu propter
dolorem debilitaretur mulier confor
tetur cum vino odorifero et bro
dio galline pinguis vel brodio et
carnibus edi et vitellis ovorum. Si
vero partus esset durus vel tardaretur
sumat in potu cum vino calido
decoctionis unius (?) drachme de
mirra vel ʒ j fumi terre cum vino
calido. Si vero medicinas sumere
non posset fiat suffumigium cum em
boto ex mirra et ex felle vaccino
et castoreo et sauina et opopo (?) et
sulfure et similibus. Si vero adhuc
magis tardaretur fiat sternutato
rium cum rebus dictis superius. Si
vero secundina non exiret vel sangui
nis menstruis in quantitate debita fiat
medicine quas in capitulo de hiis que ad
ducunt secundinam et fetum mortuum
dicemus. Si autem sanguis menstruus

nimis fluxerit constringatur ut dicemus
capitulo de constrictione menstruorum. Ante
nativitatem infantis si est possibile eligatur
nutrix infantis vel post nativitatem
que sit iuvenis stature medie et eius
color sit albus mixtus cum rubedine
et eius mamille sint magne et pectus
amplum et magnum longinqua a suo
partu per menses duos vel tres quia
ante hoc tempus lac non est purifi
catum vel digestum et propter cum istum lac
parturientis de novo ante tempus
dictum non est conveniens ad lactandum.
Omnino sit abstinens a coitu quia coitus
sanguinem perturbat et commiscet humo
res et facit idem lac malum et
corruptum ut dicit avic. primo libro de re
gimine lactationis. Neque sit mulier preg
nans neque menstruata nam omnia ista
corrumpunt lac et faciunt ipsum ma
lum. Omnino nutrix abstineat a rebus
acutis ut sunt cepe et alia et abace
tosis et pipe et a salsis et a vino
acuto et forti non limphato. Summo
studio caveat sibi a gravitate capitis
quia elevat vapores de inferiore ad
caput ut dicit phi et faciunt puerum
incurrere epilepsiam. A coitu et cruda (?)
abstineat quia corrumpunt (?) lac et men
strua provocant et conturbant san
guinem et commiscent. Nutriatur
ex cibis bonis et temperatis et car
nibus vituli edi et arietis annualis
et castrati et carnibus pullorum et
gallinarum perdicum et fasianorum
et carnibus vitellorum trium vel 4or
mensium et vitellis ovorum et lacte ca
prino calido condito cum zuccaro et
similibus. Sit vinum eius album non acu
tum neque forte et bene limphatum.
Si autem ipsa nutrix incurreret infirmi
tatem seu infirmitates removeatur a
lactatione et curetur ut dicemus in ma
teria egritudinum particularium in 20 (?)
libro. Et propter hoc si deficeret ex aliqua
causa in lacte utatur bis in die ex
cibariis factis ex farina fabarum
risi frumenti et avene conditis
et factis cum lacte et aqua decoctionis
pullorum castratorum edi et sumat vinum
dulce clarum aliquantum quantitate aque ff

Gaudium bonum pregnantibus

lac parturientis de novo non conveniens

nutrix abstineat

abstineat

Cura infantis a matrice

Statim cum infans a tenebris ad lucem
exierit recipiat ipsum obstetrix sua
sut pro eo si aliquid membrorum duplicatur
vel torqueatur. Et si exitus fuit naturalis
quia in exitu naturali fetus exit facie inclin-
ata versus terram et manibus extensis
circa latera et cruribus extensis secundum lon-
gum. Omnes alii exitus sunt preter inten-
tionem nature in quibus obstetrix debet
manibus laborare ut ad exitum vel pa-
rtum naturalem reducatur. Cum vero ipsum
manibus receperit debet umbelicum forti-
ter ligare cum filo de lana vel bombice
seu de alio re triplicato et bene torto
et absque dolore pro posse abscindatur
cum forfice vel cum rasorio parvo secundum
longitudinem palmi vel circa id et po-
natur super umbelicum pecia infusa in
oleo vel oleo rosarum calido ut dolor incisionis
removeatur et locus confortetur. Et post
ligationem et incisionem statim secundum Avicennam

Quomodo abluatur infans

sunt iam infans debet ablui cum aqua salis
vel salsa ut sordities pellis tingeret et melius
removeatur aut res asperae et duriores cutis
vel fiat. Non fuit ut infantem ledat quod plus
her sit sua cutis non observatur ablutio de
aqua salsa in circa partia. Sed loco eius
fit aliqua fricatio cum panno lineo post
istam ablutionem cum aqua salsa vel
fricatione volunt omnes physici quod abluatur
in medicate vel balneetur in aqua calida
dulci et in exitu balnei ponatur iterum
pecia super umbellicum in oleo infusa
vel in oleo rosarum calido propter causam
dictam et tunc recipiatur infans in
lintheo albo habente quamdam asperitatem
cum mollitie vel in pecia alba munda
lini et sit talis quod totum infantem compre-
hendere possit tunc alia pars lintheoli
ponatur sub ambabus assellis et inter coxas
et testiculos et cum hoc obstetrix compri-
mat aures secundum formam et situm debitum
et formet et situet unumquodque membrorum
secundum formam et situm naturalem et mundi-
fices a superfluitatibus omni die bis vel ter
vel pluries secundum quod fuerit necessarium et
convenienter et fasciet cum binda decenter
ponendo brachia extensa et circa latera
et crura et coxas extensas secundum longitudinem
et cum fasciatus fuit moveantur cru-
ra et pedes versus naticas ut appareat
illa membra ad motum et tunc
ponat ipsum in cuna et elevet caput
eius et ponat pileum super caput eius
ut ipsum defendat a calore et frigore
et tunc movendo cunam et nutrix can-
tilenas et voces emittat delectabiles
ut anima infantis confortetur et firmetur
in bono esse et statu et excitetur ad so-
mnum propter se et somnus somnus omnino propter
excitationis super vigilias multiplicetur.
Cooperiat oculos ut splendorem solis
et aeris non videat quia nimia caliditas
et splendor aeris infantibus facit stra-
bositatem et cooptura oculorum sit ex
pannis habentibus colores virtuosos virides
et nigros et varios ut oculi confortentur
et firmentur in aspectu diversarum formarum
omni balneatione et die comprimatur aliq-
uantulum vesica ut liberius urina ex-
eat et tangat anus ab obstetrice multo-
tiens in die cum digito minimo inuncto
oleo ut superfluitas intestinorum liberius
et melius et levius exeant absque dolore
et impedimento. Postquam infans tres

Quando umbelicus decidat

vel 4or dies transierit in quibus umbe-
licus cadere consuevit ponatur super
umbelicum ut fortius firmetur pulvis
qui fit ex sanguine draconis mirra et
mumia equaliter et hoc omni die usque

De balneo

ad vii. Balneetur bis in die vel ter. Sit
aqua balnei in estate minus quam tepida
in hyeme plus quam tepida. Balnietur ter
vel quater in die secundum necessitatem et cum
balneo mergantur omnia membra et
fomententur et situentur secundum naturalem cur-
sum et purgentur superfluitates a
membris et naso continue prout necesse

Si fuerit in eo dolore ventris et fletus

fuit. Si vero ante quartum mensem in-
curreret dolorem ventris vel fletum
nimium propter nimiam attractionem lactis vel
propter caliditatem lactis in stomacho
aut propter fortem impulsionem lactis et
comprehensionem mamille in ventre
eius fiunt cura ei quando fuit propter nimiam
quantitatem lactis attracti cum abstinentia
et in unctione stomachi cum oleo de mastice
et similibus et pannis calidis circa ventrem.
Eodem modo procedatur si fuit propter
impetum ex comprehensione mamille
que inducit ventositatem in stomacho. Si vero
fletus et dolor non removeatur ex illo

procedat non existitate pro dando com nutrice infanti zuccaro vel melle cum lacte ad sugendum et inungatur venter infantis cum oleo de camomilla in quo dissolutum sit aliquid coaguli edi vel agni. Si autem ista non conferunt et esset in eo rubicunditas oculorum et siccitas nasi et anhelitus eius haberet odorem urine et non apparerent oculos tunc scires quod hoc accidit ex congregatione ventositatum et in intestinis vel in stomacho. Quia si in stomacho non generentur si post generatur in intestinis ubi moventur et intrant statim tunc procedas contra ventos ut primo libro de vermibus diximus et specialiter provocetur ipsum mittere vel ventrem et intestina inungere cum oleo in quo dissolutum sit aloes commixtum cum succo absinthii et aliquantulo aceti. Si ergo ratione infirmitatis sue moriatur hec regula curationis habet locum si eedem infirmitates contingerint ante quartum vel post quartum mensem. Attendendum est quod fletus vel ploratus debilis vel parvus et non continuus si fiat pro tempore multum ante lactationem et balneum non nocet. Immo calefacit spiritualia et cerebrum et dilatat pectus et adiuvat ad mundificandum superfluitates contentas in membris et propter hoc addit in confortatione spirituum et caloris naturalis. Sed si multus et continuus et fortis fuerit preparat infantem ad rupturam et ramicem et ad eminentiam umbilici. Si autem infans secundum mensem quartum incurrerit pustulas et carbones et bothor et similia secundum sententiam Almansoris libro quarto de electione nutrimenti debet ventosari. Sed hoc non fit circa quartum quia a physicis affirmatur secundum loco ventosationis balneamus infantes illius temporis in aqua decoctionis florum camomille et rosarum rubearum et inungimus loca apostemata cum oleo de camomilla et oleo rosaceo mixtis et calidis actu. Nutricem vero regimus cum vino de granatis et farina ordei et lactucis et cucurbitis usque ad tempus fervoris postea facimus ipsam redire ad consuetudinem suam. Cum hoc

autem consulendum est ne incurrat fluxum ventris et nimiam constrictionem. Si autem incurreret fluxum ventris inspergimus cum lacte pulverem mirtillorum et sanguinem draconis et regimus nutricem cum rebus habentibus stipticitatem de quibus diximus in capitulo de fluxu ventris. Si vero strictus fuerit venter fiat suppositorium ex melle et sale vel de melle et stercore muris ut dicit Almansor et et animus et super ventrem ponimus pecium infusam in aqua decoctionis absinthii aloes et porri. Cum vero incipit infans dentes emittere ungantur gingive cum butiro bis in die ut dolor removeatur et fricentur gingive aliquando cum grano ordei vel spelte ut levius dentes exeant. Cum vero tempus locutionis affuerit fricetur palatium et lingua in balneo cum sale et melle leviter et coram eo et cum eo varie et diverse voces a diversis hominibus proferantur nam hoc adiuvat ad melius proferendas voces et melior modo in omni tempore balneationis. Caveat nutrix ne aqua vel lac aures intrare possit et propter hoc bonum est ut hora balneationis semper obdurentur aures infantis cum bombice vel coto mundo et post balneationem removeatur nam si lac vel aqua aures intraret facit infantem incurrere tinnitum aurium et finaliter surditatem. Cum autem tempus venerit et hoc erit usque ad medium annum in quo possit comedere et masticare mollia detur ei risum coctum cum lacte vel simat micam panis infusam in aquam pullorum vel carnem mollem ceptam super pectus anium vel pullorum et faciat nutrix ipsum abstinere a vino prosse et in potu detur ei de aqua vel aqua mellis. Et si ipsum a vino abstinere non posset detur ei vinum album debile aliquantulum mixtum cum aqua. Non lacte removeatur infans secundum sententiam Avicenne ultra duos annos sed in nostra patria bene potest lactari usque ad tres annos et est melius et melius potest fieri ut a lacte removeatur in principio hyemis videlicet in principio decembris

loco vel mansione seu aere si muniri
non possit dissonat medicus aerem
introitus eius in quo erit cum corpore
primum quod regitur primo incipiat
nocumentum vel alteracionem sentire
mansiones vero exercitualis sit ten-
toria et similia / Si roget ille qui
regit stare in exercitu debent mul-
tum separari tentoria inter admittere
et volvere portas versus septentri-
onem si estas fuit si vero yemps con-
et si ... de mali odoris ibi fuerint vel cada-
vera vel alie res fetide comburant et ma-
ximus removet omnem maliciam et fetorem
a rebus et sic erit morandum in illo
loco aliter aut non erit bonum / Ergo tu
et quietem mensuracionem sanitatis con-
venit mensurari de qua mensuratione
dicit ypo. 2a parti la affo. 4 in mo-
tum corporis cum incipit quis dolere
requiescere statim remedium est et ex
hoc possumus invenire afforismum
de quiete. Cum incipit quis ex quiete
et ocio nimio pigrescere mollificatur
et relaxari incipere corpus post tale
quietem remedium est / Scire debes quod
motus ante comestionem irritando ca-
lorem naturalem et removendo superfluita-
tes a corpore preparat stomachum ad recipien-
dum cibum cum aviditate et ad ipsum digeren-
dum et propter hoc ante comestionem est satis
conveniens Sed post comestionem quia facit
calorem naturalem ad exteriora exalare et
stomachum debilitando per istam viam virtutes
naturales digestionem consumpunt et est sim
hec infirmitatis generativus et hoc vult
Almansor libro 4o capitulo de mensuracione
motus // Sed videndum est de motu qui
fit post comestionem ut dicit Gal. super
affor. 2e particule qui dicit ubi indigentia
non oportet laborare Dicit enim ibi quod nobis
competit exercitium et motum hic
cito corpus dissolvat et debilitet quia
motus si fiet stomacho vacuo in homine
debili sanguinibus de monstrat est malus
et nimis et hoc potest per experimentum
probari nonne videmus viatores et
laboratores terrarum et artificiales quod
nullo modo ante comestionem longum laborem
et fortem sustinere possunt et illum
eunde in laborem post comestionem satis

melius et melius modo sustinet et
perficiunt / Aliter manifestum quod motus
duobus modis ... corpore debet considerari
quia motus ante comestionem debet esse talis
et tantus quod calorem vel cum excitet et con-
fortet et nullo modo debilitatem inducat
sed potius naturam adiuvet ad expulsionem
superfluitatum et hic est ille motus dum
fiat ante comestionem qui est sanitatis
conservativus Sed motus vero debilis et planus
et tardus post comestionem adiuvat
ad meliorem et aptiorem descensum
cibi ad fundum stomachi et hic etiam
motus post comestionem digestionem non
impedit sed potius adiuvat et inducit
quietem in cibo ut melius digeratur
et hoc vult Aut. primo libro de regi re-
gimine qui comedit Si vero motus fuit
longus vel fortis et velox ita quod non
solum calorem augmentat et spiritus et naturales
virtutes sed sua fortitudine et longitudine
humiditatem subtilem in sudorem resolvit
et sincopim vel debilitatem maximam
inducit tunc hic motus melius est ut
inveniat cibum in stomacho non gravantem
stomachum nec tendentem cum quod initium quod
hic cibus quomodo tali occupat ex
ercitium ut dicit Gal. et Aliter in arato
ribus et artificialibus. Oportet ergo
considerare in motu utrum sit longus vel
brevis fortis vel debilis et utrum
sit per terram vel per mare vel fiat de
caballo ad finem vel equo // Cum aut quis
iter facere voluerit et simpliciter longum
necesse est ut preparet corpus suum
et mundificando ipsum cum medicine
vel flemma et hoc antequam incipiat iter
et paulatim minuet se ad usum ciborum
quos debet comedere in via et ad come-
dendum in horis in quibus necesse est
comedere in itinere sive iter fuerit
eques sive pedes Item utatur motu
et exercitio plus solito et antequam in-
cipiat iter Cum vero iter incipit non
comedat nisi post quietem et semper
ferat pilleum super caput propter
defensionem capitis et frigoris Cum vero hospi-
tatus fuit et quieverit per horam tunc
comedat bona cibaria et bonum nutrien-
et bonorum odoris et saporis in itinere
et post iter non bibat vinum stomacho

Marginalia: De motu a quiete planite; exercitii; afforismus de quiete; de motu ante comestionem et post; De motu debilis; Nota; De iter agentibus

variis quia vinum sumptum post la-
bores et motum nervos ledit debili-
tat et mentem ledit semper deferat
secum de melioribus quibus usus fuit
ante iter in confectionibus Si autem
homo debilis fuit qui non possit
sustinere tunc absque comestione et
potu parum comedat et bibat vi-
num limphatum et stet aliquantu-
lum post comestionem antequam iter incip-
iat et cum iter incepit si fuerit [illegible]
ambulet usque ad hospitium si est po-
ssibile et tunc faciat ut dictum est.

Si in nocte oportet ambulare

Quod si in nocte contingerit iter non
teneat ullo modo quousque fuerit in loco
quietis et tunc observet modum
comestionis superius dicta Et hec
regula de mensurationem motus
habet locum sive motus fuit debilis
sive debilis seu longa ratione motus tamen

Si motus fiat tempore calido

Si autem motus vel iter fuit tempore
caliditatis vel estus ut in diebus can-
nicularibus estate vel regione calida
cooperiat caput cum pilleo vel pannis
lineis defendentibus ipsum a calore
et comedat parum antequam eat et
vinum album valde limphatum
et maxime si sitim vel debilitatem
timuit non eat immediate post co-
mestionem quia motus facta post
comestionem movet cibum mixtum de
latere ad latus et statim inflat et
cibus male digeritur. Cibaria eius
sint frigida facta de portulacis lactu-
cis et cucurbitis et bibat zuccarum cum
multa aqua frigida sepe trahat sirupum
ro. vel violarum cum aqua frigida vel
acetum cum aqua frigida et zuccaro in l-
torrens in via abluat os suum cum
aqua frigida et de ea transglutiat pau-
latim abluat faciem suam et mem-
bra exteriora cum aqua ro. et aqua
psillii et statim ungat cum oleo ro.
omni die in itinere et comedat car-
nes conditas cum aceto et agresta
et pedes et extremitates porcorum et
animalium conditas cum agresta
et aceto et vinum valde limphatum
bibat et etc. capus cum aceto come-
dere potest quia statim appetitum et
removent fastidium et excitant appe-
titum non eat cum fastidio si est po-
ssibile sed quiescat donec hic fasti-
dium sit remotum. Abstineat se
et mane a salsis rebus et omnibus ut
sunt alea sinapis et similia. Secum de-
ferat semper de confectionibus que
sitim amputant que sic fiunt. Re.

Confect. sitim amputant

seminum citruli cucurbite mundatorum
ana ʒ. i. seminis lactuce portulace ana
℈. i. succi liquiritie ʒ. v. teratur et
conficiant et fiant trocisci ad modum
avellane cum mucillagine psillii
vel succo portulace de quibus si timet
de siti et calore unum continue teneat
in ore per viam teneat lapidem crist-
allinum vel laminam argenteam ter-
sam et mundam vel aliquod tale propter
talia sitim et calorem reprimunt non
loquatur multum per viam neque clamet
quia vox et clamor excitant palatum
et linguam et faciunt frequentius
anhelare et sitim inducunt et calorem
anhelatum aerem quem est cum superficie
aque in hoc casu multum confert et
sitim ex pulmone vementem removet
melius quam potus Et hoc vult Gal. 1º
tegni capitulo de signis calidi pulmonis et
sitim et stomachi. Cum vero a motu cess-

Nota ... Sitis

quid facere teneat ... motu

Cum a motu cessaverit

averit et itinere abluat sepe os suum
cum aqua frigida et non transglutiat
aliquid de causa et quiescat antequam
comedat per horam et abluat crura
et faciem cum aqua tepida in aqua
ubi sunt rose recentes vel sicce et et
totum corpus post ablutionem stet ali-
quantulum et comedat de cibariis de
membris [illegible] ut dictum est et de
oleribus frigidis et bibat de vino valde
limphato et aliis potibus dictis et sit
potus et cibaria omnia frigida actu [illegible]
calido Postquam vero comederit quiescat ali-
quantulum et tunc vadat dormitum et
dormiat si est possibile in loco exposito
vento septentrionali et cum pannis
lenibus qui non stringunt. Si vero iter
vel motus fuit tempore frigido vel regione
frigida comedat cibaria bona carnes et
talia et bibat bonum vinum et bene natu-
rale [illegible] et sint omnia calida actu comedat
cum eis piper et allea et species calidas
et cooperiat caput et omnia membra

Nota ne comedat ...

Si iter fiat tempore frigido

ne frigus eum offendat et hec faciat antequam
incipiat iter vel motum et postquam come/
derit quiescat aliquantulum et postea capiat
viam suam. Secum deferat semper bonas
confectiones calidas et bona electuaria ut
est dyagalanga aut dyazinzib[er] de quibus
in via sepe comedere debet et vinum calidum
cum eis bibere vel limphatum cum
aqua calida. In yeme deferat corio/
ras pelleas et ponat circa pedes et cru/
ra precipue inunctam ex unguento quod
sic fit. ℞ cere terebentine rasine albe
ana ℥ i. olei de mastice ℥ ii. bulliantur
simul et colentur et post posicionem pe/
ti[ci]e inuncte ponat caligas duplicatas
et sotellares in fine et si sotellares
balneantur statim removeantur ne
aqua sotellarium vel corearum infrigidare
caligas et pedes finaliter. Nono summo
opere abstineat omnibus viator tempore
caliditatis maxime a coitu et etiam
tempore frigido quia coitus sanguinem
conturbat et digestionem corrumpit et
stomachum debilitat. Omni die hora quietis
abluat pedes et crura et manus
cum aqua decoctionis camomille et
absinthii et ungat nodos cum oleo
de camomilla vel de aneto calidis
in fine itineris. Ante comestionem
et post quietem faciat balneum
naturale cum aqua parata. // Si autem
iter fuit per aquas deferat secum ea
que mundificant aquas ut sunt
alia cepe omnis collatura etiam aquas
rectificat et decoctio aquarum ad ignem
cum colatura rectificat eas mirabiliter.
Citonia si decoquantur in aqua salsa
eam rectificant et si aqua salsa co/
letur cum terra que appellatur creta eam
rectificat et acetum rectificat omnes
aquas. Si iter fuit per mare antequam
intret mare et omni die post ungat
stomachum totum cum oleo de mastice et
oleo de mirtis et aceto mixtis et utatur
omni die cibariis conditis cum aceto
et agresta et ribe et sedestion et berberis
et cum omnibus rebus stipticis et acetosis
sua cibaria condiantur. Vinum sit rubeum
stipticum vel durum fascietur vel ligetur
bene et fortiter stomachus eius totus cum bin/
da ampla. Si autem vomitus per illud

regimen non cessaret deturbatur ad ca/
pitulo de colica passione. // In mensuratione cibi
et potus quo ad conservationem sanitatis oportet
considerare quantitatem qualitatem tempus
et ordinem. Et tunc hoc est videndum
de consuetudine et regione. De quarum con/
suetudine dicit Ypocras 2a particula afforismorum
ex multo tempore consueta et si fuerint
deteriora insuetis minus molestare con/
suevit. Et iterum in alio afforismo consu/
etos assuetos labores ferre et si fuerint
debiles et senes facilius est quam robustis et
insuetis ferunt. Et iterum Avicenna in libro primo
de regimine cuius quod comedit regiones
habent naturas proprias et usus sunt res
extrinsecum. Et in hoc experimentum
vincit rationem. Dicit similiter ibi est namque
cibus qui solet comedi in quo existit
aliquod nocumentum melior cibo bo/
no insolito. Et Aristoteles primo physicorum
capitulo considerat et similiter etc. Dicit ibi
quod consuetudo est altera natura. Nam et primo
methaphysice consuetudo corrumpit mentem
hominis ut non veniat ad cognitionem
veritatis ut homo neget primum et ma/
nifestum. Sed obedire ei quod assiduum est secundum
consuetudinem est etc. Modo potes vide/
re quantum consuetudo operatur in
omnibus rebus. Ideo secundum philosophos observanda
est in omnibus consuetudo nisi prava et
mala fuerit. A qua prava et mala
quilibet removere debet et hoc paula/
tim et non subito ut dicit Ypocras 2a particula
quod fallax est secundum multum et repente
facere aliquod paulatim enim natura
non sustinet repentinas muta/
tiones paulatinas vero sic. // Item idem
Ypocras 2a particula regiminis acutorum namque con/
suetudines in dietandis dum adest
sanitas observande sunt etc. Dicit enim
ibi quod nulla mutatio debet fieri in
hiis nisi secundum paulatim et non subito
et etiam in eodem loco dicit quod mala
dieta cibi et potus consueta meliorem
in custodienda sanitate quam bona non
consueta et maxime si in ea subito
mutatio fiat. Ideo consuetudines observan/
de et non mutande nisi fuerint prave
et ille sunt mutande paulatim et
non subito. Similiter et regiones in conserva/
tione sunt considerande quia regio frigida

Regiones attendende

hoc tempus bonitate sue complexionis az
n[illegible] expellit et omnem egritudinem manifestat et propter hoc cum multa cibaria
et grossa hyeme sunt comesta si multiplicaret quantitas cibi cum bono vino
in tantum multiplicaretur natura quod natura non
posset ab egritudinibus repletionalibus se cu-
stodire et propter hoc apparet quod hoc tempus
potius pertineat ad euacuationes que fiunt
per flobotomiam et menstrua quam ad repletionem
cibi et hoc vult ypocras prima particula dicit
ibi quod flobotomia et farmacia fiant vere
potius quam aliis temporibus si fieri debent hoc
quod dictum est de vino debili et limphato
in vere non habet locum in regione vel
quarta in qua illo tempore carnes non
comedunt sed sumunt huius loco car-
nium pisces et legumina que sunt indigesti-
bilia et mala unde loco vini debilis
et mali et limphati debet dari vinum
bonum album intendit si medicus
puoritate urinae vel rubeum sit utendum
stomachum confortare magis. Nam bonum
vinum adiuuat stomachum et magis ad digestionem
malorum ciborum et indigestibilium // In estate vero debet comedere res nutribiles et
sepe bis vel ter in die et bibere vinum
album et bonum limphatum parum propter
debilitatem virtutis sepe pro continuam
restaurationem eo quod corpus a calore
in mensa continue resoluitur. Sunt
cibi bone complexionis et compositionis et
secundum actum cum comedunt. // Autumno
vero comedat carnes et bona cibaria
et bene nata et bibat bonum vinum album
si indiget prouocatione urine vel rubeum
cum si indiget confortatione et bibat
ipsum limphatum et specialiter in fine
comestionis nullo modo fructus comedat
hoc tempore plus in estate ad reprimendum calorem debuissent comedere potius
Nam autumnus est tempus corruptionis
et omnis fructus et specialiter humidi generat
materiam aptam ad putrefactionem
et ad febrem generandam. Si autem
comederet et uuas et ficus et silues
fructus humidos bibat cum eis sirupum
acetosum cum aqua calida vel frigida
quia hic sirupus de proprietate rectificat malitiam fructuum humidorum et ciborum
ut dicit Almansor libro x° capitulo de hys que

expellunt nocumentum generatum a
cibariis malis vel secundum bonam consuetudinem
bibere possunt homines absque nocumento
vinum limphatum in quo sit aliquid
superfluitatis cum cibis specialiter. Hyeme vero comedere potest quantum vult
quilibet homo et semper tantum sed
quia mouet resolutio tunc non fit
in homine aliqua aut parua propter
hoc non requirit multorum ciborum
reparationem comedere sed melius quia natura
est valde fortis et calor multus et melius
potest comedere et bibere bonum vinum
album vel rubeum absque aqua nisi
debile caput habet et tunc bibat
vinum valde limphatum in fine cibi specialiter.
Attende quod hyems bonitate sui et fortitudine sui multos magnos errores sustinet et comestionem cibi et
potus sed infirmitates eius male sunt
curabiles eo quod non fiunt nisi ex
multa mala materia et multe morbedine.
Ratione horarum mensuratur tempus
cibi et potus quo ad numerum horarum
comestionis vel quia omnis homo sanus
nutritur diem et noctem solum ad minus semel
et ad plus in die bis mane et vespere
comedere debet sed quia melius et
temperatius omnibus existit hominibus
in una die comedere semel et hoc
est circa meridiem et post terciam et
alia die bis ante terciam et in vesperis
et in hoc conueniunt omnes philosophi sed
comedere semel corporibus macris
et extenuatis sicut colericis et
melancolicis inconueniens est et maxime
colericis propter nimiam acuitatem
que resoluit substantialem humiditatem membrorum Melancolicis propter debilitatem
virtutis naturalis et caloris et paruitatem membrorum et ne cito consumantur
nam virtus debilis multum cibarium
vnica vice sumptum sufficiens ad resistendum ariditati melius et membris
melius digerere et rectificare non potest
et propter hoc est bonum ut bis in die
comedat et parum qualibet hora ut
virtus debilis ipsum cibum cum potu digerere valeat. Aliis autem hominibus comedere
semel in die satis conueniens est ratione
conseruationis super eo quod dictum est quod omne

Colerici

Melancolici

impono neque in medio neque in fine tum
si debet potus cum cibo a principio usque ad
finem sic permisceri ut tota potus
attingat totum cibum et totus cibus
a totalitate potus sic hinc fiat
et pmistea quia uniformiter absque
impedimento permixtionis in eis
utriusque eadem hora digestionem perficit
hic enim modus potationis magis
consonans est rationi et magis adiuvans
ad naturam digestionis omnibus alijs modis po/
tationis et per hoc magis intrat
in ordinam conservationis sanitatis //

digestionem impediens

Ea vero que impediunt digestionem sunt co/
medere cibaria diversa et maxime
diversa nature in una comestione vel
prandio seu cena et expendere
longum tempus in comestione vel
facere longam moram in mensa
inter principium prandij et finem nam
talis conditio inducit nam ad in/
digestionem non uniformem inequalem
in cibarijs et erit causa huius corrup/
tionis cibi vel male digestionis et come/
dere hora cene vel prandij cibaria mista
cum iure habente micas panis et ita
ut appellant brodia nam ista cibaria
vel brodia inundant stomachum et non
permittunt cibaria in loco quiescere digestionis
et reddunt ebulitionem rationi per nimiam humi/
ditatem actualem quam habent et
faciunt fluere cibum in stomacho et relax/
ant ipsum et finaliter destruunt appeti/
tum et comedere subtile post grossum
et multiplicare vinum super cibaria et
non observare debitam mixtionem
cibi et potus et cetera secundum quod dictum

Que stomachum confortant

est // Ea vero que stomachum et digestionem co/
fortant sunt de ambulatio lenis et
temperata post comestionem ut cibus
citius ad fundum stomachi descendat Sed
fortis et nimius motus post comestionem
corrumpit et elevat cibum de loco di/
gestionis et electuaria talia ut dyaton/
electum de cardamomo et dyazinziberis
et similia et comedere res calidas hyeme
actu et estate frigidas actu et iacere
cum ventre circa pulvinar vel super
latus dextrum // De electuarijs autem
confortantibus digestionem mentionem
faciemus in antidotario // Convenit

et in mensuratione consideratur somnus et
medicine in conservatione sanitatis Nam
somnus diei vituperatur ille vero qui fit in
nocte est utilis et a phisicis comprobatur
et specialiter ab ypo. in prima particula pronosticorum
et plus somnus diurnus vituperatur si
homo nocte vigilavit vel cogitur vigil/
are propter causas tamen potest dormire
in die et maxime si fuerit consuetus nam
consuetudo eius removet maliciam In me/
nsuratione somni et vigilie in conservatione
sanitatis secundum hunc modum quod somnus
non debet fieri immediate post comestionem
sed postquam cibus descenderit maxime ad
inferiorem partem ventris alleviata
et tunc intrat lectum et cum intrat
ad somnum primo ordinet se super latus
dextrum ad iacendum ut epar mittat
suam caliditatem fundum stomachi calefaciat
et per hoc digestio stomachi melius et velocius
fiet et complebitur Nam calor epa/
tis et eius carnositas supponuntur stomacho
sicut ignis lebeti per istam situationem fit
per hoc melior et nobilior digestio Et
cum post aliquod tempus somni movere
se in lecto voluerit revolvat corpus suum
totaliter super latus sinistrum ut splen lib/
erius et melius sanguinem et digestionem
a sua superfluitate multa mundare
possit et etiam epar cui defuit in hoc
vel super ventrem vel stomachum pariter/
voluto corpore super ventrem vel stomachum
hora somni digestionem confortat tunc calor
stomachi et totius corporis acquirat exaltata
vel pulverizari potest hic somnus aufert la/
borem et lassitudinem acquisitam in
labore ex vigilijs et impugnat corpus
et maxime cum fiat temperatus si autem
prolixus et nimius fuerit facit corpus
lassum et pigrum et superfluitatibus
plenum Vigilie fieri debent post
complementum digestionis et post somnum
ordinatum et debet vigilare homo
post hoc tam diu quod lassitudinem se/
ntiat vel adminus usque ad horam come/
stionis et post comestionem tantum
et amplius vigilias sustinere non possit
vel tantum quousque venit hora in qua co/
suevit naliter dormire et tunc est que
niens ut a vigilijs cesset donec dormi/
at vel dormire incipiat / In substantie

Somnus in die / in nocte

Quando somnus fiet

in quo latere somnus capi[illegible]

sinistro latus [illegible] fiat

Vigilie

De inanitione et repletione

stinere debent humidis vero cum frigore et
complexio frigida confert nisi minus
continuus fuerit et nimis perseveraverit
unde ista aliquando utilis videtur tristicia
et sollicitudo carnem et spiritum diminuit
et faciunt hominem melancolicum et sine
bilem et omnes operationes animales et vi
tales destruunt et diminuunt et ideo hec
homo sanus qui in sanitate vivere desi
derat debet ea curare pro posse nisi qui
intendit minorare carnem et humiditatem
corporis sicut qui propter humiditatem et
carnem multiplicatam timet ne in
firmitatem incidat vel incurrat Est
hec in conservatione sanitatis est necessarium
ut homines sani pro posse abstineant
a conversatione cum hominibus habentibus
et patientibus egritudines transeuntes
de uno alii in aliud sicut sunt egritudines
pestilentiales et obtalmia et lepra
et prurigo scabies et morbilli febres
pestilentiales et antraces et omnes
egritudines ex quibus malus emanat humor
odor sapor et color Cum hoc enim rebus
conservantibus et defendentibus oculos
et aures a futura infirmitate sicut
cum cibariis et medicinis quas dicemus
in anthidotario Dictum est quod in con
servatione sanitatis duo principalia
requirunt conveniens ordinatio rerum
necessariarum de qua ordinatione iam
diximus et aliud est providere per signa
super futuram egritudinem ne eveniat
aut absque forti eveniat lesione cum
quo secundo tractatum conservationis sanitatis
in continemus Nam hec pars
valde utilis est in conservatione et in
operatione que pendet ex futuro ut vult
auctor in prologo pronosticorum in nova
translatione ubi dicit de melioribus
rebus est ut medicus utatur provisione et
per hoc utilior et conveniens est in
bono et rationabili medico ut signa
que in sanitate apparent significativa
boni vel mali in futuro considerare ut
malum futurum omnino per remotionem
cause parate ad hoc faciendum re
moveatur vel saltem debilitetur ut in
corpus fortem non suscipiat lesionem
sicut si aliqua dispositionum corporis sani
in preter solitum mutata fuit utputa si appe

titiva fortior vel debilior existit vel execu
tio a corpore plura sint vel pauciora
vel somnus longior sit vel brevior vel
agitatus vel et insomnietas adsit vel
sudor preter solitum a corpore deturbat
vel ea que a corpore solita erant emana
re retineant ut emoroydarum et men
struorum sanguis atque sanguis vomitus
qui statutis diebus emanare solebat vel
sanguis qui ex naribus fluere consue
vit vel si tocius corporis dissolutio fiat
vel ingenii pigritia vel in ore exiguus
sentiatur sapor aut ea que non consue
verunt delectationem afferunt aut
eius aut coeundi desiderium aliquis au
gmentari sentiat vel diminui vel in
somno omittat somnium quod non con
sueverat vel corporis color convertat
vel mutet aut actus preter solitum et
ad ultimum cum ad non assuetum acci
derit et permanserit aut augmentum
ceperit egritudinem pronosticabit Qua
propter in talibus providere causa subtiliter
est investiganda et ad eius sanationem
festinandum Et si aliquis dominii humoris
precario apparuit sumendum erit
cum medicina mundificante illum
humorem proprie et specialiter si ille humor
ex venis et non sanguis fuerit
Si vero ille humor fuit sanguis debet
minorari et removeri a corpore cum flebotomia
Si aut aliqua infirmitas alicui acci
dere temporibus determinatis consuevit
antequam accidat hora vel tempus adve
niat sui debet flebotomari si fuit ex san
guine Si aut ex aliis fuit humo
ribus debet mundificari cum medicina
appropriata ad illum humorem qui in
firmitatem facere consuevit Si dolor
capitis vel emigranea fortis et ma
nifesta fuit timendum est ne humores
ad oculos descendant et dilatent pu
pillam vel generent in oculo vel oculis
malas maculas sicut telam sicut ca
taractam et si cum preparatione ex
medicinis mundificativis capitis et
alterantibus malam dispositionem providerit
non poterit curari adiutorium ipsius infir
mitatis inferius in eodem libro Saltus
carnei cum perseverans si multo fuerit
et fortis etiam protendit [illegible]

volunt vinum sit bonum clarum et odoriferum
et sit mixtum cum triplo eius de aqua
frigida. Suffumigetur locus ubi iacet
vel domus eius cum thure et cam-
phora et siliibus quotidie in omni
corruptione aeris pestilentialis et specialiter
in hac dicunt philosophi ut gal. et avic.
quod .s. pillulae quarum summitur pondus xxxvi grano-
rum ordei in principio pestilentiae usque
ad dies aliquos de pillulis que sic fiunt
non moritur egrotus et si in principio egri-
tudinis hunc recepit non morietur
ex illa infirmitate. Recipe aloes ʒ. ii.
mirre croci ana ʒ. i. fiant pillule cum
vino // Scias quod pestilentia quae fit
per impressionem corporum celestium supe-
riorum non bene curatur neque rectificatur
bene a medico ut dicit avic. libro 4º capitulo
de febre pestilentiali. Si in vere sinocha
multos invadit repletionem fecit et
multiplicatum malum. Curatur
hominibus flebotomia ventosatione et ventris
solutione et abstinentia et cum gargarismis
unius frigidis et cibo multo et motu et similibus
Si in hyeme apoplexia et paralisis
et egritudines istis similes fiunt et mul-
tiplicate fuerint repletionem ex materia
frigida et multiplicata propter aeris cor-
ruptionem propter nimiam humiditatem rem-
oveatur materia talium subito et cons-
tum pillulis fetidis et similibus et sternuta-
tionibus et abstinentia a cibo et potu

Capitulum ii De dolore capitis qui tenet totum caput. Rubrica

Hec egritudo scilicet dolor capitis qui
tenet totum caput a quibusdam
vocatur ovalis eo quod comprehendit
totum caput circulariter. i. undique in mo-
dum ovi. Et a quibusdam vocatur quod universam
partem capitis comprehendit. Et ab aliis
appellatur cons pro ut continue infert. Et
a phisicis appellatur soda simpliciter. Et quidam alii
appellant istum dolorem cephaleum
seu egritudo cephalea seu galea. Si autem
in una parte capitis fuerit appellatur
emigranea. Et scias quod dolor in medicina
quandoque sumitur pro signo quandoque pro causa
quandoque pro egritudine ipsa. Ubi galenus pro signo
ut dicit quod dolor cum punctura in costis
et in tussi et in febre continua pleu-
resim significat. Pro causa ut dicit avic.
capitulo de signis sode. Dicit enim quod dolor cum
ingreditur membrum attrahit ad
ipsum et ad membra vicinia et per
istam viam est causa egritudinis et
maior egritudinis. Pro egritudine ut cum
dicitur quod dolor capitis est egritudo sicut
in primo capitulo. Dicit enim et passio hec ab
humoribus calidis et frigidis humidis et siccis
Et quandoque fit a qualitatibus absque materia
hec egritudo et de ea dicemus post.
Signa eius cum fuerit ex causa calida
colerica sunt mordicatio et adustio vehe-
mens cum punctura circa caput et
vigiliae et citrinitas coloris non cum
multa gravitate. Et si fuerit cum
superfluitate nasi rubedo et caliditas
et siccitura nasium non cum multa
humiditate neque gravitate significat
siccitatem auctam in materia cum caliditate
Velox et subitus motus doloris de 3º in 3m
et specialiter in 3a hora diei de materia
colericam sit. Et si cum hoc urina et
egestiones colerica dolor erit siccus. // Si
de gravitas cum quadam sompnolentia
et humiditate narium et saliva dulcis
affuit et rubedo faciei cum apparitione
venarum et cum hoc sit dolor augmentatur
omni die in aurora usque ad 3am materiam
sanguineam sit esse in causa. Et hoc
specialiter si habitudo patientis sanguinea
nostra fuit et eius urina spissa rubea
Cum de frigus in capite et temporibus
et dolor non fuerit vehemens neque
acutus sed gravis valde. Et cum hoc
affuit gravitas sompni et fastidium
et pigritia et multitudo superfluitatum
nasi et multiplicatio doloris cum gra-
vitate in nocte et color corporis albus
cum palliditate de facili quod hec egritudo
sit a flate et maxime hoc erit verum
si urina fuerit alba et spissa et eius
egestio non erit tincta. // Si autem
cum frigiditate capitis et temporum vigiliae et
cogitationes non cum multa gravitate
et si fuerit color corporis et faciei fuscus
tenebrosus vel cinericius seu plumbeus
et multiplicatio doloris post nonam usque ad occa-
sum solis magis et cum hoc superfluitas
nasi non fuit multiplicata in eo fiat

de synocha veris

Ovalis

Soda

Cephalea

Emigranea

Signa colerice

Signa sanguinis

Signa flematis

Signa melancolie

a quo panis de novo fuit extractus et
dimittatur tam diu quousque pomum sit coctum
et signum decoctionis eius est adustio par/
te et h. hec est illa scamonea que
appellatur assata vel preparata vel dyacor/
ta nam tunc cum sic preparata fuit
multum de virtute sua amittit et eius
acuitate vel malitia vel mundificetur
cum decoctione que sic fit ℞ mira
bolanorum citrinorum absinthii fumiterre
passularum ana ℥ i pistentur et bulli/
ant in duabus libris aque donec re/
maneat lib. i. sumatur ante diem de
ista aqua lib. s. In mundificationibus
supradictis doloris capitis potio secundum
que sunt vitio colere conveniunt omnes
ph. premittam post mundificationem rorem
caput eius cum oleo ro. et oleo viol.
et aqua ro. et inungantur nares secundum
die existis et cum oleo de nenufar.
ribet cum lactucis et sticiob vici
et similibus conditis cum aceto et vino
de granatis vel agresta. Bibat aquam
frigidam vel aquam decoctionis berberis.
Et si esset debilis bibat vinum debile
cum triplo vel quadruplo eiusdem aque
frigide et tunc propter debilitatem posset
comedere carnes edinas et vitellinas
tenum mensium vel duorum et carnes pul/
lorum et perdicum et similium conditas cum
robub acetoso vel succis fructuum ace/
tosorum vel stipticorum. Hic est modus
curationis prior dolor capitis vitio co/
le et multotiens multos curavi
cum pillis que sic fiunt ℞ reubar.
℥ ii masticis ʒ i scamo. ℥ i fiat pill.
cum succo ruthe vel apii seu vino. Dos
earum ℥ i et s. vel ℥ ii secundum tenorem virtu/
tis. Dantur in media nocte et debent
sumari per dies tres antequam dentur.
Et si paciens non potest recipere pillas quamvis
pille perfectius operentur dab. ei etiam cu/
rena decoctionem que sic fit ℞ tamar/
rindorum ℥ ii manne ℥ i et dissolvebam
ista duo cum aqua decoctionis prunorum
et erit tota potio per collatizam lib. s.
Fortioribus dabam illa duo s. tamarin/
dos et mannam in eodem pondere cum
lib. s. aque decoctionis prunorum et ℥ i
mirab. citrinorum contusorum et pistatorum. Si post
predictas tales mundificationes non curabatur

faciebam flobotomiam de vena cephalica
in manu que est inter pollicem et indicem
seu venam sciaticam in parte posteriori capitis
et in spatulis. Et post ista faciebam
emplastrum de flore camomille et ros.
et menta et maiorana pistabam ista
et faciebam ea bulire et embrocabam caput
cum aqua et herbis faciebam emplastrum.
Si autem dolor per istud non removebatur
causa eadem remanente ponebam super
locum dolorosum oleum ro. calidum in quo
aliquid opii et aliquid aceti hac propor/
tione in ℥ i olei ro. ponatur ℥ s. opii et
℥ i aceti. et calidum ponatur super caput un/
gendo cum penna vel dabam mane
vel sero cum paciens ibat dormitum
trociscum qui sic fit ℞ ℥ s. dyapapa/
veris [illegible] et granum i opii misceantur.
Post trociscum dabam duo cocliaria
vini et duo aque simul mixta post i.
mundificabam illum cum medicinis supra
dictis. Dabam similiter ei post mundificationes
vel mundificationem ℥ i tiriace cum ℥ i
sirupi ro. et ℥ i vini de granatis simul
mixtis. In fine cum dolor non removebatur
faciebam cauterium in parte anteriori
et sub duobus cornibus in parte posteriori
et per istam viam meos curabam infirmos
et bene succedebat michi. Ex parte vero
te cos regebam ut dixi cap. de dolore
capitis procurato sanguine. Si autem
materia fuit flecmatica vel mixta cum quali/
tas erit primo purgabitur hic partes
si materia fuit flecmatica cum pillis cochiis
que sic fiunt ℞ colloquintide ℥ iii et
tertiam scamonee ℥ ii et s. et turbith
sticados ℥ v pulvis picre ℥ x hic
pulvis picre qui intrat in istis pillis
et omnibus aliis in quibus recipitur pul/
vis picre sic fit ℞ ro. rub. spice na/
rdi xilobal. carpobal. cinamomi ma/
stice ligni aloes asari ana ℥ i aloes suba/
trini ℥ xvi terantur et cribellentur
et de isto eodem pulvere fit picra
etiam fiant pille grosse ad modum
ciceris cum succo apii vel rute. Dosis
earum est ℥ ii vel i secundum virtutem dantur
sero absque cena. Si vero materia fuit me/
lancolica purgetur cum eisdem in quibus
addatur ℥ i elebori nigri et sene et
epithimi ana ℥ i. Si vero pillas recipere

Decoctio mundificativa

tro. c.

Cura si materia sit flecmatica

pulvis picre

Si materia fuerit melancolica

qui ibi est inter cum [illegible] caliditate et ma/
xime si tale remedium fiat factum in/
tonieus et ex eo alleuiationem infirmi
non senserit // Cura doloris capitis
qui fit ex frigiditate. Vaporatio cum re/
bus habentibus actualem caliditatem con/
fert ut si panni calidi ponantur super
caput et multum calidi et ungatur et
caput istius cum oleo de spica calido
vel oleo de lilio. Confert et exponere
caput discoopertum ad solem in ori
entem / Odoramenta rerum calidarum
equant talem complexionem et curat
hunc dolorem et ista cura cum est ab/
sque vita et longitas ventris vel per se
vel per clistere est optimum remedium in
cura doloris capitis et specialiter si fuit vi/
tio alicuius humoris. bibere vinum odoriferum
datum cum cinamomo mixtum cum
aqua decoctionis feniculi vel apii est albi
utile comedere carnes et ova condita
cum cinamomo gariofil. et similibus
speciebus et piper utilis est et gnemes
Comestio alleorum coctorum multum valet
in hoc Emplastrum factum ex cimere mix/
tum cum aceto et oleo et oleo amig/
dalino confert // Emplastratio ex sin
api est conveniens et omnia rubificati/
ua calidum equant istam complexionem //
Cura doloris capitis propter siccitatem
est regere eum qui patitur cum cibis
humectativis multi et boni nutrimenti
sicut sunt vitella ovorum et iura galli/
narum perdicum fasianorum et scarbiacos
pingues factas cum liquidis oleis et pi/
guedinibus avium et gallinarum // Ungatur
caput sepe cum oleo violato et oleo
de cucurbita et similibus / Vinum eius
sit album / implatum bene habens ali/
quam dulcedinem vel multam cum
caliditate / Emplastretur et epithimetur ca/
put cum violis et cucurbitis et succis
earum rerum et similium / Ungatur caput
totum cum medulla vitulorum et edorum
et ovium et castratorum et aneti quia
talis unctio multum in hoc casu operatur
Si vero qualitates due admixte in do
lore capitis convenerit equentur
vel curentur cum dictis medicinis superius in
xtis Sequitur capitulum quintum
de dolore capitis

Capitulum quintum de dolore capitis vitio vermium

Multotiens vero sepe contingit
pueris et gulosis et habentibus humores
viscosos in intestinis dolor capitis
vitio vermium generatorum in intestinis
qui semper ex materia viscosa contenta in in/
testinis generantur Cuius doloris signa
sunt ut sit pruritus in naso vel rosu/
ra et concavitas oculorum et tene/
brositas oculorum faciei cum palliditate
et sentitur vermium ex odore et
eius anhelitus sit fetens et commoto
involuntaria sentitur inungitur et in/
intestinis // Cura eius si fuit puer
in decimum quartum annum ut abstineat
a rebus dulcibus viscosis quia talia
materiam vermium augmentant /
Comedat alias res conditas cum
aceto et agresta et bibat cum ci/
bis suis aqua decoctionis nucleorum
persici vel aquam decoctionis amig/
dalarum amararum Comedat etiam
amigdalas amaras et nucleos per/
sicorum mundificatur de tertio in tertium
cum aqua decoctionis cassie que sic
fit Recipe medulle cassie ℥ j vel ij dissol/
vatur cum ℥ iiij aque ferventis et
coletur et detur ante diem hec co/
latura mundificat intestina puerorum
a humiditatibus mundificando et removendo
eorum materiam ex qua vermes generantur
Dic autem quod solvit flegma. Vel fiat
clistere cum aqua decoctionis cen/
tauree et oleo de amigdalis amaris
vel de persicis / Ungatur venter eius
cum oleo de persicis vel amigdalis
amaris mixto cum aloe et aliquantulo
aceti / Si autem patiens fuit iuve/
nis vel senex purgetur cum pilulis
almansoris quam diximus in cura de cura
capitis doloris vitio flatus / Vel pu/
rgetur cum pilulis fetidis quam
facimus in antidotario Vel purgetur
cum medicamine quod sic fit Recipe tur/
bit ʒ j ʒ [illegible] hermodactili ana ʒ j
pulverizentur et detur cum aqua de/
coctionis amigdalarum amararum vel
persicorum // Ungatur venter super

Cura ex frigiditate doloris

Cura ex siccitate

Signa vermium

Cura pueri

Clistere [illegible]

unguentum

Cura senum et iuvenum

ʒ j

intestina vel epithime cum succo
absinthii mixto cum aloe et agari/
rico et aceto et oleo de amigdalis am/
aris vel persicis. Dictum sit ut dictum
est supra in isto capitulo et est potius longius
in capitulo dolore diximus de eius cura quia
cura dolorum istius doloris cura est

Capitulum sextum de do/lore capitis ex vento/sitate Rubrica

Et egritudo semper fit ex vapore
seu ventositate elevatis a
materia contenta in stomaco seu in
intestinis seu ex ventis calidis
vel grossis frigidis aeris intrantibus au/
res penetrantibus aures et caput
totum // Signa eius sunt sonitus
et tinnitus in capite et permutatio doloris
de loco ad locum aliquando et fit pulsatio
fortis in capite hora qua dolor augmen/
mentatur et ymaginatur habens istum
dolorem ex causa narrata ymagi/
nationes corruptas et cum hoc stomachi/
am et vertiginem. Cura huius doloris
est ut primo consideretur utrum hec egritu/
do primo contraxerit vaporem vel
ventositatem a stomaco seu ex vento
exteriori grosso frigido vel calido quia si pa/
tiens non fuit expositus ad ventum
neque aliquis ventus tempore istius
doloris sentitus fuit et si sentitus fuit
non sensit lesionem patiens ex
ipso. Tunc ergo certus fuit quod vapor
vel ventositas a stomaco procedit faciat
ut infirmus comedat carnes castra/
tinas et edinas et pullorum gallin/
arum perdicum fasianorum et carnes
capreoli id est gazel conditas et coctas
cum aliis et carvi seu semine amios
et amonii vel cum maiorana et
aquam citreis conditas cum cimi/
no et piper. Scias hoc quod piper est
de melioribus rebus in confortatione re/
storique frigidi et ventosi ut voluit aliquid
et Almansor sic et piper longum
et cum sorbilia et similiter vitellos
ovorum conditos cum cinamomo et ga/
riofilorum et galanga et croco. Come/

Vnguit autem subtile clisterium et lenit/
ivum cum aqua decoctionis gariofilorum et
longi piperis. Mundificetur cum pillulis
fetidis vel pillulis stomachis quas manth/
idotario ponemus. Vel mundificetur
cum medicamine quod sic fit: Recipe turb/
ith ʒ i, zucari hermodactili ʒʒ anisi ʒ i
teratur et misceatur et detur in au/
rora vel matutinis cum vino decoctionis
amcos vel carvi seu piperis longi. Ponat
aliter in auribus infirmi oleum in quo
dissolutum sit castoreum seu euforbium
vel castoreum mixtum cum euforbeo
equaliter vel oleum de spica vel de ma/
stice in quibus bacce lauri sint contrite.
Sumat aliquando stomacho ieiuno post pur/
gatione ʒ s terat cum vino decoc/
tionis piperis. Sero cum vadit
dormitum sumat ʒ s unius dya/
galangue vel dyacimini vel ʒʒ et post
illud abluat os suum cum vino deco/
ctionis piperis longi. Abluat aliquando
caput suum cum lixivio in quo cami/
na calamentum maiorana sint
cocta et sepe faciat fricationes cap/
itis cum pectine et panno aspero ca/
lido. Si autem hic dolor fiat propter
ventum frigidum exteriorem grossum
ungatur caput cum oleo dicto de
castoreo et odoret castoreum sepe
et ponat in auribus de eo de oleo de
spica vel oleo in quo carvi et ameos
et cimini sint dissoluta roret et
abluet sepe caput et faciem suam
cum vino de quo expressius faciemus
sermonem in antidotario et dicemus
ei laudes et abluat caput suum
cum lixivio dicto. Si vero venit ex
teriori calido fuit odoret oleum de
nenufar vel oleum rosarum seu oleum
de mirabolanis et faciat emplastrum de ros/
is et de nenufar super caput in aures
et nares oleum rosarum in quo dissolutum
sit camphora et roret faciem suam
sepe cum aqua rosarum bibat aquam de
coctionis berberis et sisimi // In dieta
dieta suavitur agresta et aceto et
suis condimentis cum carnibus // Scias
quod iste dolor ex illa causa ultima cito
recedit si bonum habuit regimen de quo
capitulum vii de dolore capitis/

Capl'm vii^m De dolore capitis ex olfactu rei odoriferae seu fetide Rubrica

Ypocras in hoc cap° dicit particula ij quod calefactio ex aromatibus ad multa utilis esset nisi quia capitis grauedinem efficit. patet quomodo res venientes ex olfactu inducunt grauitatem capitis et dolorem. Sed res venientes ad cerebrum per olfactum que sunt calide et boni odoris ut muscus gariofili ambra et siluia et que sunt frigide et boni odoris ut camphora sandali et viole et rose que sunt fetide // Signa conuenientia sunt hoc patentia ex re ipsa ut rebus predictis ad nasum representatis contrahuntur // Cura doloris capitis ex olfactu rei boni odoris calide est hec ut res frigide odorem odoris calide est hec ut res frigide odorem ut camphora et aqua rosacea et representet ad nasum sandali et viole et conferunt et anhelitus siue aquam rosaceam et trahere ipsam per nasum. Confert bibere aquam frigidam et comedere res conditas cum aceto et agresta et vino de granatis utile est. Et si cum rebus istis odoriferis esset siccitas ministratur cum camphora oleum viole vel oleum de cucurbitis et cum illo oleo inungantur nares et trahat partem leniter per nasum fortiter ad se et frons et cum eodem oleo in quo sit aliquid aceti inungatur // Cura doloris capitis ex olfactu rei odorifere frigide est ut odorentur res calide ut muscus ambra et croci et anisum et representarentur ad nasum iste res et fortiter manibus fricentur et patiens hora illa trahat anhelitum per nasum fortiter ad se et cito curabitur. bibat vinum odoriferum in quo sit modicum aque et confitiat cibaria sua cum cinamomo gariofilis croco et similibus // Cura doloris capitis ex olfactu rei fetide vel propter putridam rem fetidam et si cum istis rebus adueniat caliditas cum siccitate vel caliditas tantum cum hoc inungantur nares intra cum oleo de nenufare et oleo de salice et aqua rosacea. Nam oleum de salice ut dicit auicenna in ii° can° de cura sode conuenientis ex odoribus fetidis depurate curat istum dolorem ex re fetida conuenientem. Ungatur frons etiam cum eisdem istis oleis et specialiter cum oleo de salice. Comedat cibaria condita cum aceto et agresta et bibat vinum acerbum mixtum cum aqua. Conueniens est hic scire quod omnis fetor et omnis putrefactio fit a caliditate extranea et omnis putrefactio caliditatem facit ut apparet per Io. diffinientem putrefactionem Io. methedore. Dixit quod putrefactio est corruptio in unoquoque humido proprie sine naturam caliditatis ab aliena caliditate. Planum ergo est quod omnis putrefactio est cum caliditate in omni materia. Cum ergo causa sit cura istius doloris facti ab odore rei fetide sane fit et fieri debet per exhibitionem rerum frigidarum appositarum ad nares et nasum. Deo gratias

Capl'm viii De dolore post coitum et post potum vini inebriantis vel non inebriantis Rubrica

Talis dolor qui fit a coitu habet causam manifestam et priorem ex re ipsa. Nam proinde alterat stomacum et totum caput et debilitat caput et alteratio membrorum scilicet cerebri et torusita patitur et fit dolor. Et apparet continuatus cum palliditate circa oculos. Dolor vero qui fit a potu vini ebriantis vel non ebriantis non fit nisi quod vinum propter eius nimiam quantitatem non digeritur in stomaco sed calefit et fumat ad caput et occupat cerebrum et descendit in miringas et inducit dolorem. Aut propter eius acuitatem calefit in stomaco et ascendit cerebro et sua acuitate pungit cerebrum et eius miringas et inducit dolorem ex ista causa. Ex re ipsa sumpta trahit per nazzaro in fienni. Cura doloris capitis post coitum sit fit ponatur in naribus oleum viole

Cura capitis ex odore fetido

quid putrefactio

Contg. alterat

Cura post coitum

siccitate et confortet totum corpus cum in
cibarijs humidis bene nutrientibus ut
sunt carnes pullorum et edorum gallinarum
et ova sorbilia condita cum cina
momo cardamomo et croco Sit vi
num eius rubeum clarum et nutribile
Comedat omni die in prandio et cena
ante x nucleorum pinearum mundatorum
comedat fisticos et abstineat summo
opere a coitu Confortentur et ungantur
renes omni die cum vadat dormitum
cum unguento quod sic fit Rx olei
viol. ℥ iiij cere ℥ s. pinguedinis an
seris anatis gallinarum ana ℥ i dissol
vantur in cacabo et fiat unguentum
et reprimetur hoc cum humectat et calefacit
renes et confirmat eos ab ex
coriatione bibat omni mane stomacho ieiuno
℥ s. lactis ovini vel caprini calidi
recentis extracti de mamillis cum ℥ s.
zuccari albi Sumat multotiens electuarium
quod vocatur restaurativum quod facies
in antidotario Cura enim que fit propter potum
vini inebriantis seu non inebriantis
est ut introducatur somnus in paciente
si possit et excitetur vomitus in potu cum
aqua decoctionis seminis aneti s atriplicis
et radicum rafani in qua
sit dissolutum oximel compositum et
sit quantitas aque ℥ iiij et oximellis
℥ iij vel detur oximel cum aqua
rafani aut oximel cum aqua tepi
da tantum Si autem vomitum timet
detur in potu cum aqua calida ℥ s.
pigre vel purgetur cum pillulis
cochijs dictis superius Et si talia non
posset recipere purgetur cum aqua decoc
tionis mirabolanorum que sic fit Rx
mirabolanorum citrinorum et kebulorum ℥ ij frangantur
et bulliantur in aqua accipiatur de
illa aqua ℥ iiij et dulcoretur cum zuc
caro et bibatur vel mundificetur cum me
dicina que sic fit Rx turbit ℥ i. zinzi
bere ℥ ʒ zuccari ana ℥ i terantur et
misceantur et detur cum aqua calida
balneetur post purgationem Ungatur
caput et frons et nasus totus
cum oleo rosato infundatur pecia
in aqua ro et ponatur super caput post
balneum et ante balneum Etiam
bibat aquam decoctionis granatorum

vel agrestam cum aqua frigida seu ace
tum cum aqua frigida et zuccaro Comed
at portulacas et lactucas et cucurbitas
conditas cum agresta pira et poma
acetosa Comedat omnes fructus acetosos
Comedat vitellos ovi cum agre
sta et pullos et carnes edi conditas
cum vino de granatis vel agresta
et vitellis ovorum et abluatur caput eius
in fine cum lixivio in quo sit camo
milla vel maiorana cum rosis et ung
atur caput eius cum oleo de camomilla
vel oleo de aneto Notum est quod nihil
est quod ita destruit ebrietatem quem
admodum cepe cum aceto comeditur
vel coriandrum et si cum zuccaro et
aceto comedatur Almansor libro 4o
de conservatione sanitatis capitulo de regimine
potus et Avicenna libro primo fen 3 de regimine
aque et vini dicunt quod ebrietas bis
in mense confert nisi fiat continua
eo quod virtutes alleviat animales
et requiescere facit et urinam pro
vocat et sudorem et superfluitates
resolvit Et scias quod maius nocumentum
vini non est nisi cerebro
ergo ex ipso nemo habens cerebrum debile
sumat neque in comestione neque in
ieiunio nisi parum et mixtum quia
nervos et cerebrum de proprietate ledit
et debilitat facere habere ebrietatem
continuam vel distinctam non mihi
placet quicquid dicatur quia semper vidi
quod ex ea sequitur maius nocumentum
quam utile iuvamentum Multi quidem ex
istis incurrerunt paralasim et
apoplexiam et mortui sunt Unde
mihi videtur quod hec regula de
ebrietate bina in mense vel una
habeat locum in regione in qua
vinum non bibitur nisi tempore
ebrietatis In regione autem in qua
vinum continue bibitur secundum meam
estimationem minime locum habebit
sicut mihi videtur

Capitulum nonum de dolore capitis vitio stomachi Rubrica

Quando fit hic dolor ex materia retenta in
stomaco Et quando fit ex materia contenta i

pizabulam et anudeis serpentiz et
bulliant cum prunis et rosis ana
ʒ. viij aque et tantum bulliantur
quod medietas aque consumatur postea
colentur et in illa colatura addantur
ʒ ij zucari vel iij et iterum reducatur
hoc totum ad ignem et bulliat aliquantulum
et coletur et in matutinis in
firmo detur et dormiat super ipsum
donec non fuit excitata et tunc amplius
non dormiat nisi esset in nimis
debilis donec medicina sit assumpta fuit
Cum quod tunc sciens quod in stomaco non sentit
ad motus de ea neque eructuationem
medicinalem aliquam neque odorem
circa tunc munge infirmo aliquantulum
ut dormiat ut lassitudo membrorum
propter fatigationem removeatur
et calor in interioribus confortetur et
cum aliquantulum sic quieverit cibetur
ex brodio galline et carnibus
eius et intingat carnes in vino
de granatis seu agresta vel aceto in
quo sit pulvis cinamomi et cardamomi
et croci aliquantulum et bibat vinum
album bene limphatum secundum medietatem
et plus et hoc documentum sit generale
in cibatione et regimine omnium que premittuntur
et specialiter si sint absque febre
Et autem istam decoctionem sumere non
possit recipiat de pillulis que sic fiunt
Rx mirab. cit. ʒ iij scamonee ʒ [illegible] i
aloes ʒ s. ros. [illegible] ʒ i [illegible] fiant pillule
et conficiantur cum vino decoctionis
mastici Dosis earum ʒ i vel ʒ ij et s.
vel ij sero cum vadit dormitum et [illegible]
veniet. Si autem pillulas istas sumere
non possit sumat aquam que
sic fit Rx manne ʒ i tamarindorum
ʒ i et dissolvantur ista in 4or ʒ aque
decoctionis prunorum et coletur et
detur ante diem Si autem tu possis
ipsum inducere ad vomitum esset valde
utile in isto casu et similibus quando materia
in stomaco continetur quando vomitus fit cum
ʒ duabus oximellis compositi seu [illegible]
ʒ viij vel vi aque decoctionis seu
anethi et atriplicis et radicum rafani
et bene potest in fortibus fieri bullire
in illa decoctione seu seminibus seu radicibus
ʒ i elleboris albi vel ʒ s. mixtis simul

post comestionem et sic omnis vomitus
fiat et clistere lenitivum si aliqua necessitas
[illegible] non possit fiat et
clistere quod facit Avicenna libro 4o capitulo de
cura febris [illegible] hoc modo Rx aque
[illegible] lib. i mellis ʒ iij olei com. ʒ iij salis
ʒ i. Dieta eius a principio usque ad finem
talis sit Comedat carnes castratorum
edorum et vitulorum et pullorum et perdicum
et fasianorum et aliarum avium degencium
in arboribus et in pratis et
non maguis conditis cum agresta
vel vino de granatis seu aceto et speciebus
dictis superius Comedat et lactucas
et [illegible] et portulacas
boraginem et spinachia et aquaticas
et farrum risum et [illegible]
ordei et ova condita cum agresta
vel vino de granatis et aceto cum
speciebus Sit eius panis mundus bene
fermentatus et salitus et optime coctus
Eius vinum sit album debile et bene limphatum
abstineat a somno in die
ipso et specialiter in meridie post comestionem
nam talis somnus replet caput fumositatibus
et dolorem augmentat
et facit Si autem materia in stomaco collecta
fuit frigida [illegible] vel [illegible]
[illegible] aceto [illegible] seu fetidas
vel ponticam et per appetitum qui delectatur
in rebus acetosis et agrestis
et [illegible] et [illegible] eius co
quod est fortior solito et quia eius afflixio
fit magis a meridie usque ad occasum
tunc cum ista apparuerint [illegible]
vel [illegible] contentum in
stomaco [illegible] Si vero eructuatio fuit in
sipida et appetitus debilis et malus et
id quod per os emittitur viscosum et al
bum et cuius afflictio fuit magis in
nocte flegma contentum in stomaco est
quod dolor capitis est causa Si autem signa
ista apparuerint mixta super materiam
mixtam [illegible] debet Et si materia calida
cum frigida mixta ut [illegible]
et cola vitellina et [illegible] signa com
posita apparebunt et tunc curatio
posita erit Altera ergo materia frigida cum
[illegible] generis fuit hyeme cum oxi
melle [illegible] mixto cum mello ro
sato equaliter Estate vero cum oximelle

composito mixto cum eodem melle rosato
equaliter et deinde ista in aurora vel
ortu solis cum aqua decoctionis apii
seu atrorum vel apercis vel aqua decoctionis
radicum facta exhibeatur istius digesti
per dies aliquot fiat vomitus die aliqua per
comestionem in qua comedat fasciolos
et ruca et cepas et sinapis et pisces
salitos et radices rafani hec enim come-
stio preparat vero materiam contiguam in stomaco
ad vomitum. Est enim conveniens in omni
die vomitus. Cum vero comederit predicta
vel de istis fiet cum eis per horam antequam
sumat vomitum qui vomitus sic fiet.
℞ oximell squillitici ℥ iij vel oximell
compositi aque decoctionis seminis atriplicis
aneti radicum rafani ℥ iiij vel xviij
et possibiliter ʒ i elli albi positi in decoctione
dicta et esset tunc vomitus fortior
et sit omnis vomitus hora exhibitionis actu
talionis semper. Si autem vomitus
tardet ad eundem ultra debitum cum
penna unctarum oleo posita in fau-
cium stomaci. Et locet homo vomendus
infirma adiacendum super ventrem
capite inclinato ut melius et levius
fiat et hoc est generale et commune documen-
tum in omni vomitu. Post fieri vomitus
cum syrupo acetoso loco oximellis et cum
dicta aqua superius in qua non sit
ellebori albi secundum exhibitionis comme-
stionis et excitationis non variatur
a superiori. Post vomitum quiescat
et repauset et dormiat ut membra
confortentur et calor in interioribus
intendat et ut virtutes restaurentur.
Post quietem comedat bona nu-
tritiva et nutribilia ut sunt brodia ga-
llinarum et carnes earundem et bibat
vinum limphatum ut supra dictum
est. Cum vero vomitum facere non
potest purgetur cum pillulis stomaticis
alleandis vel pillulis cochiis vel fetidis
quas ponemus in antidotario. Utatur ell-
ectuario quod vocatur diaturbit dia pipereon
ante comestionem et post nam hoc
electuarium stomacum confortat et delet ma-
teriam contentam in stomaco frigidam et rec-
tificat in eo digestionem et ipsum et modum
quomodo fit ponemus in antidotario. Exhi-
beatur aliquando ʒ s. tiriace probate

in aurora cum ℥ ij vini calidi quod
valde utile erit nam sua bonitate
compositione et proprietate curat dispositionem.
Unde si datur post purgationem in egritudine
talia cum materia cum vino de granat-
atis seu agresta vel aqua ro. aut
aqua decoctionis berberis vel aqua
facta simplex confert quia ipsam
materiam consumit et dispositionem removet.
Si vero post purgationem detur in egritudine
frigida cum vino calido seu cum aqua
decoctionis longi piperis delet eam.
Dieta eius a principio usque ad finem
sit talis comedat carnes arietis et
castratorum et edi et gallinarum capo-
num et fasianorum perdicum et omnium
avium degentium in arboribus et pr-
atis et non in aqua et carnes vitulorum
et gatelli capioli et carnes alau-
dae et anserum aliquando et carnes po-
rcorum silvestrium non pingues cum pipere
longo seu cum pipere et cardamomo
quod melius est et predictas carnes aliquando
comedat assatas et aliquando elixatas.
De herbis comedat feniculum et bo-
raginem anetum et spinachium et
bletas bis coctas et bis coctum comedat
multotiens et non semel. In mane
mane ova sorbilia condita cum pipere
longo vel galanga seu cardamo-
mo. Commendatur potest risum con-
ditum cum melle vel zuccaro et fretum
et pone super eum pulverem qui sic
fit ℞ piperis longi cardamomi
ana ʒ s. cinamomum ʒ i et s. zinziberis
ʒ s. fiat pulvis. Confortetur stoma-
cus omni die cum unctione facta ex oleo de
mastice et oleo de spica mixtis et
et ponatur cum eis aliquid aceti fortis
totum calidum hora unctionis. Si autem
materia in epate seu splene vel renibus
continetur vel matrice et vena esset
rubea fiat fiat flebotomia de manu
dextra de vena que est inter anularem
et auricularem si materia in epate vel
renibus continetur. Si autem in matrice vel
splene fiat flebotomia de saphena que est inter
cavillam pedis interiore domestica sive in
terior vel de salvatella que est inter au-
ricularem et anularem pedis sinistri per compas-
sionem istorum membrorum fiat cum

existat cura sanguinea curetur ut superius dictum est medicinis et dieta sequitur

Capitulum decimum de dolore capitis ex percussione vel casus R[ubrica]

Causa istius doloris est manifesta quia est accidentalis ex casu vel percussione inducens separationem et grossitionem ex quibus fit dolor et ledit compositionem et complexionem membri et ipsum debilitat et debilitando preparat ipsum ad magis recipiendum magis ut est colera vel sanguis vel utrumque et sic timendum est ne per viam istam sit causa aggregatis tibi in loco leso quod possit inducere febrem et finaliter mortem. Cura eius a principio talis erit statim a principio radatur locus [illegible] si propter puncturam pilorum indiget ungatur cum oleo ro. vel oleo de mirtis et impleatur locus cum pulvere mirtorum et rosis et oleo ro. et aliquantulo aceti postea immediate fiat flobotomia de vena cephalica [illegible] seu de vena media vel magis quod idem est. Si autem flobotomia non possit fieri fiat ventosatio ex parte spatularum seu in cruribus. Et si stipticus vel constipatus fuit fiat clistere ex aqua [illegible] et oleo violato et melle et aliquantulo salis vel suppositorium vel aliqua re provocante secessum post flobotomiam usque ad securitatem casatis ne fiat in loco [illegible] omni die locus cum oleo de mirtis vel oleo ro. mixto cum bol. ar. et pulvere mirtillorum. Nutriatur cum farina ordei vel farris seu avene aut spelte vel panici vel lactuce vel portulace vel cucurbit. et cum cerebro gallinarum et edorum et [illegible] et castratorum et specialiter fiat si sanguis post casum vel percussionem a naribus et auribus exierit quia exitus sanguinis per loca ista nominatur penetrasse ad cerebrum sicut et cerebri magis confortat ex nutrimento cerebri quam ex alia re et per istam viam cerebri gallinarum et animalium in hoc casu a physicis laudantur ut dicit Almansor libro [illegible] divisionum capitulo de dolore capitis ex casu et percussione et auri eodem capitulo libro 3 [illegible] [illegible] detur aqua decoctionis berberis vel mirtorum in qua aliquantulum vel vinum de granatis cum aqua fiat his modis omnibus curationis observetur usque ad perfectam securitatem a passionis quam diu sit in firma sit laxativus venter vel per clistere vel per suppositorium sic per nam non assellaret bis vel semel [illegible] [illegible] securitate ne apparitio amplius ex isto causa in loco leso possit generari. Regat cum carnibus et pullinis condimentis cum agresta et [illegible] et omnino sit confortativus in potu dicto et usque ad [illegible] [illegible] vel si vellet bibere vinum in fine sue curationis sit debile album cui sit admixtum duplum vel triplum eius de aqua. In fine completa cura redeat ad suam consuetudinem comedendi paulatim et tunc conforte[tur]. Locus lesus omni die cum pulvere mirti thuris masticis et bolo mixto cum oleo de camomilla vel de mirtis et etiam cum terra [illegible] nam ista cum sint [illegible] actu et per nam nam confortant locum lesum et equant complexionem et resolvunt superfluitatem residuam a membro. Si vero per flobotomiam vel ventosationem vel cum aliis medicinis dolor non removeatur purgetur cum pillulis cochiis dictis superius et castrum ponemus in [illegible] et procedatur cum dieta et aliis ut diximus. Multos de hoc casu curavimus per hanc viam et bene successit nobis. Blancu de bono qui a quodam mulo percussus fuit cum pede circa frontem et facies tota denigrata fuit et dolor capitis meo erat immensus eo quod ipsum tolerare non poterat cum maxima angustia ad quem fui vocatus post tres dies sue infirmitatis curavi secundum istum modum et bene fuit ei ita quod sanitati perfecte fuit integre restitutus. Si autem cum casu et percussione haberet fracturam ossis vel depressionem recurratur ad cirurgiam nostram capitulo de cura cranei fracti et ibi omnem modum curationis invenies qui est utilis in hoc casu. Sequitur capitulum

Capitulum undecimum de

emigranea

Cura

flobotomia

si stipticus vel constipatus fuerit

In hoc casu cerebri gallinarum et aliorum animalium

Si flobotomia non potest fieri

bis et oleo ro Et si necesse fuit pro
tinuaq3 dolor' seu propt' intensione
Addat' in embrocatione ista aliq' opii vl'
iusquiami seu papaueris albi vel nigri
sit continuo largus sm ventrem
vl' p se vl' bnficio clister' lenitiui Ab
stineat a vino bibat aquaz decoctionis
berberis vl' aquam cum vino de grā
natis vel aliud simile istis Comed
at lactucam cum portulaca conditas
cum agresta vel aceto Et si esset de
bilis posset comedere carnes edi
et vitulor' paruor' et pullor' con
ditis cum agresta et uitellis ouor'
in aceto Cibaria facta ex farina
ordei et auene et panis comedere
potit et utilia erunt / Si vo ma
colica fuit potius sm dicta p' flo
mati de vena cephalica contrarie
partis lese / Sed mihi vr' q stare
fica° vtil' magis est in hac causa
q2 starificat° subtiliores humores
magis et acutos purgat et remou
q' flomia Purgetur sepe cum pillis
que sic fiunt R aloes ʒ · b · sene epi
thimi staphisacre mastices an · ʒ s ·
fiant pille cum succo lactucar' dos
ʒ · i · vl' ʒ · i · et s · vl' ʒ · ii dent' sirop
rosarum Vel sumat decoctione que sic
fit R mirab · citinor' ℥ · i · prunor'
℥ · ii pistent' mirabolani et bulliat
in vi ℥ · aque donec medietas sit
consumpta coletur et in collatura
illa dissolua' ℥ · i · manne et ℥ · i · sy
viol' detur hoc totum ante diem et
dormiat sup illud donec medicina
fuit excitata / postea cum excitata
fuit non dormiat quousqz cius fuit
consumpta Fiat aliqn clistere de q°
fecimus mentione superius / Sumat de
mane ℥ · iii · de aqua que sic fit R
coriandri psilii an · ʒ ℥ · ii · zucari ℥
iiii · pistent' et bulliantur simul ali
quantulum et coletur / Dieta et pota
fiant ut dixi in superiori Vngatur
locus cum oleo viol' vel oleo de sali
ce / Embrocet' et cum succo lactucaro
et aqua ro · et si nece fuit propt
acuitatem dolor' insistat cum eis
Aliquid opii vel iusquiami vl' papa
ueris nigri vel albi et ad aceti et

Si aut' p istam viam dolor nequaquam superio
remouetur fiat cauterium cum ferro igni
to super comā vl' uestigē coronam cau
libus ut dicit auic' isto ca° q' non re
mouit sit utile ut cauterium cum ferro
nec per operationem uestrationis cum
medicinis inuenit tantam utilitatem
ut in cauterio cum ferro et hoc vult
albucasis in cirurgia sua si q'n ma fuit
frīa flma seu mlica // Comedat car
nes edinas castratinas et pullinas
et auetinas vnius orum et carnes per
dicum et fasianor' et oīz auium de
gentium in arboribus et in pratis
non in aquis Comedat et pullor' pul
los columbar' et carnes capreoli
et porci siluestris maturas conditas ci
pipe longo et galanga cardamomo
et croco Et potest etiam comedere
carnes assas assatas et intestinula
et in pastillo conditas cum codez pul
uere et foliis petrosilini et pinguie
dine porci et aliqn oua sorbilia et
olera facta ex feniculo et boragine
et allea cocta pot comedere cum melle
purget' cum pillis fetidis vl' stom
acis seu cochiis vl' cum pillis de ell'o
nigro si mlia fuit mlia que sic fi
unt R sene epithimi an · ʒ · i · ell'i
nigri ʒ · ii · staphisacre mastices an ʒ s ·
ro · zu · ℥ · i · fiant pille cum succo
pollipodii seu cum vino decoctionis ci
cer dos ca' ʒ · i · vl' ʒ · ii · Vl' purget' cum
decoctione que sic fit R turbith ʒ · ii
sene epithimi an · ʒ · i · pollipodii ʒ · i · mirabo
indor' ℥ · i · pistent' et bulliant' in vi ℥ ·
aque donec consumpta sit medietas
colletur et et in collatura illa addan'
℥ · ii mell' ro · vl' ℥ · ii · sy' ro · Det' in ma
tutinis et fit somnus sup eam donec vir
tus fuit excitata et postea non dormiat
donec virtus eius fuit consumpta // fiant
clisteria cum aqua decoctionis acacia co
loquintide et centauree et blete et se
ne et pollipodii et oleo et melle et aliqn
cum sale et aliqn non // Vngentur au
res et nares cum oleo de spica vel
oleo de castoreo seu oleo de liliis q' po
nemus in antid° vl' cum oleo in quo disso
lutum sit euforbium vel castoreum //
Emigraneam ex ista cā frīa vl' caus

ciratum multotiens et multos re/
ligiosos et non religiosos in quantis
etate et bene successit nobis Unde
scias pro certo quod nihil utilius in doloribus
membrorum que non curantur per mun/
dificationes et medicinas quam cauterium
Nam ipsum resolvit omnem materiam et equat
omnem complexionem excedentem vel ho
aliquem malitie humoralis. In hoc etiam nar/
rat avicenna libro 3o capitulo de emigranea quod
quidam medicus narraverit ei unica/
bile quid de quodam emplastro quod sic fit
Recipe radicum cucumeris asinini absin/
thii ana. ... decoquantur cum oleo
et aqua invicem equaliter ista duo do/
nec dissoluta sint cum brocce. Loco doloris
ex aqua et oleo et fiat emplastrum ex forte
i. ex radicibus et absinthio super locum
doloris hoc est emplastrum ut dicebant sa/
nabat omnem emigraneam cum fe/
bre et absque febre ex quacumque causa fieret
sed nos de isto veritatem non scimus
quia non usi fuimus pro hoc alia ex
narrata nobis meliora videntur tem/
poribus suis alias ...

Capitulum duodecimum de apostemate calido in cerebro et vocatur frenesis Rubrica

Omne apostema cerebri vel vela/
minis calidum vel secundum suum nomine
Karabitus appellatur et abal/
mansore birsen Et apostema pectoris
et costarum appellatur ab avicenna birsen
et abalmansore sirsen Et per hoc
videre potes quod in nobis non est multa
vis nisi apud medicos novales qui de/
lectantur in ludabilis et truffis et
non in inquisitione rei seu causa seu causis
Et sic convenit quod primo illorum quod dicitur
cerebrum non apostematur neque os est ...
mus nam omne cerebrum nutritur cum
vita sit existentia per alimentum et cum
omne membrum habeat vias occultas
vel manifestas per quas recipit ipsum nu/
trimentum vel per quas ad membrum
dirigatur et ipsum nutrimentum per humiditatem
actualem quam habet per causas et in
per multa accidentia possit alterari et
mutari post nutrimentum putrefieri
in ipso et corrumpi et cum corrumpitur
et putrefit licet post actualitatem suam
membrum secundum compositionem et complexionem
et continuationem que lesio est ma/
nifesta et per istam viam dicimus membra
sunt dura et mollia apostemari Unde
est quod apostematio que est inflatio sensi/
bilis apud laycos seu eminentia ...
generatione tamen manifesta apud se/
nsum in illis membris non sit dicitur
quia membra sicca ut ossa non
extendunt propter eorum siccitatem
sed potius eorum substantia frangitur vel se/
paratur. Mollia vero ut cerebrum vel
medulla propter fluiditatem substantie
non extenduntur sed potius mollificantur
vel imbibuntur et cum debent apostemari
putrefiunt eorum substantie et marcescunt
et secundum hoc et per istam viam vel modum
predictam et et concordiam dicuntur apostemari
Fit autem frenesis in substantia cerebri quam
in parte anteriori sed ut plurimum
in velamine et fit aliquando ex sanguine
et aliquando a colera seu a ~~memb~~ melancolia
adusta Et hoc totum dicit avicenna
libro 3o de karabito calido Et scias quod
frenesis dicitur vera et non vera. Vera
appellatur ab avicenna quando incipit et est
egritudo per se et non per aliqua egritudo an/
tecedit eam nam non vera appellatur
quando fit post aliam egritudinem que
frenesim antecedit vel non vera ap/
pellatur omnis alienatio que est cum
febre. Signa eius sunt febris continua
cum rubedine faciei et oculorum ma/
gnitudo pulsus cum velocitate et
repletio venarum et habitudo cor/
poris grossa in qua sanguis mul/
tiplicatus est et usus rerum generantium
sanguinem Et si cum istis assit
horror luminis et capitis dolor et
frequentia in pulsu et lingua nigra
aut citrina et permixtio rationis
et multiplicatio alienationis et cum
hoc vigilie multiplicate fiunt et
abhominatio quiete et pigritia
in ea et clamor post suum dormire
et extremorum frigus et agitatio
et anhelitus inordinatus tunc scire
debes quod frenesis perfecta est et si

Emplastrum

Karabitus

Apostematio dicitur

vera frenesis

non vera

Clistere

Embrocca

narcotica non sunt multum continuanda

aliud clistere

quid bibat

innatalis apparitio post firmationem infir-
mitatis in loco z'moneat medicum apertius
melius fit quod trahat ad principium
curam iam firmata fuit. Fiat et
clistere sepe quod trahat materiam ad in-
feriora cum rebus lenibus hoc modo
℞. viol. ℥ ij malue ℞ j prunorum
lb s. bulliantur in aqua accipiatur
de illa aqua lb i et dissoluatur in illa
aqua ℥ i tamarindorum et ℥ i ma-
nne et ℥ ij mellis vel zucari viola-
ti facta mixtura oui et dissolutione salis
hoc totum et tepidum ponatur
cum instro et cum voluntas assel-
landi assit non cogatur infirmus
ad retentionem eius quia tale inducit
in multis debilitatem et eleuat mate-
riam ad caput et inducit timorem et
multotiens mortem. Embrocetur
et vngatur caput a principio usque ad
securitatem rei cum succo solatri vel
semperuiua mixto cum oleo ro. vel
oleo de salice vel oleo de nenufare
vel aqua ro. et aliquantulo aceti. Et
si somnum fortius prouocare volueris
pone cum eis oleum de papauere
vel oleum de mandragora seu gra-
num opii. Et non velis multum
ista narcotica seu stupefactiua conti-
nuare quia finaliter extinguunt calorem
naturalem et inducunt mortificationem
vis temporibus conuenientibus necessaria
sunt ad destructionem acuitatis timoris
ostendit vel ad egritudinem sicut hora nimie
insomnietatis et furie tota tua inte-
ntio versetur circa continuationem assellationis
cum clisteri sicut dicto superius si per
se non assellauit vel cum clisteri facto
ex aqua decoctionis prunorum et viol.
et melle seu zucaro violato et aliquan-
tulo sale. Bibat sepe sirupum de ne-
nufare cum vino de granatis et aqua
decoctionis prunorum vel ordei et sit
sir. ℥ i et vini de granatis ℥ i s.
et aq. ℥ iiij vel iij de sirupo rosarum vel
sirupo de berberis cum eisdem aquis et
hoc fiat in hora congestionis scilicet ante per
horam vel duas vel post fricationes pe-
dum cum aceto leues sepe fiant que
introducunt somnum fortes vero intro-
ducunt vigilias ut voluit omnes phy-

Sicias quod si per ista remedia non al-
leuiatur freneticus vel patiens a principio
etiam caliditatis morbo et vrina apparuit
alba quod moriet ex nimietate infirmitatis
Et hoc vult auicenna libro 3° capitulo de fra-
ncito dicens vbi quod nullus habens fra-
nesitum cum vrina apparuit alba visa
est liberatus. Ciba cum lactucis et por-
tulacis conditis cum aceto vel agresta
vel spinachiis coctis et ordeo cum ag-
resta vel cum cibario facto ex farina
ordei et si esset debilis nutriat cum
membris edi et pullorum elixatorum in
predictis herbis vel cum papauere
et berberis et granis granatorum
seu agresta et cum eisdem rebus
et aceto condiantur. Bibat aquam
ordei et aquam decoctionis lenticularum
excorticatarum vel aquam decoctionis
berberis vel aquam cum agresta vel
vino de granatis. Et hoc valet bene
a principio usque ad finem egritudinis. Cura
eius quando est a colera seu humore adusto
est ut primo mundificetur cum [illegible]
medicina mundificante que mundificat
istos humores et post mundificationem
illorum humorum fiat flebotomia vel sub-
tractio sanguinis ex aliquo loco et
his modis materia extrahitur ex supe-
rioribus et specialiter ab auicenna libro 3° capitulo
de frenesi talis prouenientis
a colera et 4° libro capitulo de cura se. post
Dicit enim ibi quod si in egritudinis non fuit
sanguis flebotomiam debemus incipere
a mundificante. Si vero in egritudine
sint sanguis a flobotomia incipiendum
est et de dubio regula est flobotomie in sub-
tractionem sanguinis quam superius diximus
vis de minutione sanguinis quantitate et
modo et hora fiat omnem patientem fra-
nesitum cum in seu frenesim ut sit
in loco obscuro et non luminoso neque
sit in aspectionem lucis et diuersorum colorum
ne ledatur ymaginatio et fiat furi-
osus vel ne propter hoc gitatur ad ma-
iorem motum et furiam maiorem
Et hoc sit generale in omni purgatione
egritudine capitis in qua vigilie mul-
tiplicantur. Sint apud eum homines
et fuientes de quibus confidat et in quibus
infirmus delectetur nam talia multum

Aliud

quid bibat

Cura eius si colerica

in loco obscuro ponatur

Generale sit

apertis in infirmitate et intuetur
in unum locum Iam apparet differentia maxima
inter litargiam ex frigiditate et litargiam
ex materia per signa superius narrata
Sed inter litargiam et subeth est differentia
quia ad omnem litargiam sequitur
subeth vel congelatio et ad subeth vel
congelacionem non sequitur litargia
Item ad litargiam sequitur febris continua
semper ad subeth et congelationem non
sequitur quia sunt egritudines per se et non
accidentales In subeth dormit homo gra
viter oculis clausis In congelatione dormit
homo stupide oculis apertis Insu- (ter)
chos vel sacheos et litargiam est
differentia quia inter suchos vel sachos apparet
signa inte frigiditatis et caliditatis mixta In
litargia apparent signa frigiditatis tantum
et est sachos vel suchos cum febre magis
manifesta et magis apparens quam in
litargia Cura litargie que est ex
frigiditate penes serapionem autem est ut usque
ad duos dies vel tres ungatur loco
cum oleo rosato in quo sit aliquid aceti
ut locus confortetur et materia refrenetur
cum hac intentione que fit cum oleo
rosato et aqua rosata usque ad duos dies vel
iii conveniunt Almansor libro nono rubrica de
bresen frigido ex frigiditate et fit cum illo
oleo rosato aliquid aceti sed etiam fiat flebo-
tomia et hinc de et etiam conveniunt
de cephalica que est in manu In hoc
alii non conveniunt et credo quod
moto fuit ad hoc hac de causa quia flebotomia
evacuet omnem materiam contentam in
venis et diminuat quantitatem vel
humorum ex venis et hec apozima et
omnia alia sunt excussi humorum ha
bundantium in quantitate et qualitate
invenimus terrenum post nam ad fontes
membrorum et recolliguntur et fiunt
apozima bene post flebotomiam evacuando
quantitatem humorum ex venis cotere
in primo apostis tali vel sic secundum hanc
viam et hoc vere velle gal. in commento
re am za pa la quod si egritudo
sub dura frigiditate duxerit ibi ergo dicit
quod flebotomia in omni apostemate utilis videtur
in principio cum evacuet materiam venarum
secundum quantitatem et qualitatem ex qua materia
venarum generatur et sic secundum modum dictum

Cura litargie ex frigiditate

Almansor

q almans

sol.

superius omne apozima calidum vel secundum
post istam flebotomiam dicit autem quod fiat
clisteria acuta et unctiones super
occipitium inducentes vigilias et po
natur in loco luminoso omnis litargicus
adiacendum et in hoc omnes conveniunt
non permittatur profundari in somno sed
excitetur extendendo capillos et eu
ellendo quosdam eorum et fiant frica
tiones fortes in pedibus et cruribus
et ponantur rubificantia caput ut
plurimum tale intentionis sit infer
endo ut non dormiat propter quia
vigilie excitando humiditates cerebri
hanc infirmitatem curare solent
Et clistere acutum conveniens in hac
misi secundum suam almansorem sic fit R
colloquintide tractam .i. semis cucu
centaurum sem cucu an pug. semis ve
tere elamenti corticum radicum pa
paveris an pug. .i. pistentur et bul
liant in ℥ iii lb aque donec consumpta
sit medietas accipiatur de aqua ista
lb. s. et ℥ ii olei olive et urine vacce
℥ i et cum quodam quod sit ex aqua ca
lente ex piscibus conditis cum sale
et loco eius ponatur sal. quando non potest
haberi misceantur simul et colentur et
fiat clistere et cum sint tepidum
Ad ad idem ex motive fermis multotiens
et est multum utile in hac causa R
colloquintide et agarici centauree an ℥
s. anthi flor. camomille asari an ℥ i
pistentur et bulliant in aqua et accipi
atur de illa aqua lb. i et misceatur
cum ea ℥ s. salis et ℥ iiii olei olive
et ℥ iii mellis bulliant simul et coletur
et ponatur tepidum intra corpus
Aliud ad idem R colloquintide ℥ i pistentur
et bulliat in lb i olei olive cum ℥
iii mellis et ℥ s. salis coletur et ponatur
tepidum Ista ergo clisteria trahunt
materiam suam ad inferius et excitant cerebrum
et inducunt vigilias fricationes for
tes pedum et crurium si fiunt cum sa
le et aceto Rubificantia locum sunt
ex sinapi et aceto vel aceto squillitico vel
alleis pistatis et mixtis cum aceto
Ungatur locus cum oleo de lilio vel spica
vel castoreo et aliquantum de costo Ligantur
extrema fortiter ita ut doleant aliquantulum et

Alii

Vigilie

Clistere conveniens

aliud

Aliud

Rubificantia locum

Ungatur locus

extrema ligentur

et pulsatio in arteriis anterioribus et spatulis et gravitas in odoratu. Eius que fit a sanguine signa sunt vene inflate et facies et oculi et caput rubea et calida et sompnus et gravitas et lassitudo et pulsatio in temporibus et capite et urina spissa subrufa. Signa si fit ex colera sunt vigilie et inflatio absque multitudine gravitatis et ymaginationes citrine aut rubee et eius urina citrina vel aurea clara. Si vero a flegmate fuit erit ibi gravitas et pigritia et timor et multitudo sompni et albedo oculorum et corporis et multitudo humiditatis in toto corpore et erit cum hoc urina indigesta alba spissa et gulositas et indigestio. Si autem a melancolia fuit apparebit urina subtilis clara indigesta et erit cum hoc gravitas non multum intensa habebit vigilias et cogitationes corruptas et ymaginationes et capilli erunt nigri et glauci. Cura eius que fit ex revolutione super se ipsum vel aspectu rerum que volvuntur est quiescere et abstinere a talibus rebus et a insompnio et tranquillitate et abstinere a vino forti et acuto valde. Que autem fit a calore et percussione curatur sicut diximus in cura doloris capitis a calore et percussione.

Cura illius que fit ex vapore generato seu retento in ipso cerebro est rebus apertivis facere vaporationem cum aqua decoctionis absinthii et florum camomille vel melliloti et maiorane et rosarum et facere cauterium in anteriori parte capitis in loco ubi terminatur digitus medius manus cuius radix palme ponitur super radicem nasi habentis infirmitatem et est cauterium quod fit in duobus cornibus posterioribus. Et facere ipsum abstinere ab omnibus leguminibus et rebus acutis et porris et similibus. Et scias quod nihil deterius est in omni egritudine capitis et specialiter in vertigine et scotomia quam nuces et res que consumuntur ex nucibus vel vinum forte non limphatum seu acutum. Comedat bonas carnes et bibat vinum album debile limphatum et pira cocta in pe- nis post comestionem vel poma seu nespela matura et sibia farrum et panicum vel milium. Purgetur hiera cum pillulis cochiis aliquando cum picra quam fecimus. Cura que fit ex sanguine est ut fiat flebotomia in cephalica vel in communi brachii et ventosatio in cruribus. Cibetur ex lentibus coctis et conditis cum agresta et vino degranatis et panico et milio et bibat aquam decoctionis granorum granatorum vel bibat aquam zuccari cum psillio aut bibat vinum debile bene limphatum. Et comedat aliquando carnes ediles et pullorum conditas cum agresta seu aceto. Et post carnes comedat lactucas portulacas conditas cum aceto. Cura vertiginis seu scotomie ex colera si fit provocetur ad vomitum propositum cum sirupo aceto- so et aqua calida vel aqua decoctionis aneti et seminis attriplicis et eodem sirupo acetoso composito. Si autem vomere non posset bibat decoctionem que sic fit. Recipe mirabolanorum citrinorum ʒ i s. psi- lii et bulliant in lb s. aque cum ʒ i prunorum et agitentur ʒ iii illius aque et in illa aqua dissolvantur ʒ ii sirupi rosarum vel violarum et detur ante diem vel detur in matutinis infirmo lb s. aque cassie cum ʒ i s. reubarbari equaliter ponatur ʒ i s. pulveris reubarbari in lb s. aque cassie et dimittatur macerari illa per horas xii in matutinis calefiat ad ignem et coletur et detur infirmo. Ad idem Recipe electuarii de succo rosarum simplicis ʒ i vel ʒ vi quod facias manu et detur in matutinis cum ʒ iiii vel sex aque decoctionis prunorum et tamarindorum et sint tamarindi ʒ i. Aliud ad idem Recipe tamarindorum manne ana ʒ i dissolvantur ibi cum ʒ iiii vel vi aque decoctionis prunorum politrici et polipodii et detur ante diem mane et potest fieri ut superius dictum est. Cum vero sit ex flegmate purgetur cum picra quam in antidotario fecimus et detur decoctio ante diem vel in sero infirmo ʒ i cum ʒ s. oximelli compositi et ʒ iiii aque decoctionis ysopi et zeduarie ʒ vi.

Signa a sanguine

Signa a colera

Signa a flegmate

Signa a melancolia

Cura eius que fit ex revolutione super se ipsum

Cura eius que fit a vapore

Cura a sanguine

psillio

Cura a colera

Decoctio

Cura a flegmate

ipsorum et mulieribus et gulosis et bibulis et humidis natura. Sire et quenit epilensia puerorum et mulierum et omnium quorum sanguis est paucus est puer(um) et hoc per constrictionem venarum et hoc vult Avicenna eodem capitulo libro tertio. Signa que in pluribus epilentiis accidunt sunt tinnitus lingue ipsorum et viriditas venarum que sunt sub ea et accedit ut plurimum mutatio corporis in complexione sua et gravitas in capite. Aut accidit ei inflatio multitudine et antecedunt eam coartatio in motu lingue et somnia eorum mala et oblivio aut pavor et timor et sompno et accidit ei ut loquatur secum et constrictio pectoris et ira et anxietas. Signa eius que fit ex sanguine si quantitative permiscuit sunt inflatio venarum que sunt in collo et gula et dispositio quasi suffocationis antecedit eam et apparet gravitas in eo et laxitas et multiplicatio saliue dulcis et rubedo cum quadam fuscedine in oculis et faciei et vapor sentitur calidus in capite et est in eo stoliditas que est species insanie et appellatur mala distinctio et eius urina vel spissa aliquando seu rufa. Signa que fit a flegmate sunt urina in qua multiplicatur aliquid quod est simile vitro liquefacto et saliua spissa multa grossa alia et pavor et timor et albedo oculorum et corporis et pigritia et gravitas et oblivio et aliquando vomitus flegmatis fit in eo et nondum sunt etas regio et complexio et usus rerum in preterito et sompnus et quies. Nam ista adiuvant ad significationem super materiam egritudinis. Si vero ex melancolia vel speciebus eius fiant talia sunt signa urina glauca vel pallida subtilis cum circulo granuloso et turbatio sensus seu permixtio tristis et non purgatur dispositio mala per intellectum cum separatur sed remanet semper eius ratio turbida et color faciei et oculorum fuscus plumbeus et capilli eius nigri vel plumbei et siccitas lingue et usus rerum in preterito generantium melancoliam. Si autem per coleram venenosam fiet quod raro

accidit ut volunt plures et specialiter aliquando in eo color citrinus oculi et faciei et saliva citrina amara et stoliditas cum furia et motu et urina rubea subtilis acuta et siccitas lingue et sitis et fortis agitatio et turbulatio in accessione et spatium accessionis brevius quam in aliis. Signa que fit ex vapore sunt quod infirmus sentit tinnitum et motum et elevationem vaporis ex aliquo membro et in muliere sentitur undatio in matrice propter menstruum retentum aut propter retentum venenosum inclusum in ea et in muliere accidit ut plurimum ex istis causis et hoc specialiter in viduis et monachabus et virginibus abilibus ad coitum unde abstinentia in talibus potest procreare epilentiam in muliere. Signa eius que fit a vermibus et a stercoribus sunt signa vermium ut est contrarietas oculorum et clausio et odor quem sentit ab eis et quod emittunt aliquando et fricatio narium et obtenebratio faciei et oculorum et palpitatio cordium. Cura eius est quod semper febris et specialiter longa cum resolvat omnem materiam corrumpunt unde dicit Avicenna quod quartana cum dirigit materiam ex longitudine sue affectionis curat epilentiam libro tertio capitulo primo. Iterum alterationes que fiunt in tempore istius infirmitatis si vigilie fiunt curant eam unde Ypocras 2a particula afforismorum: epilenticorum iuvenibus alterationem mutationes maxime etatis temporum vitiorum et locorum faciunt. Scias autem quod quando epilentia accidit alicui ante pubertatem et mulieribus ante menstruorum apparitionem et solvitur in iuventute scilicet circa xxv annos et in mulieribus circa apparitionem menstruorum quod amplius non curatur. Unde Ypocras in 4a particula: Quecumque vero remanent pueris et non absolvuntur circa iuventutem aut feminis circa menstruorum eruptionem interfestere consueverunt. Sire etiam conveniunt quod omnes res acute ut allia et sinapis et similia excitant epilentiam et omnes res fumose ut legumina et omnia que de proprietate nervos percutiunt ut nuces et vinum et venti tonitrua clamor et timor iterum purgationes universales et fri

mirachia et timor de eis quod timent
secundum consuetudinem. Cum autem ista fir-
mata sunt fit egritudo actu ledens
Et species quidem istius egritudinis sunt
quasi infinite. Omnes enim eorum timent
casum celi super se Et quidam eorum
timent quod terra absorbebit eos et quidam
timent latrones et quidam timent
lupum ut ad eos egrediatur. Quidam
vero alii sunt qui ymaginantur rebus
cum oculis suis que non sunt sane
seu vere Et quidam ymaginantur
se ipsos factos reges aut lupos aut
demones aut aves aut instrumenta
artificialia Et quidam sunt qui rid-
ent et precipue quando materia est sanguinea
cum ymaginantur placibilia seu de-
lectabilia Et quidam sunt qui plo-
rant et precipue quando materia est pura melancolia
Et sunt quidam qui diligunt mortem
et quidam abhorrent eam Et sunt
etiam alie species diverse de quibus non
facimus mentionem propter earum mul-
titudinem. Signa eius cum materia
fuit sanguinea et continetur in cerebro
superfluitas cogitationis et assidu-
atio sollicitudinis in hiis et assiduus
aspectus ad rem unam et ad terram
et multiplicatur in isto risus absque
causa et cum eo et gaudium et erit
absque tristitia vehemens Et urina
eius erit spissa rufa et eius pulsus
mollis et color faciei et oculorum ru-
beus vel fuscus et sompnolentia cum
quadam gravedine et sapor in ho-
ra sentitur dulcis in quo apparet
amaritudo aliquando et aliquando salsedo
et hoc erit per quandam adustionem
et apparebunt vene manifeste et
membris omnibus replete et habitudo
corporis ut plurimum carnosa videtur.
Si autem ex flate fuerit cum aliis sig-
nis sequentibus melancoliam erunt ibi pi-
gritia et paucitas caloris et quies
multa et gravitas et oblivio et
non erit ridens neque gaudens
et eius urina apparebit alba vel
subpallida cum quadam spissitudine
et eius pulsus parvus mollis et color
faciei eius albus vel pallidus appa-
rebit. Si vero ex cole fuerit cum aliis
signis sequentibus melancoliam erunt ibi
idem agitatio et commotio et inquieta-
bilitas et clamor et audacia et
ira et color oculorum et faciei trahit
ad citrinitatem et eius pulsus erit
velox et durus et urina erit citrina
vel subrufa tenuis. Si autem ex ipsa
melancolia fuerit habebit cum aliis sig-
nis odium erga homines et oblivionem
et cogitatio in ipsa erit plurima et
non ridebit et erit absque audacia
et cum quiete urina erit pallida
et tenuis et eius pulsus parvus
strictus et durus. Si autem melancolia non
fuerit retenta in cerebro sed in toto
corpore apparebit nigredo cutis
corporis et asperitas vel arefactio
et retentio eius quod solet exire
consueverat ex splene et stomacho et ex
emorroydibus aut ano vel menstru-
is et est cum hoc egritudo vehe-
mens et totius corporis et multiplica-
tio pilorum et quod in eo fuit antees-
sio ciborum generantium humorem me-
lancolicum et et amissio febrium
compositarum longarum quibus succedit
humor melancolicus. Si vero vitio splenis
fuit hec egritudo erunt in eo rugi-
tus sinistri lateris et inflatio sple-
nis et hic non separatur ab eo et
multitudo desiderii propter effusionem
cole ad os stomachi et paucitas digestionis
et inflatio et inflatio et aliquando
erit ibi [illegible] et mordicatio cum
fuzia apparebit quam et sicut magis
ut plurimum omnes melancolici sunt
splenetici et etiam contrarii.
Signa melancolie que fit vitio stomachi sunt
nausea et siccitas cum indigestione
et repletio in hora digestionis et mul-
tiplicatio doloris apud comestionem
que quiescunt post digestionem.
Signa vero eius que fit ex materia con-
tenta in siphac mirach id est in panni-
lo interiori continente intestina
et mutitia sunt gravitas in
mirach et attractio ad superiora et
nausea insensibilis et malitia ap-
petitus et corruptio digestionis et eructua-
tio acetosa et sputum humidum et
rugitus et exitus ventositatis

omne medicamen physicorum de illa materia

Est medicamen penes intentionem physicorum mundificativus materiam istius egritudinis a qua tamquam causa fit, sic ℞ mira-
bolanorum indorum ʒ x pollipodii ʒ v sene ʒ ix tur-
bit ʒ iiii sticados ʒ x passularum ʒ x
epithimi recentis ʒ x omnia excepto epi-
thimo in iii lb aque decoquenda sunt
donec ad unam lb et dimidiam rede-
ant cum hoc factum fuit addatur epi-
thimum et ultro ab igne removeatur
et dimittatur donec infrigidari ceperit
cumque infrigidata fuerint manibus fri-
cata colentur et ista collatura divi-
datur in quatuor partes equales et
una queque pars debet dari infirmo
de quarto in quartum diem per tres horas post
assumptionem pillularum que sic fiunt ℞
agarici dicas tercias ʒ i aloes ʒ ii
salis indi elli nigri quanta ʒ omnis
conficiantur cum melle aut mel. ros.
et hee pille sunt una dosis aut debent
dari omnes una hora sero cum vadit
dormitum et non cenet et post assum-
ptionem istarum pillularum per horas
tres ut dictum est sumenda est
quarta pars decoctionis supradicte et hec
decoctio debet totaliter recipi usque ad
dies xvi et qualibet vice antequam
detur decoctio pille omnes que fiunt
ex dicta receptione sumende erunt
hic modus mundificationis est secundum physicos
qui mundificationem faciunt in melancolia ex
sanguine post flebotomiam de venis sup-
dictis. In aliis autem speciebus melancolie
faciunt istam eandem mundificationem
absque flebotomia. Confiteor et assero
quod physicorum via sanativa est et recta a qua
desistere non convenit. Sed nostro
tempore multos curavi secundum hunc modum
et secundum eum semper procedebam in cura
melancolie et bene succedebat michi que talis
erat. Primo in omnibus speciebus melancolie
tam in illa que fiebat ex sanguine
quemadmodum in aliis faciebam
sirupum talem ℞ pollipodii lb s. buglo-
sse vel lingua bovis melisse ana
ʒ i apii capparis acori assari ana ℥
i sene epithimi ana ℥ ii seris lactuce
et stariol. endivie ana ℥ iii pistentur
omnia grosso modo preter epithimum et
senem que dimittantur sicut sunt bu-

liantur omnia pistata et alia in iiii lb
aque donec medietas consumata sit et
in fine addantur sene et epithimi postea
quod bulliunt et dimittatur aqua donec
sit infrigidata et tunc cum ipsa aqua
tepida fricentur ea que sunt in aqua
manibus fortiter et cum fricata fuerint
tollentur et in collatura illa addatur lb
i mellis rosati cum foliis et iterum red-
ucatur ad ignem et permittatur aliquan-
tulum bulire postea terrum colet et
reponatur hic sirupus rectificat splenem
que rectificatio necessaria et utilis est ma-
xime quemcumque speciei melancolie et cum hoc
disponit viam ad expulsionem et
aperit meseraicas et omnia nutritiva
corroborat et confortat. Datur de eo
mane ieiuno stomaco ℥ iii cum ℥ iii aque
decoctionis epithimi et mellis rosati et
hoc fiat usque ad dies sex tunc in sero
vel circa prandium primum somnum reci-
piat pillulas que sic fiunt et non re-
tinet ℞ sene epithimi ana ʒ ii elli ni-
gri ʒ iii scamonee ʒ i et s. mastici
ʒ i mirabolanorum indorum ℥ ii turbit ʒ ii
agarici ʒ i et s. et fiant pille cum
succo pollipodii vel vino decoctionis
epithimi ana ʒ ii dentur de eis ʒ ii vel
ʒ i et s. et ʒ i secundum virtutem. Si autem
pillulas sumere non possit sumat in
matutinis capellarum decoctionem que
sic fit ℞ mirabolanorum indorum ℥ i et s. pi-
stentur et bulliant cum ʒ ii prunorum
siccorum in ℥ viii aque donec medietas
sit consumpta coletur et cum illa
collatura dissolvantur ʒ x manne.
Aliud ad idem ℞ ʒ s. elli nigri sca-
monee ʒ i pulverizentur optime et
dimittantur per unam noctem in ℥ ii
rob. vini et ℥ i et s. manne in auro-
ra ante diem dissolvatur hoc totum
cum ℥ iiii aque decoctionis prunorum
et detur infirmo et aliquando loco dictarum
pillularum superius dabam ʒ i et s. pillularum
fetidarum quas faciemus mentionem
continuacione istarum mundificativa medicina
mundificabam omnes melancolias et dissolvebam
splenem et cum sirupo preparabam materiam et
cum electuario quod sic fit confortabam
cor cerebrum et totum corpus ℞ sericum
combustum ʒ i coralli rubei ℥ s. ossis de

Modus infirmitatis secundum Arnaldum

ubi cum

pillule

pillule

Decoctio

aliud

Confortativum

torde corni ℥ ij margaritarum non per
foratarum ℥ iij cardamomi ℥ i pinearum
mundatarum lb ß ysopi liquiritie ℥ ij
nuci muscati garioff. et piperis
lon. cubebe galange ana ℥ ß zuccari lb
vi coquatur ad modum cinnamate in hyeme
vero confitiatur cum iiij lb mell. spumati
et bene cocti et addantur in fine
℈ i musci sumatur in mane et sero
ad modum nucis magne et post i°
bibatur aliquid vini clari odoriferi li
mphati hoc electuarium confortat cor et
cerebrum et animam gaudere facit
et risum multiplicat et removet ma
las cogitationes et rectificat memo
riam et confortat digestionem et multi
plicat humiditatem naturalem in corpore
toto. Aliud ad idem quod fit l° dimi
sionis cap° de hiis que conferunt timori
et melie ℞ rosarum ℥ vi sup. ℥ v garioff.
mastici spice ana ℥ iiij
cinamomi croci ana ℥ i deterantur et in
bellen decoquantur lb i emblicorum
cum vi lb aque donec remaneat
tertia deinde coletur et proiciatur
super ipsam lb i mell. et decoquatur
donec inspissetur et pulverizetur et
super pulvis predictis et moveatur
cum ligno salicis aut ligno citri do
nec permisceantur et addatur super ipsum
in fine ℈ i et ß de musco detur sero
et mane ad modum nucis magne
et aliquid vini albi limphati bibatur
post illud hoc etenim electuarium animam le
tificat et timorem et tristitiam tollit
vel removet et impugnat et colorem
efficit bonum et addit oris odorem et
saporem et confert pulsum cordis
et si assidue letificat animam ita
ut extrahat eam ad e[xtrem]um item
a sui continuo et multitudine usus
et bonitate anime. Ex parte me[dicinarum]
omnes malos mihi occurrentes evacuans
et essent evacuabam per viam istam
et modum per quam si videbam cor
robustum et satis carnosum et reple
tum secundum venas et ipsas apparentes in
gravis faciebam post duas aut plures
humiditates flebotomiam de venis pedum
sphoma et salvatella ex dis
similibus in aliis aut spatiis in mulie nullo

modo fingebam hoc respondimus nec
dimittebam semper procedebam et con
suetudebat mihi ut multi faciunt qui
hodie vivunt nobiscum Regimen eorum
ex parte diete cum brodio gallinarum
et carnium castratorum et edi et arietis
virginum et pullorum et cum vitell.
ovorum et cum cibariis factis ex fa
rina ordei et avene in quibus pone
bam vitellos ovorum cum pulvere spe
cierum qui sic fit ℞ cardamomi ℥ ß melle
gete cubebe ana ℥ i cinamomi electi
℥ i zaffrani matis ana ℈ i nucis
muscate gariofil. ana ℥ i terantur et
cribellentur. Farnes et brodia et alia
cibaria omnia condiebam cum isto pul
vere nullo modo exhibebam eis ca
rnes silvestres neque carnes animal
ium silvestrium. potabam eos cum vino
albo clarissimo odorifero in quo po
nebam tantum de aqua quantum
erat medietas vini vel eius tertia
secundum naturam vini electi quod haberi po
terat. Dabam sepe et per intervalla
illam decoctionem de electuario qua
fecimus mentionem et secundum dictum modum
illius. Et est prima decoctio que fit
cap° de decoctionibus in meo antid° in
omnibus speciebus melie sive fuissent ex
sanguine aut ex aliis causis post
exhibitionem medicinarum faciebam
unum cauterium in parte anteriori et
duo in cornibus posterioribus capitis
et prosequebam ista cauteria usque
ad os si erat possibile et dimittebam
ea aperte usque ad dies xl. Pro
eo quod posse ultra hoc tempus non
curabam de hiis sed permittebam
ea consolidari et sic secundum illum modum
curam in omnibus finiebam et si aliquod
vestigium infirmitatis remanebat
post continuationem istam iterum a ca
pite incipiebam quousque totalis
erat consumpta et mundificata
secundum meam possibilitatem. Sequitur

Capitulum decimum octavum de melancolia ex amore vel desiderio repatriandi

Dieta

pulvis specierum

vinum aut potus

Cauteria

Aliud

Et vocatur ilischi R[ubrica]

Et egritudo appellatur ilischi
i. melancolia quam aliquis incurrit
propter amorem et est sollicitudo
similis melancolie in qua homo iam adduxit
intentionem cogitationis sue super
pulchritudinem quarundam formarum
et figurarum que insunt ei deinde adiu-
vat ipsum ad illud desiderium eius
et non consequitur et quia trahat
cum ab ceteris sero necesse est ut aliquis
humor qui augmentatur ab istis
causa pereret et habundet et erit
ille humor melancolia multiplicata in quan-
titate et qualitate vel quod convenit
et erit frigida et sicca. Signa firma
super istam egritudinem sunt profu-
nditas oculorum et siccitas ipsorum et
privatio lacrimarum nisi cum fletus
adest et motus continuus palpebrarum
risibilis quasi aspiciat aliquod pulchrum
delectabile aut audiat cantilenam de
eo in quo delectetur aut letificetur
aut eius anhelitus est plurime inter-
sectionis et reversionis et alteratur
eius dispositio ad risum et fletum cum
audit cantilenas amoris precipue cum
fit rememoratio repudii et elon-
gationis ab eo quod diligit et sunt
membra eius arefacta et palpe-
bre fiunt magne propter vigilias
et eius pulsus est absque ordine et
alteratur dispositio pulsus manifeste cum
fit rememoratio eius quod diligit
ipse et cum obviat ei subito et
potest ex pulsu ingeniare medicus
super cognitionem eius quod diligit
et sciet ex hoc causam infirmitatis et
habebit viam ad curam eius. Et
ingenium erit tale cum medicus pul-
sum tetigerit rememoratur plura
nomina rerum et virorum et mulierum
coram infirmo et ipso audiente
hoc faciat multotiens tangendo
semper pulsum infirmi cum presen-
serit varietatem in pulsu propter
rememorationem in pulsu mansionis
vel figure vel loci aut regionis aut
aeris in qua operatur aut gentis aut
parentum seu sororis vel familiaritatis

scias quod illud est illud quod diligit in-
genietur tunc in acquirendo illud
si est possibile quia per acquisitionem
illius statim curabitur. Cura eius tal-
is sit primo exhibeantur ei ea que indu-
cunt somnum ut est dyapapaver in
quo ponatur crocus et electuarium valde
utile est in hoc casu confortat cerebrum
et delet malas ymaginationes et
purgat ipsum cerebrum a superfluitatibus
et alterat eius dispositionem sint continue
coram eo mulieres et astantes et
vetule que confortant infirmum
in contrarium sue ymaginationis et ex-
citent ipsum in amorem alterius ab eo
quod diligit et vituperent illud quod
diligit narrando de ymaginata vel
dilecta fetida et inhonesta et turpia
ex parte persone et morum. Nam
vetule cum suis [illegible] ipse
sciunt facere hoc et propter hoc etiam
[illegible] in hoc casu est valde utilis co-
ram eo fiant cantalene et solatia
et mittatur ad coitum diversarum mulierum
que a vetulis et ab astantibus multum
laudentur de forma figura et mo-
ribus. Exeat patiens ad distrahendum
huc illuc equester et pedester cum
iuvenibus et mulieribus in quibus delectetur
nam omnia ista removent malam
ymaginationem et cogitationem induc-
tam ex amore. Locetur in loco luminoso
et non obscuro nam obscuritas prepa-
rat ipsum ad sollicitudinem que est
prava in tali cura et disponunt
infirmum ad pravas cogitationes et
ymaginationes quod malum est et
inconveniens. In infirmitate tali
nutriatur ex dieta dicta in capitulo de melancolia
et etiam ex lacticiniis recentibus fru-
mento ordei et avene que abarrato
dantur cum pulvere specierum dictorum supra
et electuariis dictis ibi. Potest ex
vino albo limphato ut dixi nunc et con-
fortetur cor et cerebrum et totum cor-
pus cum electuariis dictis. Balneetur sepe post
digestionem in aqua tepida decoc-
tionis camomille et ungatur totum
corpus ex oleo de nenufare camomilli-
no et anetino et de salice et mun-
dificetur cum rebus dictis et si necesse fuerit

fuit si cum comoditate fieri potest
Vt dictum est in melia / Si vero ex desiderio
repatriandi contingerit hec melia vel
modus huius infirmitatis non acquirat d'a
curam nisi ut inducant patiens ad
repatriandum si possibile fuit. Si aut
non fuit possibile curetur ut dictum
est in cura mel'ie ex amore

Capitulum decimum nonum de mel'ia in qua homo fugit a viuis et desiderat non esse cum aliis et est instabil' et vocatur cucubit R^a

Hec egritudo nominatur cucubith ad similitudinem cuiusdam bestiole seu animal' natantis
sup aquas qd' sup eas mouetur diuersis
motibus absque ordine et hec hant
nam quia quociens [illegible] accidit ei
aliquid noui fugit ab eo deinde apparet
ut incipit apparere et notatur hoc
animal apud laycos gen' [illegible]
et repitur ut plurimum in aquis statibus
Fit autem ex colera adusta et melia et
apparet et manifestatur ut plurimum
in februario et marcio // Signa eius
sunt quod patiens diligit fugere ab
hominibus viuis et desiderat mortuos [illegible]
[illegible] et repente aduenit melia [illegible]
[illegible] et fugit diem et noctem desiderat
et occulta libenter et totum illud
accidit ei diligendo solitudinem et
fugere ab hominibus et non quiescit in vno
loco hora vna sed continue discurrit huc
illuc ignorans quo vadit timendo
se ab hominibus ymo quando non cauet plus
ab eis negligens penitus illud et parum
discernit illud qd' videt et cum sit prius
et est in vltimo tristicie et solitudinis
et querimonie et cautele et color
facie[i] citrinus lingua eius sicca et est
siciens et semper crura eius apparent
vlcerata que non consolidantur et causa
eius melia corrupta accidens per motum
pedum [illegible] et labore currere ad ipsa vl
linera et canina et membra fuit [illegible]

propter laborem et ieiunium et propter
sollicitudinem ex qua fit corpus sim
ilit' // Cura eius est ut regatur cum
bona et temperata dieta et bonis nutribil
et optimo potu de quibus superius feci
mentionem balnietur sepe in aqua
decoctionis ros flor' camomille et
salicis et viol' et sepe post prandium
digestione eius completa inungatur
caput eius continue ex oleo ros et
oleo de salice et de papauere et in
troducatur sompnus cum vino et aliis
rebus propositis bibat sirupum sepe de ne
nufare vel sirupum de papauere cum aq
decoctionis 3 [illegible] seme epithimi et
nenufaris et conforte caput cerebri
et cor cum electuariis dictis superius
c^o de melia bibat in vino aquam decoc
tionis 3 [illegible] nenufaris et violarum
purgetur aliquando cum gera logodion
vel pillis stomaticis cochiis vel
pillis fetidis vel cum decoctionibus
dictis superius et fiat flobotomia de sal
vatella pedis sinistre si vene re
plete fuerint vel aperiantur mesaraica
aut emoroydes si fieri potest ipse
Si aut cauteria si videtur tibi vel
ex ultra sicut in cura huius mel'ie et spal'
post purgationem [illegible]

Capitulum vigesimum de stoliditate et amentia R^m

Et egritudo semper fit propter
egritudinem lesionis factam in
ventriculo medio cerebri in
quo viget cogitatio sicut et permixtio
sensus seu alienatio sicut quod in febribus
fit que cum aliis malis signis mo
rem [illegible] / Fit aut alienatio
seu dispositio vel permixtio sensus absque
febre et tunc est species melie et
quia hee infirmitates fiunt in cerebro
et in eodem ventriculo [illegible] tamen
inter eos diuersitas manifesta Nam alien
atio seu permixtio sensus fit in febre
aliquando et absque febre et est ledens
operationes cogitationis extimationis
secundum qualitatem vel vanitatem seu adductionem mala

[margin: quid stoliditas]

Stoliditas et amentia sunt absque febre
semper et ledunt operationes cogitativas
vel estimativas sive diminutione aut de-
structionem et appellatur hec lesio fa-
tuitas vel infantilia. Causa autem
huius egritudinis est siccitas pura aut sic-
cum frigiditate comprehendens super me-
dium ventriculum cerebri per longitudinem
spatii dicti secundum doctrinam illius et quod hec
egritudo sit ex frigiditate et non ex
caliditate est quod ista egritudo est in-
diminuto et destructio spiritus moventis
operationes cogitativas et estimativas
et memorie. Nam caliditas movet
cogitationem et spiritus et motus adiuvat
caliditatem. Sed frigiditas impedit ca-
liditatem et motum in permixtione
sensus est ergo et fit in contrario causa.

[margin: Causa huius egritudinis]

[margin: Signa stoliditatis]

Signa stoliditatis et amentie sunt
quia desiderat esse cum pueris et ludit
operationibus puerilibus et conversatur
cum eis et ridet de rebus quas facit
et letatur sicut pueri et male cor-
rigitur et aliquando tacite moratur et per-
sistet cum manibus et fustibus in terra
et aqua. Permixtio vero sensus fit
aliquando cum febre et aliquando sine febre
et fit ex causis facientibus meliam
intendentibus super cogitationem
cum caliditate et propter hoc ponit
infirmum mobilem et velocem ad
operationes cogitationis non rationales.

[margin: Cura stoliditatis]

Cura stoliditatis et amentie est
calefacere cerebrum cum electuario
de musco quod sic fit secundum Avicennam. Recipe
musci ℥ ß. cardamomi liquiritie
gariofilorum ℥ ii piperis longi ana ℥ x. ʒ
cinamomi ʒ iii ligni aloes ʒ i
croci ʒ ii medicine sunt viii con-
ficiantur cum zucaro vel melle. Electuarium
magnum valet ad stoliditatem stomachi
cordis et inflationem et ventosi-
tatem et confortat cerebrum et ipsum
datur sero et mane ad modum ca-
stanee. Ad idem Recipe ℥ ʒ ii
galange ʒ iiii nucis muscate corallorum
ossis de corde cervi margaritarum
non perforatarum gariofilorum ana ʒ i
macis spice croci ana ʒ ß
cinamomi ʒ i et ß liquiritie ʒ
ß conficiantur cum zucaro vel melle.

[margin: Aliud]

Confortat cor et cerebrum et valet
ad omnes passiones istorum membrorum
et specialiter si fuerit propter debilitatem
vel defectum aut propter frigiditatem.
Ponantur omnes tales ad latendum in
loco luminoso. Conversationem habeat
cum amicis et fidelibus qui eos confo-
rtent. Solatia et cantilena multum
conferunt in hoc casu similiter et in scriptis.
Ablutio pedum cum flore camomille
et mellileto et aneto et similibus est
valde utilis in omni specie melancolie et ali-
enationis. Cura permixtionis sensus
si fuerit cum febre tunc cum febre curatur
per curam febris. Si autem fuerit absque
febre curatur per curam melancolie dicte
superius cum fiat ex eisdem causis
et humoribus in medium ventriculum
ubi viget cogitativa et estimativa. Dieta
et potus non variantur a dicta et
potu dictis in melancolia cum fiunt absque
febre. Purgetur cum eisdem medi-
cinis dictis illic et si fuerit necesse fiat
flebotomia de salvatella pedis sinistri
que est inter anularem et auricularem.
Post purgationem non obliviscatur
cauterium quod fit medio capitis in
isto casu valde utile est et bonum etc.

[margin: Ablutio pedum]

[margin: Cura per mixtionem]

Capitulum vigesimum primum de mania et canina et vocatur demonium. Rubrica

V-ocatur autem passio ista de-
moniaca propter pravitatem
accidentium. Fit autem a colera
adusta in qua vincit caliditas omnis aut
aut a melancolia adusta in qua dominatur
accidentalis caliditas et non ex alia materia.
Fit autem in mulieribus ex retentione
menstruorum ut plurimum in iuvenibus
in venis matricis ex quibus elevantur
fumi diversimode moventes ymagi-
nationes et cogitationes ad ea que
visa in preterito fuerunt sive fuerunt no-
tata sive non et inducunt patientes
ad narrandum de futuris et etiam inclu-
dunt eum ad loquendum variis lin-
guis et quod plus est linguis etiam si
numquam eas audiverit. Fit etiam ex

[margin: causa]

spermate retento in matrice quod conversum est post corruptionem et temporis longitudinem in venenum a quo fumus venenosus elevatur et movet dissimmode cerebrum ymaginationem cogitationem et estimationem. Ita quod inducit pacientem ad motiones eisdem ad quas menstrua retenta inducunt ut superius dictum est et hoc ut plurimum contingit viduis et monachabus et virginibus abilibus ad coitum cum tempus coeundi transeunt. Contingit etiam multociens quod ab istis superfluitatibus retentis elevatur fumus venenosus qui spargitur per membra inferiora et lateralia et inducit in toto corpore rigorem tremorem et frigus absque febre et fastidium et dolorem capitis et vigilias et tenebrositatem oculorum et similia. // Signa manie et passionis demoniace. Primo tamen ponemus differentiam inter maniam et frenesim et melancoliam. Ad frenesim sequitur semper febris continua et acuta apostema quod putrefit et specialiter in cerebro et quod fit in membris nobilibus sequitur febris et hoc vult auctor libro iii. capitulo de litargia et de signis litargie, sed ad maniam et melancoliam non sequitur febris nisi per accidens et raro. Inter maniam et melancoliam distat quia mania fit semper ex materia colerica vel melancolia adusta in qua talis colera vincit et dominatur et in ea apparent signa furoris et audacia et instabilitas et desperationis magis et maiora quam in melancolia. Melancolia vero fit ex communi materia adusta quam colera citrina terminavit et reduxit ad genera melancolica ita quod nihil de caliditate que in illa materia remansit. Et fit ex melancolia naturali corrupta in qua est proprium frigiditatis aut sicitatis ultra debitum vel frigiditatis et siccitatis in se. Quando vero fit a melancolia adusta passio demoniaca demonium et lupinositatis et rapacitas eius fiunt cum cogitatione et quiete spatio aliquo. Deinde tamen movetur et loquitur incipit sermonari cogitationis preterita cum iterat saepe cum non est possibile audire neque [illegible] ipsum et est estimatio in ipso

vehementius et color ad nigredinem declinior et somnia deteriora et videntur aliquando arctosum aliquando bulliens in terra. Si autem manifesta fiunt ex colera adusta fiunt permutationes ad contemptionem velocius et quies ab ea et non retardatur contentionis et adhuc sicut recordatur eius plus aut moratur eius quies et multiplicatur eius motus et rixa et agitatio et omnis furor et insolubilitas. [illegible] aut que fit propter retentionem menstruorum aut propter congregationem spermatis per naturam in stomacho quod [illegible] stoma impugnantur et quia abstinuit a coitu et quod delectatur in verbis et operationibus pertinentibus ad coitum et quod quiescit quando coram eo secrete tractatur et dicuntur verba coitus et luxurie // Cura eius est ut primo locetur in loco obscuro ne propter lumen aeris et varias res visibiles apparentes in luminoso ad furorem moveatur // Et scias hoc generale quod intentio philosophorum est in hoc casu in humectando plus quam infrigidando. Et hoc vult auctor in cura istius infirmitatis propter inobedientiam eius et instabilitatem. Incipiendum est ergo a rebus introducentibus somnum et fricationibus pedum et crurium ut materia ad inferiora trahatur. Vnde ypocras vi. particula afforismorum maniacis varicibus aut emoroidibus innatis insanie solutio. // Cum materia fuit colera adusta statim minuatur capilli pro posse et inungatur caput cum oleo de nenufare et oleo de papavere mixtis cum succo lactuce in quo sit aliquid aceti. Fiant fricationes pedum cum aqua decoctionis foliorum salicis et florum camomille et rosarum seu cum aqua decoctionis papaveris et melliloti et rosis humectetur caput eorum cum lacte mulieris lactantis puellam et oleo de salice. Post quietem fiat flebotomia de vena que est intus in talo que vocatur saphena. Aperit enim emoroides et provocat menstrua que provocatio et apertio valde utilis fuit in cura ista ut apparet per ypocratem supra. Purgetur si est possibile cum decoctione que sic fit. Recipe sene epithimi ana [illegible]

prunorum ℥ ij bulliant in aqua et colen-
tur ℥ v vel vj illius decoctionis disso-
luantur ℥ ij manne et detur infirmo
fiat usque a primo omni die vel in duobus
diebus semel clistere quod sic fit
Rx sene epithimi ana ℥ s pollipodii ℥
ij blete m i pistentur et bulliantur
in aqua tepida de illa aqua lb i in qua
dissoluantur ℥ ij manne et ℥ iiij olei
viol et ℥ s salis coletur et post de-
ctionem suppanatur tepidum Alia
decoctio ad idem Rx mirab. indorum
℥ i s sene epithimi ana ℥ s prunorum
numero x pistentur et bulliant in aqua
et coletur et in ℥ vj vel vij illius aque
dissoluatur ℥ i manne et ℥ i sirupi viol
et detur ante diem parte usque ad
finem febrium cum aqua que sic fit
et non cum alia Rx seminis
seminis lactuce ana ℥ i papaueris
℥ s zucari ros ℥ iij prunorum siccorum
℥ iiij ordei ℥ i s bulliant in lb
vj aque usque ad v coletur et seruetur
Aliud ad idem Rx granorum grana-
torum dulcium vel inmitiorum ana ℥ ij
seminis lactuce ℥ i papaueris ℥ s zuc
℥ ij prunorum siccorum ℥ iij bulliant
in vj lb aqua donec media consumpta
sit et coletur et seruetur Cibetur cum
lactucis cucurbitis et portulacis condi-
tis cum agresta et vino de granatis
et etiam cum cibariis factis ex farina
ordei auene panico et milio in quibus
agresta et vinum de granatis ponatur
et hoc usque ad finem febrium Si autem
infirmus a debilitate laborat cum ci-
baribus edi et pullorum alterius cum
herbis portulacis cucurbitis et la-
ctucis mutatur Si autem materia melancolica
adusta fuit in ea procedatur cum
confortantibus caput et prouocantibus
somnum ut superius dictum est et
aperiantur emorroydes et menstrua
et fiant clisteria et apertio saluatelle
et saphene ut supposita in prouocatione
somni multiplicentur papauer et ne-
nufar et addatur granum unum opii
vel plus si fuerit necesse. Dieta et potus
non varientur a superius mundificatiuum
decoctionum que sic fit Rx mira
indorum ℥ i elli nigri ℥ ij sene et

epithimi ana ℥ s pistentur et bulliantur
et colentur in ℥ iiij illius decoctionis
dissoluatur ℥ i cassie medullosa et co-
letur et detur ante diem post mun-
dificationem et attractiones cauterium in
medio capitis valde utile est et
necessarium Si vero contigerit hec egritudo
propter retentionem menstruorum seu
propter sperma corruptum aggregatum
in matrice prouocentur menstrua
cum apertione saphene vel cum
medicinis quas in capitulo de retentione
menstruorum dicemus inferius.
Si autem propter sperma corruptum
generetur ad coitum si est possibile
quia hec erit via melior et no-
bilior Si autem ad coitum eam ex-
citare non potest quia erit mulier
honestatis seu religionis faciat
quod obstetrix fricet fricetur os matricis
et vuluam cum digito indice mun-
lito cum oleo de spica in quo cam-
phora sit dissoluta et fiat fricatio
fricatis ita ut doleat et conqueratur
patiens. Continue bibat aquam
frigidam in qua semina sint de nenu-
fare seu de papauere mutatur ex
lactucis cucurbitis portulaca et similibus
et non de carnibus nisi in ultimo de-
bilitatis sicut assiut secundum quod dictum est supra
Comedat sepe dyapapauer mixtum
cum zucaro ro. et post illud bibat
aquam ut frigerat. Apponatur suppositum can-
dela inuoluta cum pena que pena
sit ligata cum filo firmiter circa can-
delam et imbibita in oleo de spica
vel de lilio in quo dissoluta sit de tria
grana musci vel ambre valet mira-
biliter in hoc casu et suffocatione
matricis et in omni passione que generatur
ex menstruorum retentione vel ex
spermate retento et debet caput
candele extra de ligari cum filo
duplicato ne intraret tota candela
ut in matrice ut posset extrahi omni
hora ad voluntatem patientis et
medici et hec candela quasi continue
usque ad perfectam liberationem intra vul-
uam debet morari et cum ea os ma-
tricis fricari aliquantulum et trahit materiam
ad inferiora sperma corruptum erit

2 clistere
Alia decoctio
Cibo
Si autem materia fuerit adusta
Decoctio
Circa (?) retencionem (?)
bibat
Ad uulvam suffocationem matricis et passionem exmistionem

Aliud nobile

et resolvit Ad idem ℞ agni casti ℥
iij seminis marellorum ana ʒ v terantur
perfecte et cribellentur et incorporentur
cum melle crudo non despumato et
fiat electuarium. hoc enim electuarium removet me/
lancoliam et passionem demoniacam
contingentem ex spermate corrupto
maxime viduarum et virginum et religio/
sarum et aliarum in quibus tales reperiuntur
cause. Etiam que contingunt ex rete/
ntione menstruorum et preter hoc destruit
capitis frigiditatem que contingit in
mulieribus senibus et decrepitis et in
omnibus mulieribus in quibus frigiditas membrorum
et capitis contingit ex causis supradictis
et in omnibus istis mirabiliter confortat
appetitum. datur mane et sero cum
intrat dormitum ad modum nucis
magne et post illud bibatur aliquid vi/
ni limphati secundum medietatem et si ad/
iungantur ʒ v peonie in hoc electuario
mirabiliter operantur contra epilentiam Sequitur

Capitulum vigesimum 2m De corruptione ymaginationis et memorie ℞ca

[S]it autem a materia colerica vel melan/
conica in parte anteriori
aut secundum quantitatem et quali/
tatem aut secundum qualitatem.
Sed corruptio memorie fit propter
dominium frigiditatis in parte posteriori
aut propter dominium frigiditatis sive cum humiditate
vel siccitate. Signa corruptionis
ymaginationis sunt quia ymaginatur
quod non est neque invenitur et videtur
ei quod videat res quibus non est tenendum
et debilitatur ymaginando res ymma/
ginabiles neque videt visiones et so/
mnia nisi parum et obliviscitur ymagi/
nationes formarum sensitivarum qualiter
sunt neque ymaginatur eas. Et si
fiunt ista cum vigiliis et motu et
instabilitate a siccitate fit. Si vero
cum somno et pigritia et visionibus
pluribus absque recordatione fit a frigiditate.
Sed si fiunt cum siccitate lingue et
oculorum tunc super siccitatem fiat. Si
vero cum humiditate super humiditatem

Signa corruptionis memorie sunt
quia non recordatur et si cum siccitate
non imprimitur in memoria aliquid
et sunt ubi vigilie et insomnietas
et est ubi servatio rerum preteritarum tamen
non servantur res momentanee
hore illius. Si vero fit cum humiditate
fit somnus profundus vel subeth et
propterea non servantur et forsitan ser/
vantur res momentanee illius
hore et est cum pigritia et immobi/
litate et ut verum loquar semper est
cum oblivione. Circa corruptionem
ymaginationis est si materia fuit colerica
ut fiat flebotomia de vena cepha/
lica aut continue infundetur pars an/
terior cum rebus confortantibus partem
anteriorem Et fiat inunctio cum
oleo de nenufare et oleo rosato mixto
cum aliquantulo aceti vel cum oleo
de salice seu oleo violato in quo sit
aliquid mandragore et aliquid opii
in modum grani ordeacei et aliquantulo
aceti. Omnia mundificatur cum dictis me/
dicinis in capitulo de mania superius et
alibi ut dictum est illic. Si vero materia
fuit melancolica adusta vel non adusta
fiat ut dictum est in capitulo de melancolia facta
ab humore melancolico. Sed advertendum
est hic quod clistere lenitivum quod fit in capitulo
superiori de mania multum utile est
et necessarium Et est conveniens si possibile
fuit omni die fiat in duobus diebus
semel. Introducatur somnus cum rebus
dictis superius propositis et nutriatur
et potetur ut dictum est superius.
Circa curationem corruptionis memorie
Si autem ubi fuit somnus profundus
vel subeth et oblivio curetur ut dictum
est in capitulo de subeth et oblivione
tamen conveniens et necessarium est ut cau/
terium fiat in parte posteriori
usque ad os in ysto cum. Si autem ubi
fuit servatio rerum preteritarum et obli/
vio momentanea quod significat
siccitatem introducatur somnus cum oleo
de papavere et oleo de nenufare et
comedat semen de dyapapaver et
mundificetur ille cum pillulis et rebus
dictis in capitulo de melancolia. Potest iste ex
bono vino claro odorifero mixto cum

Sig corruptionis ymaginationis

Sig corruptionis memorie

Circa corruptionem ymaginationis

clistere le[nitivum]

circa

Circa oblivionem et corruptionem memorie

Cauterium

potus

aqua et nutriatur ex brodio gallinarum et carnium edi et castratorum et anetis annualis et comedat testudines et pinoas mundatas et vitellos ovorum et olus feniculi et boraginis et seminis intrediuatur et quies. Scias utique quod ebrietas in isto casu valde est utilis et bona quia humectat cerebrum et ipsum a superfluitatibus mundificat et hoc vult auicenna fen iiii capitulo de regimine aque et vini. Fit autem corruptio ymaginationis in somno itaque homo insurgit et facit ea que in vigiliis faciebat et loquitur sicut in vigiliis. Et eius cura est ut cura corruptionis memorie in somno et plus quia in ista cura hora noctis vel somni in qua homo leuatur et operatur in somno ut in vigiliis debet infirmus abastanter hora accessionis cum virgis subtilibus fortiter verberari cum dum quod excitetur et cum infirmus excitatus fuit post excitationem bis aut ter cum eisdem virgis percutiatur ibi ut manifeste sentiat dolorem fiat hoc omni nocte per viam istam curabitur post mundificationem et corporis purgationem et humorum si deus voluerit. Et conuenit ut consuetur dieta et omnia dicta in capitulo de mania et quod dictum est de destructione fantasie in cerebro et in toto corpore et humoribus. Sequitur

Capitulum vigesimum tertium De egritudine in qua homo palpitat et vocatur alue idest palpitatio et alitio seu ossitatio. Rubrica.

Ista passio ut plurimum fit ex multiplicatione repletionis in lacertis neruis et venis que facit laxitatem propter quam accidit ut neruis extendantur et fiat ossitatio et alarum eleuatio. Nam ex materia replente venas et membra ut ex materia mala contenta in stomaco eleuantur vapores et fumi que membra percutiunt superiora et faciunt ea moueri mouibus ipsis varijs et diuisis et fiunt dispositiones aliquando cum rubedine faciei et apertione venarum et aliquando non. Et ista egritudo cum multiplicatur in homine facit repletionem. Cura eius talis est primo quod si rubedo apparuerit et facies fuit rubea ut fiat flobotomia de vena cephalica et comedat carnes coctas conditis cum agresta et berberis et vino de granatis et aceto et lentes excorticatis et ordea facta de panico et milio et bibat vinum album non multum nutribile aquosum limphatum. Si autem facies non fuit rubea neque vene apparuerint in oculis neque in facie purgetur cum pillulis cochijs de quibus recipiat patiens ʒ iiii vel ʒ i et s[emis] sero et non teneat. Nutriatur ex dasibus conditis cum pipere et croco et pipere longo et vino tiriacato. Facitis mundificationibus de speciebus ad masticandum agrerum quia ut dicit auicenna libro 3° capitulo isto de ebrietate curat hanc egritudinem et ipsam curat ipsum cum potu vini boni odoriferi limphati secundum medietatem parte iiii afforismorum ubi dicit aliter ossitationes vinum bibitum mensurate soluit egritudinem et per mensuratum intelligit ubi quod tantum sit de aqua quantum de vino

Capitulum quartum De appoplexia. Rubrica.

Appoplexia est orbatio membri a sensu et motu propter opilationem contingentem in ventriculis cerebri et in neruis vel meatibus spiritus sensibilis et motiui. Fit autem a materia humida que aliquando recipitur talis secundum plurimum fit a materia humida frigida et ista materia aut est opilans vias aut meatus per quas transeunt

vigilia

Cura

simul et itum reducant ad ignem
et cum bulierit coletur et in her
colatura q tepida fuit supponatur
cum clisteris et itum totiens iteret
clistere q moueat paciens et senti
at et tunc more infirmi ponat
ʒ i et ʒ ß electuarii de anacardis quod
faciemus in tractatu de paralisi //
Nullo modo bibat vinum sed sit conte
ntus in aqua mellis que sic fit ℞
aq lib iij mell lib ij bulliant aliquantu
lum simul et contenta sit in silicio
ordei et speltre et auene et aqua
ciceris usque ad dies v vel in brodio pul
lorum et carnium edi vel gallinarum
non bibat vinum nisi post longum
tempus et cum bibit sit album debile
limphatum fiant gargarismata
cum oximelle squillitico seu composito
et aqua decoctionis ysopi et yreos
prouocent sternutationes cum ellob
albo Si autem humiditas cum frigiditate
fuit in eo fiat statim clistere quod sic
fit ℞ agarici coloquintide ellebori
albi ana ʒ i psilii et bulliant
in aqua et colet et accipiat colatu
ram illa lib i misceat cum ʒ iij
mell et ʒ iij olei et ʒ i salis redu
catur hec totum ad ignem iterum
et bulia et coletur et cum tepi
dum fuit supponat et iteretur toti
ens quod redeat et loquatur Nam si
per hoc non rediret neque loquatur
vel moueat et sentiat mortal est
et erit signum mortis // Fiant frica
tiones post clisteria in pedibus
et cruribus cum sale et aceto et
sint fortes Vngat caput eius
cum oleo de sposita in quo dissoluta
sint castoreum et euforbium et fiant
gargarismata cum oximelle
squillitico et aqua decoctionis ysopi
yreos sticados poley Sternutationes
fiant cum euforbio pipere et ell
albo vel cum aliquibus istarum vtatur
et pote ut dictum est superius Si
vero incepit os aperire longe more
infirmi ʒ i et ʒ ß electuarii de ana
cardis et bibat aquam mell post
illud purge sepe cum crectus
fuit et fuit obediens operationibus

medicinalibus cum me ms dictis in cap
de epilia et regimen ut dictum est usque
ad finem ut dicemus in cap de paralisi
Sepe omnis apopleticus purge ex qua
cumque causa fiat postquam ad obedientiam
et ronem seu electionem redierit cum
medicinis quas in cap de paralisi dicturi
sumus Si autem per ista non curare
neque redieret ad intelligentiam fiat hoc
remedium Accipiat patella erea vel
ferrago et inflamet perfecte in igne
ita quod capilli viuant et talefiat l dans
valde celerat hoc in nam capitis et con
fortat caput et neruos et eximit apo
plexiam et totum illud vult auicenna
in canone sed nos non fecimus vmquam
hec experimentum hoc nobis in veritate
sed usi sumus longo tempore et verificatum
est apud nos tria facere cauteria in ca
pite in cura istius infirmitatis quando re
media non conferunt unum in medio
capitis et duo in posteriori parte capitis
sub duobus cornibus posterioribus cap
itis et bene sucedebat nobis

Capitulum vigesimum quartum
De paralisi ℞ ta

Paralisis est dicit mollificatio unius
partis vel plurium ybicumque fuit
et dicitur proprie mollificatio medietatis
corporis totius secundum longitudinem seu mo
llificatio totius corporis a ceruice inferius
et lingua et caput totaliter sana rem
anent paralisis fit a causa vel a parte
opilante radices et capita neruorum
venientium ad membra paralitica
vel mollificata fit etiam a remotione
spondilium de loco et est mortifera propter
impedimentum quod inducit in anheli
tu fit etiam ex casu percussione vel vul
nere ita quod lesio non contereat neruos
vel quod lesio non veniat ad profundi
tatem neruorum vel radices sanatur
huiusmodi flomie Si vero lesio tal fuit
quod neruos conterat aut penitret ad
profunditatem neruorum seu radices
numquam curat Signa paralisis
facte a causa et percussione et vuln
ere ipsa causa significat Etem
ista paralisis quod fit ab istis causis subito

fit. Que vero ab apate vel abundantia
seu multiplicatione humoral fit
fiat per intercessionem tremor et
stupor membri et sompnum vel altera-
tionem sensibilem in membris in ma-
paralisi vel cuius cum sentiunt. Color faciei
et oculorum et habitudo totius corporis
si fuerint alba et absque venarum manifest-
atione et cum habitudine molli et
pingui frigidam causam significant.
Si vero cum rubedine et apparitione venarum
fuerint et cum habitudine carnosa gros-
sam super materiam melancolicam cum hu[?] sig-
nificant. Sciendum quod paralitici naturaliter
deberent esse discolorati propter occupa-
tionem coloris naturalis ab abundantia hu-
moris quod impedit colorationem superfluitatis
sed per accidens fit colorata quia cum renes
et epar sint debilitati propter compassionem
et infirmitate non possunt discernere
sanguinem ab aquositate et sic vrina
induet colorata ut in opilatione epatis
et ydropisi et hoc vult auctor in capitulo de
paralisi. Scias quod paralisis que est ex
apate semper est cum febre et hec est
eius differentia inter alias species. Cura istius
infirmitatis dubiosa est semper ex qua-
cumque causa fiat et sanatur post annos
xl. Si autem contingit ex casu percussio-
ne vel vulnere et perfundent usque ad ra-
dices nervorum et post curationem at-
tritionis nervorum et consolidationem vul-
nerum remanserit paralisis non mag-
curatur in principio talis paralisis et curatur
ex flamone et curatione vel ex curatione
vulneris in attritione nervorum. Aliter
autem non. Sit contentus omnis parali-
ticus usque ad dies xl in potu aque mell'
in qua decoquatur aliquid ysopi et
comedat ribaria facta ex farina ordei
vel avene seu spelte. Comedat aqua
ciceris et sanatur si cum febre fuerit.
Si autem fuit absque febre comedat alica
cocta et carnes gallorum elixatorum
cum herba vel semine feni. et carnes
pullorum parvorum columbarum assatis
et carnes edorum et arietum uni-
anni et castratis et perdicum et fa-
sianorum et pullorum et gallinarum et
avium degentium in arboribus et non
in aquis assatas et vitellos ovorum

et radices silvestres et herbas feniculi
et petro. et boraginis. Post dies
vero xl vel post duos menses bibere
posset vinum album odoriferum in
quo ponatur tantundem de aqua quanti-
tate de vino. Purgetur cum pillulis almansoris
fetidis que sic fiunt. Rx pulvis pigre
almansoris capitulo de dolore et apate stoma-
chi et nos illam eandem faciemus in antho.
Rx ʒ v. colloquintide interioris ʒ x. ele-
bori ʒ iiij et ʒ s. castorei piperis ase fe-
tide opoponacis cassie sinap ana
ʒ i. centauree minoris elaterii vel
loco eius scamonee ana ʒ v. fiant pillule
cum succo rute in quo gumme infun-
dantur. dosis ʒ iiij vel ʒ i et ʒ s. dantur
de sero absque cena sumantur de quarto
in quartum diem vel de quinto et sic
procedatur usque quo accepit de his
pillulis. Utatur in ribariis suis pul-
vere qui sic fit Rx cardamomi
piperis longi cinamomi zedoarie
ana ʒ i. spice mar[?] ʒ affrezam[?] ana
ʒ i. terentur et cribellentur. Ungantur
membra lesa et radices nervorum et
pars capitis contraria parti lese
sana cum oleo costino quod sic fit
Rx costi ʒ i piperis piretri euforbii ʒ iij
castorei ʒ i ʒ s. terantur et cribellentur omnia
et misceantur cum lib. i olei de sperma ceti
delilio quod melius est et refrigeretur.
Diebus vero quibus quiescit in quibus
pillulas non accipit det tempore infirmus
qualibet die ʒ iiij de anacardino quod
sic fit Rx [illegible] piretri nigelle costi pi-
peris longi et piperis rotundi ana ʒ
x. mirobolanorum ase aristol. longe ba-
carum lauri castorei cassie sinap gen-
tiane ana ʒ v. mell anacardi ʒ v.
Ungantur [illegible] iste ex oleo nitrum et
confitiantur cum melle despumato.
Valet apoplectice epilentice paralisi tortu-
re tremori albaras morsibus scorpi-
onum et passionibus omnibus frigidis
et spasmo humido cum autem sumitur
ultro provocat sudorem et inficit feb-
rem et si fuerit non affert sanitatem.
Eger ab omni medicina per x dies ab-
stineat et observet bonam dietam
et potum secundum quod narratum est. Deinde die
xl° ad eandem curam redeundum est.

Si aut paralisis contingerit a casu vel percussione et mortificant corpus eius totum aut aliqua membra eius post illud et remanet eius mollificatio secundum suam dispositionem et neque minuitur et tunc non est ei cura omnino et quando minuitur et non remanet secundum suam dispositionem tunc cura eius est ut emplastretur locus super quem cecidit percussio cum emplastris calidis et inungatur cum coppimento cum oleis calidis sicut cum oleo de olivis ʒ i. dissolute sint castorei ʒ i. et euforbii ʒ i. vel cum oleo de costo vel cum oleo petroleo et similibus et fit cum emplastratione tali Rx cere ʒ v. olei de lilio de costo ana ʒ xxx mirre et oppoponac ana ʒ v. castorei ʒ iij. euforbii ʒ ij. agregentur omnia et fiet emplastrum super locum percussum vel super locum lesum. hoc emplastrum ponatur Rx farine fenugreci seminis been sc. malve malvavisci resine armoniaci bdelii adipis anetis cere ana olei de lilio quod sufficit ad inspissandum pistentur et misceantur frustratim et omnia buliantur et liquefiat omnia simul et colentur. Cum fuerint dissoluta insteantur et fiat emplastrum hoc resolvet superfluitates et radices nervorum confortat sit oleum eius emplastri ʒ iiij et non plus et quantitas cere sit ʒ ij. Sinapis quod exhibentur ʒ i. asse cum vino calido et in auro{?}

{la multum confert. Et si vinus in firmum fuerit satis fortis nihil melius in cura paralisis quod cura fames ieiunium et labor cum sudore}

Capitulum vigesimum sextum De gravi dormitione et appellatur subeth et de stupidis et congelatis qui semper habent oculos etc.

Omen{?} huius egritudinis est congelatio et appellatur secundum quosdam dispositio subeth

vo vigilativa et appellatur per quasdam alias dispositiones subeth vigilativa fit autem propter excessum humoris melancolico frigido in parte posteriori cerebri et ex flate fit et cola mixtis equaliter et generatis per viam egestionis. Causa aut indigestionis huius et multiplicationis huius materie et talis egritudinis est repletio quam generat gulositas et multitudo comestionis et potus et ebrietatis. Et est sciendum quod quando humor melancolicus dominatur appellatur congelatio propterea in qua homo manet in eadem dispositione et habitu in quo erat hora invasionis huius egritudinis nam si invenerit egritudinem hominem rectum stat recte aut supine dormientem vel vigilantem sic manet usque ad finem. Si vero alii duo humores sc. flegma et cola in equalitate abundaverint et flegma superabundaverit colam in commixtione appellatur subeth i. dormitio in qua homo semper manet oculis clausis. Si vero cola superabundaverit flegma in commixtione appellatur sahara subena vel castas i. dormitio in qua homo moratur oculis apertis absque palpebratione. Signa congelationis sunt quod homo remanet habitudine una donec evadet et dolet in ventriculo anteriori cerebri quia humor opilans partem posteriorem cerebri est prius sic tactans partem anteriorem et destruuntur sensus et motus voluntarii et si invenit hominem sedentem vel scribentem vel in alio situ remanet secundum illam formam et pulsus cordis est tardus parvus ex similitate tardus propter frigiditatem et est tardioris inspirationis quod subeth ex flate propterea durante materie et est cum alienatione absque febre et in hoc dicitur alitargia. Signa subeth cum somno in quo vincit flegma sunt somnus gravis cum oculis clausis et oblivio ita quod oblivioscitur unguem{?} et per aliquam rem excitatus non recordatur de aliqua ratione et pulsus eius parvus cum quadam latitudine. Signa subeth vigilative sunt quod oculi non clauduntur et vigilant et alienantur et aufer

et urina est spissa alba lactea et pulsus parvus mollis. Signa tremoris qui fit a casu virtutis sunt quia patiens deficit ex quocumque labore et motu et relevatur ex omni re nutribili et quod nullo modo famem pati potest quin in quantum sincopizet tunc tremor augmentatur. Signa tremoris propter usum vini sunt quod potatio confert et abstinentia a vino et quod potio vini de granatis vel de agresta confert eis multum. Signa tremoris qui fit propter dominium frigiditatis vel humoris frigidi supra membra sunt albedo et mollicies corporis et pigritia et hebetudo sensuum et pinguedo in toto corpore equaliter. Scire convenit quod omnis stupor vel tremor a quacumque causa fiat super paralisim et apoplexiam futuram significant. Cura stuporis ex humiditate cum calidi est flebotomia et innovatio cibi et similia quod nihil melius est in stupore et tremore a quacumque causa fiat quam abstinentia ab omni vino usque quo ad curationem quare de proprietate et natura vini est debilitare nervos et nichil hoc facit omnem superfluitatem transire ad nervos et hoc est sensuale apud illos qui in ebriatoribus considerant et in hoc omnes philosophi conveniunt. Purgetur sepe cum pillulis cochiis et pigra alli maneat dieta eius sit ut dictum est in paralisi potus sit ex aqua mellis vel ex aqua mellis in qua coquatur ysopus fiat gargarisma ex melle squillitico cum aqua ysopi. Si autem contingerit stupor ex materia frigida purgetur cum pillulis fetidis et utatur cum rebus calidis ut pluries et potetur cum aquis dictis et fiant hec omnia que dicta sunt in paralisi. Si vero tremor ex debilitate virtutis regentis membra provenerit nutriatur cum carnibus calidis nutribilibus et aliquantum elevatis ut carnibus pullorum caponum et carnibus edi et arietis annualis et castrati et vitellis ovorum et omnium avium degentium in arboribus et in pratis et non in aquis potetur ex aqua mellis aliquantum bibere potest optimum vinum

in quo ponatur tantum de aqua quantum de vino et plus carnes perdicum et carnes porci silvestris macras comedere potest. Item herbe sunt et boraginem et [illegible] fracta in quibus ponantur vitella ovorum et [illegible] cum vitellis. Confortetur cor et cerebrum cum electuariis dictis capitulo de melancolia et utatur [illegible] rebus et pulvere et speciebus dictis illic. Si vero tremor fuit propter usum vini vel propter usum alicuius rei abstineatur a talibus et cura eius. Unde ypocras in particula [illegible] aphorismorum in motione corporis cum ceperit quis dolere statim quiescere remedium est. Item confortetur cor et cerebrum cum electuariis et speciebus dictis capitulo de melancolia conveniens et utile in hoc casu. Si autem tremor fuit ex dominio flatus seu propter frigus membrorum curetur ut diximus capitulo de paralisi quia tremor ex tali causa quasi paralisis est et in ista cura non requiritur aliud neque ex parte membri neque ex parte dispositionis et materie vel cause nisi illud quod dictum est illic. Trocisci de sticados quos in antidotario faciemus valent contra omnem tremorem de proprietate [illegible]

Capitulum vigesimum octavum de tortura oris

Tortura est inclinatio labiorum et oris ad partem dexteram vel sinistram impotentis claudere unum alterum oculorum et cum ex sufflatione et ex labiis uno tantum cum sufflat [illegible] sufflet aerem violenter. Fit autem ex mollificatione et spasmo et dicitur quod latus quod sanum videtur scilicet curvum vel contractum est illud in quo est egritudo et est causa in ipso et est impotens actionem ad hoc ut equetur sed hoc non est verum simpliciter nam in omni tortura cum hoc quod est peccatum in forma et figura membri sunt due dispositiones manifeste scilicet gibbositas et contractio sed in contractione est primum peccatum cum ex radicibus lacertorum et

neruorum mouentium mandibulas et
labia sed in parte gibbosa nervorum tardit
elongatio nervorum ultra debitum et
mollificatio et pellis frontis ex parte
gibbosa s. per quam spuit et sufflat
extensa est absque rugis et caret motu
visuali, fit illi tortura propter exiccationem
lacertorum et nervorum et dispositionem spa-
smosam evenientem in febre acuta et
est signum mortis et acutarum non rupt-
et hoc vult ypocras libro pronosticorum ubi
dicit primo debet faciem egri notare ubi
vult quod spasmosa dispositio frontis et faciei
in febre acuta mortem significat.
Signa torture propter mollificationem
sunt motus debilis et turbatio sensus
et multiplicatio saliue et sputi et
sentit in ante ex utraque parte lenitatem
et non sentit extensionem et est palpe-
bra inferior oculi que est in parte gibbo-
sa demissa et videtur medietas pan-
niculi qui est super palpebram qui est
ex parte illius oculi mollificatio etiam
fit in dextra leua et pellis frontis ex parte
gibbosa s. per quam spuit et sufflat
extensa est absque rugis et caret motu
visuali et apparet quod inclinatur homo
ad inferiora et causa huius est contractio
panniculi quam habet cum panniculo ex
transverso sicut lingue secundum pellatum
in longitudinem et est continuus ei
et tales dispositiones apparent in parte
gibbosa et non in alia quando tortura fit
ex mollificatione et non ex spasmo.
Signa spasmosa sensus turbati quodam-
modo et extensio cutis cum quia de-
scribuntur ruge et fiunt lacerti faciei
duri et minor saliua et sputum
secundum Iohannem cum est declinatio cutis ad
partes colli plus et reditio eius ab
eis est difficilior. Cura torture propter
mollificationem est ut bibat aquam mellis
usque ad dies xv et potet aquam cice-
ris seu cibaria facta ex farina ordei
auene farris et spelte et condiantur
ista cibaria cum puluere qui sic fit. Recipe
cinnamomi ℥ i piperis longi castorei
galange ana ℥ i zedoarie ℥ i. terantur
et cribellentur. Post dies xv sumat
eundem potum quem diximus sed
comedat carnes assatas et aliquando elixas

de eodem castrato et ariete annuali.
Comedat pullos paruos columbarum
quos vult et carnes auium aui
genium in arboribus et in pratis
et non magnas gallinas capones et
gallos annuales et pullos gallinarum
assatos semel petro et aquam cau-
lium et porrorum. Fiant gargarisma-
ta cum oximelle squillitico et aqua
siccados et innumeris et piretri te-
nere continue in ore. Specialiter in
parte gibbosa multum valet in
hac tortura. Purgetur cum pillulis
dictis in paralisi et vertebra ungatur
totus cum oleo de spica vel de lilio
in quibus apponatur dissoluantur et
piretri et sinapis vel cum oleo de
aneto in quo dissoluatur euforbium
vel castoreum seu utrumque. Fiant
cauteria unum in occipitio et altum
in radice mandibule in parte tor-
ta incuruata et non in gibbosa.
Auicenna libro 3° in tractatu de tortura dicit
quod non debet fieri cura omnino in prin-
cipio cum debilibus non sufficientibus nec
cum medicina acuta forti eo quod medicina
acuta fortis excitat materiam et mo-
uet eam et excitat neruos.
Cura spasmose est ut ante purga-
tionem euaporet locus tortus et fo-
menta cum aceto in quo bulliatur
calamentum sticados et abrota-
num et sinapis vel aliquid istorum. Fiat
gargarisma ex aqua decoctionis
ruthe inusi acori piretri et masticet
sepe ista per se absque gargarismate.
Fiat etiam gargarisma cum aqua
predicta et oximelle composito vel
squillitico. Fiant cauteria post
aures et in occipitio purgetur post
ista si non curatur cum dictis medicinis
in paralisi. Fiant unctiones et
fricationes cum oleis narratis. Et
dieta et potus sint ut diximus. Fa-
ciat habens torturam recte aspiciat
in speculo et moueat faciem contra per
lesam in speculo de calibe dicunt
ipsi quod multum confert et nos vi-
dimus illud et nobis videtur quod omne
speculum sit conueniens et utile.
Sequitur capitulum vigesimum quintum

tremor et contractio labiorum et extensio
frontis. Signa eius qui fit a repletione
sunt quod precesserint et non velociter
subintraverit in membra calidum vel ferm
nisi ibi esset calliditas addita seu
febris et pulsus eius inveniuntur
cum latitudine et quadam mollicie
et retentio urine ultra debitum spas-
mum significat et quam in oculis et
membris faciei apparet et tortura et ten-
sio et saltus et rubor ultra debitum
spasmum significat. Spasmum autem
contingentem ex apostemate et vulnere et
dolore sunt res ipse et eius causa
et scias quod urina eius est rubea
in spasmo cum febre in principio. Cum
autem materia trahitur ad caput fit alba.
Qui autem fit a ventositate inflatur
venter et multiplicatur ventositas
in membris commotio et saltus. Spas-
mus qui vero fit ab inanitione non cu-
ratur et vult Galienus super aforismo vero par-
ticule qui dicit Spasmus ex elleboro mor-
tale. Spasmus vero qui fit successione
febrium adurentium ut in frenesi et
successione motuum animalium sicut
sunt vigilie et similia curatur per
contrarium et per alterationem
consuetudinis in contrarium cum spasmus
ex ista causa non fiat nisi quia materia
acuta mixta cum calliditate extrinseca
ex qua inflatur potest ledere nervos
in siccitate et inducere spasmum
que materia acuta si removeatur a mem-
bris cum caliditate extranea prohibentur nervi
et lacerti a tali effectu. Et per hoc patet
quod non dicitur hic fieri spasmus ab inani-
tione nisi per accidens. Nam spasmus
qui directe fit ab inanitione non est
est effectus materie prius cum extranea qualitate
sed est ex exiccatione nervorum et la-
certorum adveniens a privatione me-
nutrimentalis et humoralis in qua lon-
go tempore caliditas extranea cum sic-
citate vel caliditas per se vel siccitas
laboraverint et finaliter per longi-
tationem nervos et lacertos potuit
exiccare. Apparet manifeste quod spa-
smus est de inanitione et paulatim
et non subito. Et similiter spasmus qui fit
motu animalium cum subito et non pa-

latim dicitur fieri ab inanitione per
accidens quia talis motus ut vigilie et
consimilia non directe exiccant. Sed primo
et principaliter affligunt virtutes animales
quibus virtutes naturales cooperantur scilicet dig-
estiva et nutritiva et similes ex qua
compassione deficit humiditas naturalis
membrorum et exiccantur nervi et
lacerti et sic fit per accidens et hic
spasmus unde sola mutatio accidentium
anime in contrarium scilicet mutatio vigilie
in somnium et tristicie in gaudium esset
ei cura. Unde prima pars aforismorum in
motione corporis et anime cum re-
fectionibus calore requiescere statim
remedium est. Et si cum hoc con-
fortetur cor et cerebrum cum electuario
de ... quod faciemus in antidotario fiet me-
lius et etiam cum brodio carnium pu-
llorum et avium et vino debili limph-
ato et cum omnibus rebus impinguantibus
corpus curabitur et pristinam viam re-
petit curari si deus voluerit et omnes
sancti. Spasmus autem qui fit in febri-
bus quando aliqui eas medicinas faciunt
currere ad nervos et quando fit per contrarietatem
oris stomachi in quo est mordicatio cum pru-
rolere eruginose que exiccat cerebrum
et implet nervos curatur per vomitum
ut dicit ... et aliquis curatur per evo-
... et consequenter a febre et confortati-
one nervorum qui debent inungi cum
oleo de ... et oleo de mastice. Ista
ista olea et iste unctiones que sunt
ex eis preparant membra et confor-
tant ne recipiant superfluitates ex-
pulsas ab aliis membris. Ad mentem
... et hic spasmus de fieri ab inanitione
per accidens. Spasmus vero ex repletione
proveniens curatur eodem modo et cum
eisdem rebus cum quibus curatur apo-
plexia et paralisis et ex parte replete
clisteri medicinarum scilicet pillularum et cu-
peris et sternutatoriis et gargaris-
matis et fricationibus et est ex parte
cibi et potus et omnium rerum et can-
teriorum. Et scias quod cura spasmi non
recipit dilationem propter fortitudinem
sui nocumenti et necessitatem operationis
membri lesi. Item scire debent quod illa
melius in cura spasmi de repletione si

indurcitatem cerebri facit eam descendere
ad gulam et ad nasum // Signa ca-
tarri a calida causa cum sunt subtilis
acuitas materie catarri et inflatio et
rubedo faciei et asperitas narium
et calilitas vehemens et pruritus et
amaritudo cum acuitate que sentitur
in gula. Signa eius quod fit a frigida
sunt tuborositas et oculorum eminentia
cum pallore et albedine faciei et op-
ilatio narium et viscositas et gros-
sities materie currentis et impotentia
trahendi aerem per nasum et destr-
uctio olfactus rerum // Cura catarri
ex calida causa fit in primo ex vapore
recepto ex aqua decoctionis viole sive
et ordei excorticati et papaveris
albi et camomille in os sive cum
embotto sive absque embotto. Embotum
est instrumentum cum quo ponitur vinum in
botarijs vel flasconibus. Post cuius por-
tionem ungantur nares cum oleo
violarum et olfaciat patiens camphoram
sepe et bibat sirupum de papavere vel
de nenufare mane et sero cum aqua
decoctionis iuiubarum vel sebesten vel
prunarum mundatarum. Bibat aquam de-
coctionis liquiritie vel ordei et zuccari
vel bibat aquam frigidam in qua sit
sirupus rosaceus vel violarum. Abstineat a
vino quia vinum a proprietate facit
catarrum vel bibat album vinum debi-
le agrestinum cum duplo eius de aqua
frigida. Comedat succum ordei et fabe
et avene et spelte in quo succo semper
ponantur amigdale. Comedat cibaria
facta ex spinachijs cucurbitis atriplicibus
et malvis. Et si esset debilis vel fe[bricitans] regatur
cum carnibus pullorum perdicum et
edorum altilium et conditis cum por-
tulacis cucurbitis et similibus sive
sit cum febre sive absque sit curatur.
Continue secundum possibilitatem teneat
in ore pillas que sic fiunt. Recipe gummi
arabici tragacanti amili succi liquiritie
seminis citoniorum psillij ana fiant pille
grosse ad modum ciceris vel fabe cum mu-
cillagine psillij teneantur sub lingua
et nullo modo super repletionem i[m]-
mediate neque in die neque super cenam
non dormiat patiens abstineat a

coitu nimio quia eliquat cerebrum
et facit materiam currere ad gulam.
Odorare sepe aquam rosaceam et
attrahere ipsam per nares est utilis
valde in hoc casu. Pille ad idem. Recipe
succi liquiritie zuccari albi ana ʒ. x.
amili dragaganti amigdalarum dul-
cium excorticatarum ana ʒ. v. fiant pille
grosse cum mucillagine seminis cito-
niorum teneantur sub lingua et inspissat
catarrum acutum leniunt asperitatem.
Etiam fiat flebotomia si vires et etas
assunt de cephalica et erit utile.
Possit mundificari caput cum pillis
que sic fiunt. Recipe mirra(?) cit(?) absque
nucleis ʒ. s. reubarbari ʒ. i. aloes
ʒ. v. sarmonee(?) ʒ. s. mastici liqui-
ritie ana ʒ. i. fiant pille cum mu-
cillagine psillij vel seminis citonio-
rum dosis ʒ. i. vel ʒ. i. et s. sero et non ce-
net. Decoctio ad idem. Accipiuntur
ʒ. iiij. aque ferventis decoctionis prun-
orum in aqua ferventi cum fuerit
in vaso ligneo ponantur ʒ. ij. reuba-
rbari et dimittantur simul per horas
xij. ad minus postea coletur et nulla
cullatura addantur ʒ. ij. sirupi rosacei
et bibatur in matutinis tempore in estate
tamen in hyeme. Cura catarri ex frigida
causa est ut primo evaporetur cum
oleo calefacto aut cum aqua decoctionis
rosarum et melliloti et florum camomille
et absinthij. Recipiat sepe per os fumum
thuris et mastici mirre et vernice.
Purgetur cum pillis cochijs que fiunt
frequenter vel cum pulvere turbit qui
sic fit. Recipe ʒ. v. zuccari ʒ. xv. tur-
bit ʒ. x. detur ʒ. i. vel ʒ. i. et s.
cum aqua decoctionis mellis ante diem
vel in matutinis. Bibat aquam mellis
vel aquam decoctionis ysopi liquiritie
mellis. Vel bibat vinum album debile
in quo ponatur duplum eius de aqua. Si
abstineat a vino omnino melius est
quia per naturam suam facit catarrum cur-
rere et corizam. Comedat carnes ca-
stratorum edorum arietis animalium et pullorum
et ovorum avium degentium in arboribus
et in bladis aliquantulum assatas aliquantulum elixa-
tas. Comedat aquam ciceris et ciceris
fracti et hordeum femininum et pepto(?) et

spumane et boraginis. Condiantur tiriaca sua cum puluere qui sic fit: Rx ʒ v cinamomi ʒ ij ceruadarie ʒ j croci macis ana ʒ i terantur et cribellentur. Sanas quod in isto casu valde utile est et bonum abstinere a vociferatione et clamore et loquela sim possibilitatem. Faciebam post purgationem tale remedium talibus pacientibus: dabam eis sero ad comedendum dum intrabant lectum ʒ i dyarodon quod fiet in antidotario et post istud immediate dabam ad potandum ʒ iiij aque hyssopi et hoc in estate, in hyeme vinum limphatum. Hoc enim leniebat asperitatem et impediebat cursum catarri et faciebat quod in aurora totum quod in gula et pectore continebatur de superfluitate expuere absque difficultate inueniebatur. Hoc superfluum hora expulsionis optime digestum et confortabam stomachum et omnia nutritiua et odorare ingel... ligatam in petia subtili et cal... facta multum utile inueni et specialiter post purgationem.

Capitulum trigesimum primum de obtalmia calida et frigida et vocatur apostemacio oculorum

Obtalmia est apostemacio vel inflatio que accidit in oculis et palpebris oculorum donec aliquando cooperit totam rotunditatem oculi. Fit autem hec egritudo a causa intrinseca et aliquando a causa extrinseca. A causa extrinseca ut a sole fumo et puluere. A causa vero intrinseca scilicet ab habundantia seu a cursu aliquorum humorum simplicium scilicet a sanguine colera flegmate et melancolia vel a materia composita ex istis. Signa obtalmie per sanguinem sunt vehementia caloris et apparitio venarum scilicet in oculis et fronte et inflatio magna eminens cum dolore et grauedine et multitudo lacrimarum cum lipitudine et tensio. Signa eius que fit a colera sunt dolor cum punctura mordicatiua valde spine et inflatio cum rubedine trahente ad citrinitatem et cursus lacrimarum adurentium et excoriantium loca que tangunt et ipsa inflatio et tensio minor quam in obtalmia que fit a sanguine. Signa eius que fit ex flegmate sunt non cum multo dolore et inflatio magna absque rubedine que cum tangitur recedit tactu et fit in loco impressio cum digito et multitudo lacrimarum aquosarum cum lipitudine non digesta et habitudo corporis humida. Signa obtalmie melancolice sunt paruitas inflationis absque rubedine et diminutio lacrimarum et lipitudinis et nigredo vel obscuritas corporis et faciei et habitudo corporis extenuata et dolor cum quadam grauedine et tractio loci. Causa eius que fit ex fumo puluere et sole cognoscitur ex re ipsa et per narrationem infirmi statim et propter dolorem continuum ibi materia aliqua que cognosci et cognosci debet per signa narrata superius. Si vero materia fuit composita et signa composita erunt. Cura eius que fit ex sanguine est ut primo fiat flobotomia de vena cephalica que est in manu contrarie partis lese vel a pomate si vis et etas competit vel fiat ventosatio in spatulis. Si puer vel decrepitus fuit seu debilis post flobotomiam vel ventosationem distillet in oculo lac mulieris lactantis puellam et ponatur emplastrum super oculum quod sic fit: Rx folia solatri flores camomille 20 rube ana pisten et bulliant et in coperculum cum farina ordei et ponatur tepidum super locum. Ponantur petie in hyse in succo solatri mixto cum aqua ro. super locum comprehendendo frontem et oculum totum. Aliud: coquantur tria poma in prunis vel in igne et mundentur post decoctionem cum quibus tres vitelli ouorum misceantur et ponantur tepide super locum. In fine quoque ponatur collirium album quod sic fit: Rx cerusse ablute ʒ x sarcocolle ʒ iij amidi ʒ ij dragaganti

oculi ponatur albumen oui mixtum cum oleo rosarum et super illud ponantur pecie iii vel iiii magne que comprehendant frontem et maxillam totam infuse in aqua que sic fit Recipe vini de granatis ʒ ii aque rosarum lb. s. boli ar. ʒ i puluerizentur et bulliant in aqua predicta parte colentur et in illa colatura pecie infundantur fiat hoc usque ad sanitatem ulceris ne amplietur vel apostemetur post sanitatem vero ponatur intra oculum sief album per sief al. intelligit trociscos factos de albis rebus proprie ad oculos per collirium album quod ferimus in obtamia calida mundificatur cum decoctionibus illis post flebotomiam vel ventosationem. Si autem eminentia vel apostematio per hec non cessaverit est perditionis vel incurabilitatis signum bibat aquam vel aquam prunorum et regatur cum dieta dicta in dieta talia dicta talia. Cum vero perpenderis quod eminentia non decrescit immo augmentatur ligetur firmiter et stringatur oculus cum binda. Ante vero quam cuiemiat stringatur cum binda absque alia stractura est ligandus et super oculum eminentem ponatur pila aliqua de bombice vel alia re et intra oculum distilletur sief de thure omni die quod sic fit Recipe armoniaci sarcocolle ana ʒ x thuris ʒ x croci ʒ ii conficiantur cum mussillagine fenugreci hoc sief saniem generat et maturat et mollificat et incarnat. Aliud ad idem Recipe boli ar. ʒ s. thuris ʒ i croci ʒ ii puluerizentur optime et cribentur et dissoluantur cum aqua decoctionis fenugreci et post dissolutionem colentur cum stamonica et dimittantur in vase per noctem integram quod est clarum de toto super residentiam ponatur in vase et fex vel residentia tota que erit in fundo exiccetur ad solem et reducatur in puluerem et ille pulvis incorporetur cum mussillagine fenugreci et fiat sief qui ponatur super ulcus. Hoc medicamen curat ulcus et confortat membra et incarnat et saniem facit Aliud quod ponatur in fine quod consolidat et prohibet ne exulcere sequatur egressio uvee quod sic fit Recipe anthimonii emathas ana ʒ x achatie ʒ iii aloes ʒ i fiat sief et

adiunstrent Aliud ad idem Recipe sandracis ʒ ii aloes ʒ i acacie ʒ iii vitrioli citrini de quo fit encaustum ʒ i terantur subtilissime aloes et san. et cribentur cum pecia vitriolum teratur et bulliat in aqua ʒ iii donec consumpta sit medietas coletur et illa collatura ponatur in scutella vitreata et dimittatur per diem postea clarum et liquidum quod erit ex ibi separetur a fece et ex illa aqua ponatur in acin cora cum fece illa vel residentia incorporetur pulvis aloes et san. dra. et acatia que non poterat et fiat sief que ponantur super ulcera oculorum hora consolidationis. Si autem ulcus fuit a causa intrinseca sicut propter apostema autem aut aliud fiat statim a principio flebotomia vel ventosatio vel mundificatio sicut dictum est supra Super oculum vero ponatur solatrum mixtum cum mussillagine fenugreci et farina ordei vel folia solatri pistata cum vitello oui et mussillagine fenugreci et oleo ro. et post sint vero oculum ponatur collirium album quod ferimus in obtalmia calida et hoc usque ad apertionem saniei Abstine autem omnino a vino et regatur cum cibo et potu ut dictum est superius Post apertionem saniei vero fiat sief sedativum doloris quod est prohibens egressionem uvee et quod consolidat quod sic fit et appellatur sief de plumbo Recipe plumbi adusti anthimonii yrie ablute eris usti gumme arabici dragaganti ana ʒ viii opii ʒ s. terantur et cribentur cum panno subtili et expungentur in aqua pluviali et fiat sief. Aliud sief quod fit in fine removet vestigia ulceris et firmat corneam corizam et consolidat et prohibet egressionem uvee sic fit Recipe climie ablute tucie ablute cerusse anthimonii thuris ana ʒ ii murre ʒ i sarcocolle ʒ i et s. sanguis draconis aloes opii ana ʒ i fiant ex eis sief. Aliud ad idem Recipe vitrioli abluti de quo incaustum ʒ i cerusse tucie anthimonii gummi arabici opii ana ʒ s. terantur subtilissime et bulliantur

infuso solatri bullitione parva et
debili et postea cum stamine lara
colentur totum in vas vitreum de vitro
et dimittatur per diem ita quod faciat
residentiam liquidum simatur per se
et spissum exiccetur ad solem et fiat
siccum et aliquid ponatur in oculum
et sicut sic hoc consolidat et con-
fortat et prohibet egressionem
uvee et sedat dolores mirabiliter

Capitulum tricesimum tertium de albugine oculorum. Rubrica

Albugo sive ingredo que accidit
oculo hoc in nigredine oculi
seu super pupillam et vestig-
ium remanens post ulcerum cura-
tionem quando consolidantur et ex hoc ma-
nifeste apparet differentia inter albuginem et
ungulam quamvis in colore conveniat
plurimum sed in tractatu de ungula
dictum est magis manifesta. Causa istius
infirmitatis est illa eadem que consuevit
inducere ulcera in aliqua parte oculi
vel tunicarum eius. Causa conjuncta et
immediata ad ipsam est materia frigida
filtrata in tunica oculi dealbans ci-
catrizationem que cum difficultate solvitur
et loco in quo est removetur. Sci-
as quod albula alia est subtilis et alia
grossa et alia est in puero et alia est
in sene. Subtilis sive grossa in sene
male aut nullo modo curatur, in pu-
eris melius. Item subtilis est in
superficie tunice, grossa vero est in pro-
funditate. Signa ex ipsa re et
per cognitionem aspectus vel percussionis
seu casus a medicis manifesta sunt.
Cura est ut bibat vinum album debi-
le limphatum et comedat carnes
castratorum edi et pulli gallinarum et
arietis annualis et herbas feniculi et
petroselino et boraginis et alia herbilia
et aves silvestres degentes in ar-
boribus et pratis et non in aquis
et carnes porci silvestris macras
et omnes capitoli et aquam cepis
et farris et pira cocta post come-
stionem et comedat etiam post
comestionem uvas passas et ficus siccas

pineas mundatas et pistacios con-
dicantur ciberia sua cum pulvere
facto ex cinamomo et croco et super
albuginem ponatur medicamen quod sic
fit. Recipe massam cimbie que fit de pl-
umbo rubeo et rosolium et fit sic
lac de qua tinguntur vasa terrea
aqua vitri et de eis vasorum vir-
idis spume maris albedinis insi-
mul stercoris magni lacti gal. ru-
bei quasi rugi albi durum de metha
ana ʒ iiij. Dicit rurum istud est quedam
spuma que reperitur in metha et dicitur
quod cadit super aerem que sic nominatur
et dicitur quod est species. Si loco eius ponatur
acori celidonie sene ana ʒ x ter-
ram ista sicut acori sene et celidonie
in una lib. aque donec ad unam quartam
redeat colet et ex hac collatura
imbibatur pulvis supradictarum rerum et post
imbibitionem exiccentur in umbra et cum
exiccata fuit iterum teratur super marmo-
rem et imbibatur cum eadem aqua et
exiccetur et iterum teratur et fiat quater
ultimo teratur super marmore et
cum panno lineo cribentur et ponatur
super albulam si est delet albuginem
ipsum ut dicit almansor quod nullum me-
dicamen ei equatur adeo quod destruit
et removet albuginem ab oculis
animalium equorum et similium. Aliud
ad idem. Recipe floris eris ʒ i thuris
ij vitrioli viridis de quo fit encau-
stum ʒ s. spume maris celidonie ros
rub. acori ana ʒ xij. Ista iiij^or^ celido-
nia ruta rosis et acorus pistentur
et bulliant in lib. xij vini albi ag-
resti tam diu quousque medietas sit con-
sumpta colet et cum illa colatura
imbibatur pulvis aliarum rerum et exiccetur
in umbra et post exiccationem
teratur iterum super marmorem et fiat
hoc quater in fine optime teratur
et cribetur cum pecia et ponatur
super albulam hoc medicamen oculum
confortat et visum delet albuginem
et augustia. Sequitur etc.

Capitulum tricesimum quartum De asperitate scabiei. Rubrica

[Marginalia: quod sequitur; Ca; Divisio albularum; Sig; Cura; albedo; pul[illegible]; ma[illegible]; at[illegible]; a.d.]

Cura subtil

Collirium

Cura cronice

Bibat

non prohibet visum vel prohibet
visum et vene sunt grosse et rubee
que est in angulo grossa. Nunc vero
de cronica. Cura subtilis et non cr/
onice est ut primo fiat flamia vel ve/
ntosatio in collo et spatulis et post
illud fiat purgatio cum pillulis vel
cum ygra. Facta purgatione pon/
atur super sebel collirium quod sic fit R
viridis eris usti arsenici rubei auri
quod de spuma an ʒ ij myrre croci ve/
neris rub. i rose an quartam ʒ i. ar/
moniaci thuris an ʒ i pulverizentur et
et infundantur aquatere in succo rute
et terantur quat et fiat pulvis vel suff
vel collirium distillatum per allembicum
ut fit aqua rosarum. Hoc enim collirium
appellatur diarodon vel basilicon vel
ponatur collirium viride vel rubeum. Si
autem cronica et grossa fiat et pro/
hibet visum suspendatur cum filo
filo et uncino et incidatur cum ra/
sorio vel cum flosmo et lanceola cum vio
lem non incidente quantum et cornea
et suspendatur cum filo et amnecta
et incidat a parte nasi et cornee
et hoc non bene nisi pillum quam
sus est in istis operationibus. Deinde
ponatur super locum aquam in cum ma/
stici? in petra vel vitellum ovi cum
albumine postea pulverizetur locus
cum pulvere ceruse vel viridi et col
lirio viridi vel rubeo dictis. Bibat
vinum limphatum album et comedat
bonas carnes que condiantur cum
agresta vel vino de granatis vitell/
ovorum ablueat sepe oculos suos cum
aqua decoctionis rosarum et camomille
et melliloti et mirabolani. Sequitur

Capitulum tricesimum secundum De venis rubeis similiter in albula oculorum R(ubrica)

Egritudo dicta a sebel

Et egritudo est species sebel
Et differt quia sebel est ra/
dix quasi carnosa in angulo
oculi et ledit usque ad papillam in
modum tele aranee. In ista vero non
est aliquid istorum sed sunt vene rubee sa/

Ca

Cura

nguinee et sunt in albedine oculorum.
Causa huius egritudinis sunt humores
sanguinei mixti cum colera per
venas descendentes ad oculos. Sig/
na eius conveniunt cum dictis de sebel. Cura
eius eadem est cum cura sebel sub/
tilis non cronice. Bibat vinum album
limphatum comedat carnes castrati
edi et pullorum gallinarum caponum
et carnes arietis annualis et omnium
avium degentium in arboribus et pra/
tis et non in aquis et ova sorbilia
aquam ciceris et farina ordei et
farri et spelte et avene et herbam
feniculi boraginis et spinacie et de
piscibus recentibus lucios et cap/
tones assatos et condiantur omnia
ista agresta cum agresta et vitell/
ovorum vel vino de granatis et herb/
eris et pulvere de speciebus qui sic fit
R cinamomi ʒ i cardamomi foly
an ʒ ij croci ʒ i terantur et bibat
purget sepe cum pillulis cochiis et
veris? capitalibus et cum decoctionibus
dictis in capitulo de obtalmia fiat ventose
in collo et spatulis et flobotetur
de vena cephalica. Intra oculum
ponatur hic distillandum collirium de co/
llirio vero albo quod femina quod sic
fit R armoniaci florum eris gesseii?
rubei an ʒ ij ? ʒ i vitrioli de
quo fit encaustum ʒ iij rute celido/
nie an ʒ i succi feniculi lb i pisten
et simul incorporentur et fiat madaleon
et ponatur in vase alembici super
fornacem et distillet ut aqua rosarum
et valet ad omnem albedinem et
removet lippitudinem ipse aqua
causa fiat et confirmat visum. Aliud
adiuvem et est fortius et appellatur col/
lirium rubeum quod nos et femina quod sic
fit R mirre oppoponaci bdellii aloes
epatici? ammoniaci sarcocolle croci
mastici gummi arabici boli armenici
thuris draganti an ʒ i terbentine mundi
clare ʒ vi vitrioli de quo fit encau/
stum ʒ iiij succi celidonie feniculi rute
an lb s. misceantur et incorporentur omnia
ista simul et cum lento igne distillet
per allembicum ad fornacem aqua rosarum hoc de/
lenit maculam de oculo et valet

Pulvis [illegible]

Intra oculum pone collirium

ad

[illegible]

ad primum et removet perfecte sebel et omnem rubedinem et scabiem palpebrarum et ungulam. Primum sumas pomata psillicidium in oculo mane et sero. Si autem accipias ℥ iiij tucie et ʒ i camphore et terantur in mortario et super marmorem et cribentur cum pecia et dissolvantur cum ʒ iij collirii albi iam dicti. Ante istud et dimittat aliquantulum et post hoc totum et colentur cum pecia rara et pone; delet omnem rubedinem et omnem lippitudinem a quacumque causa fiat et specialiter post primum et hoc totum fac in diebus paucis. Ponatur cum pecia stillicidium mane et sero cum vadit dormitum.

Capitulum tricesimum septimum De grossitie et asperitate et rubedine in palpebris et vocatur silach R^m

Et egritudo est species sebel sed differt quia in sebel est radix que venit [illegible] in angulo oculi et vadit usque ad pupillam in modum thele aranee. In ista vero non est aliquid istorum sed sunt vene rubee sanguinee et sic in albedine oculorum. Causa huius egritudinis est humores sanguinei mixti cum colera per venas descendentes ad oculos. Signa eius contrarium ex dicta sebel. Cura eius eadem est cum cura sebel similiter non tamen [illegible]. Bibat vinum album lymphatum, comedat carnes castratorum et pullorum gallinarum caponum et carnes arietis annualis et aves que morantur in arboribus et pratis et non in aquis, et ova sorbilia, aqua ciceris et farina ordei et [illegible] et spelte et avene et [illegible] et spinacie et de piscibus recentibus. Et si egritudo fit semper ex fluxu [illegible] sanguine [illegible] sunt pruritus angulorum et in palpebris et rubedo cum asperitate. Si autem antiqua fuit signa eius sunt rubedo et inflatio pruritus et asperitas et durities inter ista infirmitatem et scabiem quia in scabie est grossities carnis palpebre cum [illegible] palpebre elevatio pruritus et absque pruritu manifestus; in ista vero non sunt ista manifesta. Cura istius, si non fuit antiqua, est ut inclinet caput suum super aquam calidam, aqua decoctionis florum camomille rosarum et florum solatri, et cum aqua eadem abluat oculos. In nocte vero ponat super oculos emplastrum quod sic fit: R succi florum solatri ℥ i, portulace ℥ i, pistentur et incorporentur cum vitellis ovorum et albuminibus ovorum duorum, ℥ i olei rosarum ponatur; et inter oculum collirium album de cerusa sicut in obtalmia calida et in fine collirii [illegible] album [illegible] de venis rubeis. Si autem antiqua fuit fiat flebotomia de vena cephalica manus vel ventosa [illegible] et mundificatio cum pillulis [illegible] vel [illegible] vel aqua decoctionis dicta in obtalmia calida et assiduetur ablutio aqua dicta tantum et inclinatio faciei et capitis super vaporem cum est calida, et super oculos ponatur emplastrum quod sic fit de lentibus scorticatis vel excorticatis et [illegible] granatorum tritis et mixtis, vel emplastrum factum ex portulaca et foliis solatri cum aliis rebus dictis in non antiqua. Intra oculum ponatur collirium album de cerusa vel collirium [illegible] quod fere [illegible] superius de venis rubeis [illegible] dictum et [illegible] dictum superius. Vel ponat super grossitatem palpebrarum et asperitatem vel scabiem earum pulverem [illegible] proprietate est subtiliare palpebras et removere asperitatem et scabiem ab eisdem, quod sic fit: R cristalli ʒ vi, mumie ʒ iiij, mastices, vernicis ana ʒ i; terantur omnia ista modo subtilissimo et cribentur cum pecia et imbibantur cum aqua rosarum vel aqua [illegible] clarissima et exiccentur; hoc totum ad solem in vase vitreo et post exiccationem terantur super marmorem et imbibatur cum pecia munda subtili et consuetur usui. Ponatur cum stilo argenteo vel de auricalco super grossitatem intra palpebrarum sero cum vadit dormitum.

Cura non antique

Emplastrum

[illegible] de sebel. Si [illegible] fit

pul. pro grossitate palpebrarum

Capitulum tricesimum octavum de ungula oculorum R[ubrica]

[U]ngula est macula alba in nigredine oculi tendens versus pupillam aliquando eius figura est ad modum ungule et est sciendum quod quedam est levis subtilis ut plurimum prohibens visum. Fit autem ex materia fixa coagulata et condensata in loco illo que distillavit a cerebro. Signa manifestantur ex visu medici et eius tactu vel aspectu. Cura eius quando fuerit subtilis non prohibens visum ut prius mundificationem cum pillulis cochiis et pigra seu mediante decoctione [illegible] quod sic fit R[ecipe] [illegible] hermodactili ana ℥ i misceantur et fiat inde trociscus et sumatur in matutinis et post cum biberit aliquid vini limphati intra oculum super maculam ponatur collirium viride vel rubeum vel etiam album vel rubeum. Si autem grossa et [illegible] fuerit suspendatur cum vena [illegible] et viridi eris cum rasura et postea confortetur lavatis cum albumine ovi et vitello et oleo rosarum mixtis et post [illegible] super [illegible] ponatur collirium album quod diximus [illegible] et aliquando ponatur collirium rubeum quod fecimus sequitur.

Capitulum tricesimum nonum de rubedine oculorum ex percussione et vocatur trasan R[ubrica]

[R]ubedo fit ex percussione adveniente oculo remanente in eorum albedine vestigio rubedinis in modum denarii vel non sic sed figura et vocatur in vulgo [illegible] macula sanguinea. Causa primitiva fuit percussio. Causa antecedens est sanguis qui currit ad locum et expressus fuit ex venis et per venas in albedine oculi. Signa manifesta sunt ex re ipsa. Cura eius est ut primo fiat flebotomia de vena cephalica manus contrarie partis lese vel ventosa ponatur in collo et spatulis et post illud tempus [illegible] detur cum decoctione que sic fit R[ecipe] mirabolanorum citrinorum ℥ i pistentur et bulliant cum ℥ ii prunorum siccorum in ℥ viii aque donec medietas sit consumpta coletur et cum illa colatura dissolvantur ℥ ii sirupi de nenufare et detur hoc totum ante cibum. Aliud ad idem R[ecipe] ℥ v aque decoctionis prunorum [illegible] et dissolvantur cum aqua ea ℥ ii manne et ℥ i cassie [illegible] et coletur et detur ante diem. Quidam addunt in hac decoctione ℥ i pulveris reubarbari et bonum est et ex ea sequitur opus valde bonum et in hac infirmitate conveniens. Et ponantur super oculum in principio pecie [illegible] mixto cum albumine ovi et oleo rosarum vel aqua decoctionis coriandri in quo dissolvatur bol[us] ar[menus] et postea intra oculum ponatur lac mulieris lactantis puellam vel sanguinem columbinum vel collirium album de cerusa quod melius est seu collirium album quod fecimus superius [illegible] aliquid olei rosarum cum duplo eius vini de granatis [illegible] et ponatur de hac mixtura super rubedinem oculi vel super sanguinem qui est in oculo post percussionem vel fracturam in sequenti die vel 3o. Cura specialis post flebotomiam vel ventusationem in spatulis. Dieta et potus ordinentur ut dictum est in obtalmia calida usque ad dies iiii postea redeant ad vinum album limphatum et ad carnes et ad [illegible] condita cum agresta et vino de granatis et rob [illegible] etc.

Capitulum quadragesimum de lacrimis oculorum R[ubrica]

[L]acrime fiunt ex cursu materie effusionem dirigentis ad oculos ex cerebro per [illegible] venas et arterias. Causa lacrimarum antecedens est incisio ungule vel alterius infirmitatis que cum ferro ab oculo removetur. Causa est repletio vel multiplicatio humoris [illegible]

Causa — Cura (marginal notes)

De rubedine oculorum ex percussione

humidi non [illegible] in cerebro venis ar/teriis et nervis. Signa lacrimarum contingentium ab humore acuto vel salso sunt pruritus et dolor et ardor vel inflatio in loco quem lacrime tan/gunt stomaco ieiuno et tempore calido et hora calida diei magis ledunt et per usum rerum calidarum acutarum et salsarum infestant pacientem. Signa earum que fiunt non a materia calida sunt multitudo lacrimarum et specialiter in hyeme et tempore humido et que post cibum multipli/cantur et cum hec non sentit ardorem neque inflamacionem neque punctura in locis que tangunt. Usus etiam rerum humidarum et nimio potu vini eas multiplicat //
Cura earum que fiunt per incisionem un/gule vel alicuius infirmitatis cutis in oculo est ut conforte(tur) oculus cum incisionem cum emplastro quod sic fit. Recipe corticum granatorum lentium excorticatarum ana pugillum i psidie [illegible] et incorporentur cum mussillagine draganti. Ad idem Recipe aloes acacie pulveris glandinis sumach boli armeni gummi arabici ana ʒ i a. conficiantur cum albumine ovi et ponantur super frontem et oculum. Ad idem Recipe succi solatri ℥ iiii et misceantur cum bolo armeno et albumine ovi et ponantur super frontem et oculum vel succi semper vive si succus solatri non repperiatur. Si autem materia lacrimarum fuerit acuta salsa purgetur cum pillulis coch/iis vel cum picra seu cum decoctione mirabolanorum citrinorum dicta causa super de rube/dine oculorum expressione et post mun/dificatione fiat flobotomia de vena cepha/lica maiori super frontem et tim/pora ponatur emplastrum quod sic fit. Recipe bo/li armeni ℥ s. masticis draganti ʒ ii pulverizentur et misceantur cum albumine ovi vel mu/cillagine draganti super oculum po/nantur. Recipe infuso in succo semper/vive vel succo solatri mixto cum agre/sta et cum pulvere glandinis misceatur bol armeni intra oculum ponatur semper stillicidium de collirio rubeo albo vel ponatur super oculum et frontem sic emplastrum quod sic fit. Recipe mirti capilli veneris sanguinis draconis masticis draganti. Abluantur sepe oculi cum aqua decoctionis summitatum rosarum et sandalorum rubeorum et videbis mira //

Sive materia lacrimarum fuerit humida mun/dificetur caput cum pillulis fetidis et pillulis cochiis aut picra seu medicamine de turbith quod feminis vel faciemus factis mundificacionibus fiat cauterium in loco ubi terminatur digitus medius cum ponitur ra/dix palme super radicem nasi et pro/fundetur cauterium usque ad os et dimit/tatur apertum usque ad dies xl et purgetur a sanie omni die bis vulnus factum cum cauterio super oculum et intra ponam quoniam [illegible] dicta sunt superius. Sepe ab/luantur oculi cum aqua pluviali decoc/tionis gallarum mirabolanorum boli arme/ni et maci[illegible] et sit aqua calida hora ablutionis semper. Cibetur cum columbis assatis et conditis cum agresta et vino de granatis aut cum berberis seu sumach vel granis mirtillorum et aliorum ciborum membris elevatis conditis cum eisdem rebus et cum pulvere que sic fit. Recipe cinamomi ℥ ii. cardamomi ℥ i foli galange ana ʒ ii. croci ʒ s. piperis longi ʒ i et fiat pulvis cribratus. Comedere et potest lentes excorticatas pareum [illegible] et silva et aliquam citen[illegible] herbe feni cum boragine et caules [illegible] coctos. Bibat vinum ru/beum non dulce limphatum cum aqua pluviali [illegible]. Sumat post pran/dium et cenam semper ℥ i electuarii de citoniis et post illud bibat aquam frigidam. Quidam vero sunt qui hic incidunt venas frontis extransverso sed meo tempore non feci hoc quia loco istius incisionis in eisdem locis et in loco capitis dicto superius faciebam cauteria profunda/tiva et aperta dimittebam usque ad tempus determinatum et bene succedebat mihi in consistione lacrimarum et in/consolidatione vulnerum novi in oculo non est aliquid ut eque huic effectioni. Recipe tucie ℥ s. terantur perfecte in morta/rio mundo et addantur cum ea ℥ i aquarum rosarum et ℥ i vini de granatis acetosis et post contritionem et incorporacionem perfectam ista rerum in mortario cole/tur hec totum cum petia munda et de ista collatura ponatur omni die mane et sero intra oculum fiet in brevi tempore lacrimarum constrictio et vulnerum consolidatio. Aq/

[Marginalia, left: ... albume ... ; ... humor ... ; ... ; ... albume ... ; emplastrum ; emplastrum ; albumo]

[Marginalia, right: Sive materia frigida ; Cauterium ; ablune oculos ; Ciber ; pont ad albu ; per pendium ; pro consolidatione vulnerum novi in oculo]

cum vino distillat modicum aquam decoctionis basilicon vel aquam celidonie vel aquam ruthe vel fel caponum vel collirium non album multum confert. Nam usus aliquorum istorum confortat visum et prohibet. Remedium in debilitate eius specialiter. Cum debilitas adest propter debilitatem humiditatem aut propter siccitatem aut collirium quod sic fit de vino vel succo granatorum dulcium et acetosorum in quo ponitur pulvis piperis et longi piperis et salis armoniaci et aloes. Summe quod in anthe dracme ʒ i pulvis istorum 4or ponatur in libra i succi dictorum simul mixti. Si autem debilitas visus propter debilitatem sive siccitatem fuerit tota intentio et cura sit in humectando corpus totum cum brodiis et lacte recenti et vino dulci claro limphato et conficere oculos cum pulvere qui sic fit. Recipe cinamomi ʒ s. amari ʒ s. et cinamomi non amari ʒ ij cardamomi ʒ s. croci ʒ s. folii galange ana ʒ i. zuccari ʒ iij. fiat pulvis subtilis. Comedat vesiculas et avellanas et pineas mundatas et cicera fracta et farinam ordei avenarumque et frumenti et condiantur omnia ista cum lacte caprarum vel ovium et cum speciebus dictis. Sepe balneentur tales absque hoc quod in balneo sudent. Specialiter facta digestione prima aperiantur oculi sepe in aqua frigida et hoc mane et in oculis ponatur lac mulieris vel asine aliquantum oleum de amigdalis vel oleum violatum. Abluantur sepe ex aqua calida decoctionis viole, feni greci et malve. Si vero contingit visus debilitas propter superfluum repletionem humores et humiditates que sunt in ipso cum oximelle composito vel squillitico et aqua calida decoctionis ysopi et feni. Et purget sepe cum pillulis stomaticis alacandi vel cum pillulis fetidis aut cum picra et si datur Recipe aloes cum ʒ i. turbit et i mastic, piretri et cubeben et transglutiatur. Hoc totum cum aliquantum melle involvatur. Et nebula que fit ex farina multum confert et est utile.

Sumat iste ʒ i electuarii de cardamomo vel diatrion vel diagalange secundum cum vadit dormitum et post illud bibat ʒ iij vel iiij aque frigide et est utile et ungenem et utitur cyrubarum dictis in debilitate visus propter humiditatem et potest ex vino rubeo stiptico limphato secundum medietatem aut magis. Cura eorum que ponuntur in oculis fiat ut dictum est superius in cura de debilitate visus ex humiditate.

Capitulum xlij. De tumore palpebrarum et pilis inversatis et nodo. Rubrica

Iste tres egritudines habent diversos modos curationis propter causas diversas et modum diversum illationis. Nam tumor palpebrarum fit ex causa materiali ex qua fit obtalmia. Pili non inversantur nisi propter foramina inclinata ad partem interiorem oculi. Vel nodositas non generatur et fit nisi ex materia dura interius vel grossa coniuncta in durationem vel lapideitatem. Signa tumoris palpebrarum ex quacumque causa fiat sunt eadem cum signis dictis capitulo de obtalmia que fit ex sanguine colera flegmate et melancolia. Et etiam si materia fuerit composita aut simplex signa eadem erunt. Signa inversationis palpebrarum manifesta sunt ex ipsa re vel ex positione transversa vel strictura apparentis in palpebra. Signa manifesta ex visu et tactu medici. Cura tumoris eadem est cum cura obtalmie ex parte fleubotomie et purgationis. Fiunt in tumore ex frigida causa cauteria ponenda in radice palpebrarum apud supercilia ut melior fiat equatio materialis et resolutio materie contente in palpebris. Cura pilorum qui inversantur et pungunt oculum est ut primo et principaliter pili inversi eradicentur et in eisdem foraminibus ponatur sintas ignita et inflammata stringatur ut consolidetur foramen per hoc ut amplius pilus non redit neque generatur. Dicunt quidam in hoc casu quod si post eradicationem

tumor palpebrarum
pili inversatio
nodositas
Signa tumoris palpebrarum
Signa inversationis
Signa nodorum
Cura tumoris
Cauterium
Cura pilorum

Comedat
balneetur

et super foramina pilorum palpebrarum et
superciliorum. Medicamen quod sic fit
Rx. ossium mirabolanorum citrinorum ʒ v, fumi thuris
ʒ iiij, spice, nucis muscate, carpobalsami ana ʒ
iij, lapidis lazuli ʒ x, fiat pulvis ex omnibus
cribratis, qui teratur super marmore et
cum radio omni die ponatur super locum.
Fumus thuris quod sic fit: grana thuris in-
cutem ponantur in lampadem plenam oleo
et super lapadem ponatur firmiter cum terra
scutella vitreata et sub lapide posita
obturata fuit intestina plena cinere
et accendatur ignis suavis et non mul-
tum fortis et cum ignis bene inflammatus
fuit sub lapade continue super scutell-
am proiciatur aqua frigida ut magis ...
super fundum intrinsecum scutelle
fumus elevatus a thure qui est in lampa-
de super quem est ignis et cum per lon-
gum tempus factum fuit hoc removeatur
scutella et quod invenitur adherens super-
ficiei intrinsece eius removeatur cum
cultello et illud quod appellatur fumus
thuris. Alius modus faciendi fumum
thuris nota: sumuntur grana thuris
et ponantur in lampade plena oleo et
inflamantur grana thuris cum igne
que grana sunt in oleo et cum ignita
fuit ponatur super lapadem scutella vi-
treata ita quod scutella vitreata cooperi-
at totam circumferentiam lampadis
et plus et continue spergatur aqua frigida
super scutellam et fumus elevatus non
inflammetur et consumatur ab igne thuris
et tunc removetur scutella, abradatur
quod adheret scutelle et sic colligitur.
Aliud ad idem Rx thuris ʒ s, laudani ʒ
ij, nucis ʒ i, olei de mastice ʒ ij, bulliantur
ista ad invicem et dissolvantur et post
dissolutionem quod fuit in toto dispisso et
fetoso post fricationem radii intromitti
infusum sepe ponitur super locum cum ra-
dio et regatur cum dieta et potu ut
dictum est in alia etc.

Capitulum xliiii de prurigine qui fit in interiori angulo oculi Recepta

Pruritus non fit in lacrimalibus nisi

ex materia salsa vel adusta in qua caliditas
dominatur et lacrime vementes
loca pungunt et ardor fortissimus et colore
facies rubeus attinentibus.
Dolor dencium quidam est cum apostemate gingiue et quidam absque apostemate gingiue. Dolor qui fit cum apostemate gingiue fit aut a sanguine aut a colera seu sanguine ambo. Dolor vero qui fit absque apostemate fit a materia frigida occupante ligamenta dencium et substanciam dentis. Signa doloris qui fit per materiam calidam cum apostemate sunt rubedo loci et maxille cum eminencia gingiue et acuitas doloris vel grauitas cum acuitate et quod tactus aque frigide confert patienti cum tenuit ipsam aquam in ore. Signa eius qui fit ex materia frigida sunt dolor cum grauedine et ponderositate et frigidacione in loco et est absque rubedine et acuitate intensa. Cura doloris qui fit ex materia calida cum apostemate est ut fiat flebotomia statim de cephalica manus contrarie vel ventosatio in spatulis. Clistere lenitiuum in hoc casu est utile et bonum. Vel mundificet' corpus cum pillulis cochiis aut cum decoctione manne et reubarbari et aqua prunorum teneat in ore continue aquam vel acetum per se vel cum aqua ros vel vino de granatis vel granum opii decoction in aceto et illud acetum teneat' in ore multum valet sedat enim dolorem mirabilit'. Si accipiant' duo grana opii et vinum iusquiami et tria grana mandragore et bulliant' in ℥ iiij aceti et ℥ aque ros per tempus et coletur et abluat' sepe dens dolorosus ex ista colatura calida hyeme et frigida estate sedat dolorem mirabilit'. Si autem cum dolore fuit apostematio gingiue aut eminencia gingiue manifesta perforet' eminencia vel apostema cum flebotomo et post perforationem abluat' ter in die locus cum vino et aceto decoctionis alius rumicis vel salis vel mirre quod bonum est et sic perfecte curabit'. Fiat omni die in crepusculo super mandibulam emplastrum ex farina lini flore camomille et radice maluauisci et butiro et farina fenugreci et erit utile et bonum. Si autem dolor fuit ex materia frigida purget' primo cum pillulis fetidis vel stomaticis albandi vel cum medicamine deteriorbit si possibile fuit aut fiat clistere ex aqua decoctionis blete in qua decoquant' agarici centauree ana ℥ s. mellis ℥ iij. olei ℥ iiij salis ℥ s. colet'

Sig(na) p(ro) ma(teria) calidam

Sig(na) ma(teria) frida

Cura ex ma(teria) calida

Cura ex ma(teria) fria

et tepid' imponat' super dentez ponat' ʒ i tiriace andromaci et postea abluat' dens cum aceto calido // Aliud ad idem Rx foliorum mirti cortitum prim' deinde alcorum sang. dra. an ʒ ii pistent' et bulliant' in aceto et cum illo aceto abluat' dens multociens // Aliud ad idem vrat' dens dolorosus cum ferro ignito posito sup dentem cum canula erea vl' enea. Ad idem ponat' granuz opij mixtum cum vno grano mastici' super dentem dolorosum et liquefiat sup dentem cum ferro ignito multuz valet et est expertuz // Ad idem Rx opij iusquiami seminis apij an ʒ i fiant pille cum aceto et ponat' vna sup dentem dolorosum et teneatur per horam in loco sedat cito dolorem mirabiliter vng omnez dolorem ex cu causa // Scias indubitanter et hec volunt plu q dolorosus dens p corruptionem sbe eius aut ppt quia maior dus aut putridus est non curat' nisi cum eradicatore vn factis medicinis si curatos non recepit sm meum consiliu melius est vt eradicet q amplius non reddiuat et perfectam non recipit curacioz

Capl'm lxviii de extractione dentiuz

Dentes eradicant' multis modis aut cum medicinis aut cum ferro sed cum medicinis non vide' mihi bn posse fieri salua sma antiquorum. Medicamen extrahens dentes debiles ac dolentes propt' corruptioz aut putrefactioz in sba dentis Rx portulace silluestris radicis capar' piretri lac titimalli lac anabulle x esule arsenici rubei radicis rollo quintide an ʒ s. terant' et conspergant' et mittant' ex tanto aceto q sufficiat ita q in aceto bn submergant' et sic vsqz ad viii dies dimittant' et o die addat' aliquid aceti post hoc o die ex medicinis illis cum tetris epithime

dens deties in die et stalpellet' cum ferro donec mediocriter ponant' et sic fiat donec donec moueat' et postea leuit' extrahat' Aliud coquant' ranae fluuiales in oleo donec dissoluant' et ex isto oleo conspergant' dentes p multos dies et stalpelle' et postea extrahant' Idem fiet cum fece aceti fortissimi // Aliud ad idem Rx piretri stafisagrie ellebori al euforbij an ʒ iii terant' et dimittan' in aceto et cum istis rebus tangat' dens in die multociens pq q incizcium stalpellatus fuerit et sic in breui mouebi' et poterit in breui extrahi. Idem facit semen vrtice et radix mori et radix celidonie Sz nos non credimus illud nec vsi fuimus in nro tempore vt dens quid extrahi p' leuit' stalpelle' et postea tangat' cum puluere aliquo ex dictis vl' ex puluere euforbij i quo non est decoctio q eradicat ossa de ppietate. Vltio cum ferro extrahit leuit' et absqz dolore p posse et post extractionem abluat' locuz cum vino decoctionis mirre et videbis mirabil' si dens voluit gustatum q' consolidabi' locus et dolor pfecte remouebi' // Emplm conueniens ad omnem dolorem dentiu ex quacumqz fiat ca q' pom' ex sup mandibula dolorosam Rx xij radices mali maiscu et coquant' bene et perfecte et post decoctionez scindant' et extrahi' ab eis lignuz et inscindan' frustatim et postea pistent' ita q pistacionez i tam absumgie conuertant' et cum eis misceant' farine istarum rerum Rx farine fenugreci seminis lini aneti flor camomille an ʒ i farine ordei ʒ iii incorporen' simul in fine autem eis omnibus misceant' ʒ iii olei de aneto vl' ʒ iii olei de camomilla Et pona' hoc empl'm sup locum calidum actu et erit valde bonuz de proprietate sedat omnes dolores et maturat omnez mam et ipam finaliter resoluit // Seq'

Capl'm lxix de stup

sepe cum vino decoctionis mell' ysopi
et yreos. dictum est superius quod dens
corrosus non recipit curationem nisi per
extractionem vel ustionem cum ferro
ignito et si dolet vel movetur nihil
melius vel utilius est quam ut absque do-
lore extrahatur cum instrumentis pro posse.
Cura ad dentes motos sic fit. liget
qui moventur cum filo de serico aut
filo de lino cum dentibus qui non mo-
ventur infilando filum cum dentibus
ad modum sepis et postea si in dentibus
esset aliqua superfluitas removeatur
cum instrumentis ferreis pro posse
et post mundificationem abluantur den-
tes omni die cum vino calido et post
ablutionem continuo ponantur super gingi-
vas et dentes pulvis factus de cor-
allis et mastice equaliter non presumat
talis masticare rem duram in difficile
ad masticandum. Scias quod nil melius
est in conservatione dentium quam abstinere
a masticatione rerum durarum et habentium
soliditatem et a rebus nimis calidis et
frigidis actu. Nam calor actu nimius dis-
solvit ligamenta dentium et spiritum
vitalem facit exalare et sic dentes
et gingivas finaliter mortificant. Frigidi-
tas vero aut congelative nimis extin-
guit calorem naturalem et spiritum et sic
membrum debile et parum sanguinis de tali
ex tali causa mortificatur. patet ex das
[illegible] res calide et frigide excedentes dentibus
non conveniunt. Unde est quod et [illegible]
[illegible] manifeste. Abstersivum dentium
ultimum et bonum sic fit. Rx. tersi vel
scopule [illegible] in qua ponitur boni
vini ℥ ij. terantur et cribentur postea
ex isto omni die dentes fricentur et
post fricationem abluantur cum vino calido
hyeme et frigido estate. Aliud ad idem
Rx. salis gemme spume maris aluminis
zuccarini corticis [illegible] viridium
ana ℥ i. fiat pulvis ex omnibus cum quo
dentes fricentur. Idem spuma maris
per se operatur hoc vel plus etc.

Capitulum lxxii de fetore oris. Rubrica

Fetor oris fit aliquando ex materia adusta
et calida corrupta et marcida con-
tenta in ore stomachi. fit et ex flatu cor-
rupto in stomacho. etiam fit ex dente
marcido et ex gingivis marcidis et
corruptis. Signum fetoris ex materia ca-
lida in stomacho est quod alleviatur post come-
stionem et cum fetor est cum acuitate et
fumosa eructuatione et in ieiunio fit
fortior et gravior. Signa eius qui fit
ex flatu corrupto est quod alleviatur post
comestionem nisi parum et est cum feto-
re eructuatio acetosa marcida. Signa
eius qui fit ex dente marcido vel ex cor-
ruptione carnis gingivarum et partibus
interioribus oris sunt manifesta ex visu
et tactu medici et per narrationem infir-
mi. Cura primi est ut disponatur
materia que in stomacho continetur et digeratur
cum sirupo de mellilloto quem fecimus
capitulo lxiii de vulneribus que fiunt
in interioribus narium et datur hic sirupus
bis in die in mane et ante cenam
cum aqua decoctionis epithimi et
mellis in hoc et erit quantitas sirupi omni
hora ℥ i. et s. et aque erit ℥ iiij.
purgetur cum medicinis dictis capitulo de
[illegible] et [illegible] cum dieta et potu
dictis vel fiat vomitus sicut quod multum
[illegible] et specialiter capitulo de fetore
nasi. omni die veneris in aurora su-
mat ʒ s. tiriace cum vino odorifero
aut cum aqua decoctionis epithimi
semper in aurora sumat ʒ iij. electuarii
quod sic fit. Rx. nucis muscate ʒ i. macis
[illegible] ana ʒ i. cardamomi ʒ ij.
musci grana iiij. zuccari lb ij. fiat
electuarium in modum dyaridon abbatis de
proprietate. hoc electuarium removet fetorem
oris vitio stomachi. Scias quod masticare omni
die stomacho ieiuno [illegible] mu-
lieribus et viris mirabiliter valet in
hoc casu et istud probavimus [illegible] auxi-
liatur et prodest in eo qui patitur fetorem
oris vitio caliditatis stomachi aut ex
materia calida vel adusta. bibere vinum
de granatis post electuarium. Deinde aut
post masticationem [illegible] et
de sero cum patiens vadit dormitum.
Ad idem contra fetorem oris si masticetur
semen levistici mane et sero cum vadit

dormitiuum mirabiles inuenies effectus si insoluerint. Cura fetoris ex materia frigida est ut disponatur materia cum oximelle composito aut oximelle squillitico et aqua decoctionis epithimi et post digestionem purgetur cum pillulis fetidis vel stomaticis aut cum medicamine diturbit facto multotiens // Ungatur sepe os stomachi cum oleo de mastice mixto cum oleo de spica et aliquantulo aceti // Nutriatur ut dictum est in illa ex humore naturali multo et putrido et fiat vomitus sepe sumat triacam semel in ebdomada cum vino odorifero masticet omni mane iii grana piperis cum ℥ s. nucis muscate et post illud bibat vinum odoriferum vetus vel nouum quod posset reperiri // Sumat omni mane stomacho ieiuno ℥ iiii de dyatrion piperion in quo ponatur aliquid musci quod faciemus in antidotario et post illud bibat aliquid vini boni // Utatur sepe stomacho ieiuno calamo aromatico et masticet ipsum et post illud bibat aliquid boni vini // Cura fetoris qui fit propter dentem marcidum est ut mundificetur dens omni die a superfluitate et abluatur cum aceto sepe in die et in eius concauitate ponatur mastix cum mirra vel cum medietate grani muscati. Ultimo si possibile est extrahatur dens marcidus et hec est via nobilior et melior ex qua non prouenit recidiuatio. Si autem propter gingiuas marcidas acciderit vel contingerit ut dictum est de contaminatione et corrosione in ore et dentibus sequitur.

Capitulum lxxii de hiis que prohibent fluxum saliue ab ore currentem Rubrica

Hec semper hec egritudo ex humiditate multiplicata in stomacho propter viam indigestionis et propter passionem humidi actualis. Non requirit hec egritudo signa propria sicut manifestum quod ex se et propter narrationem superius satis nota est // Cura utilis et conueniens est uti digestiuo confortante stomachum cum calefactione et exiccatione temperata sicut est dyatrion piperion cum zucaro in estate et in vere et hyeme cum dyatrion cum melle aut sicut est dyagalange aut dyarodon aut electuarium de cardamomo aut rosata nouella. Postea et hec digestio fiat cum oximelle composito et cum aqua decoctionis tipi capitis acori // Ungatur stomachus omni die in aurora stomacho ieiuno cum oleo de mastice et oleo de spica aut cum oleo de lilio. Purgetur sepe cum pillulis stomaticis alkandis aut cum medicamine deturbit. Fiat vomitus sepe quia utile erit multum et fiat ut dictum est in capitulo de fetore nasi et oris // Et gargarisma fiat sepe cum eisdem rebus et erit bonum potus bibere aquam caliam in mane cum allume de romania et vinum coctum in pomis silvestribus et tritici fractum et assatum absque liquore aliquo comedere confert. In eius comedere panem bis coctum cum sinapi prodest. Comedere res assatas et bibere vinum ponticum et stipticum est conueniens. Masticare sepe fraxiolas recentes cum sale valde est utile et semper stomacho ieiuno ℥ ii comedere ieiuno et cubebas masticare est bonum et est confert in hoc casu

Capitulum lxxiii de pustulis albis paruis et rubeis et in ore et in lingua cum ulcere et uocatur tola Rubrica

Passio ista fit aliquando a materia calida acuta vel non acuta aliquando a materia flegmatica putrefacta fit et a corrosione et putrefactione in ore et dentibus // Signa pustularum contingentium in ore ex materia calida vel acuta sunt rubedo in ore et grauitas aut acuitas et feruor fortis cum excoriatione palati et lingue et multitudo pustularum in loris et quasi infirmus rem caliam et asperam masticare

gingiue cum alumine feci et aceto
et postea colluantur gingiue et os cum
aqua calida et melle ros. erit utile et
bonum remota corruptione et malicia
a gingiuis ponatur super gingiuas
puluis facta ex mastice thure et co
rallis rubeis hic puluis firmat ging
iuas et dentes motos et eos indurat
et consolidat et ponit post mundi
ficationem corruptionis eas ut non sang
uinent // Idem valet factus puluis ossis
sepie quod dealbat dentes abstergendo

Capitulum lxxvi de casu uvule R.

Quando senserit in gutture quid
quod non consueuit sentire a
in radice lingue et cum hoc me
dicus preceperit aperire os et linguam
extrahere et videbitur multo elonga
ta et mollificata iam casum uvule
homines patiuntur dicere potest in veritate
absque dubitatione fit autem aliquando ex
materia calida ascendente ad locum et est
cum febre aut plurimum absque febre
fit autem ex materia frigida humida decurrente
a cerebro in modum catarri / Signa
eius est ex materia calida sit tumor et ru
bedo loci et quod infirmus sentit in lig
ua sua dulcedinem seu in saliua
sua et eius facies tota rubea et
calida apparet et vene oculorum et
frontis apparent et sunt replete et
cum aperitur os infirmi et cum ap
peritur os videtur uvula pendens rub
ea cum quadam grossitie et in su
mitate plus solito // Signa casus
uvule ex materia frigida sunt multitudo
humiditatis in ore et quod sentit cata
rrum descendentem a capite et vox
eius rauca audietur et est color uv
ule albus et tota facies cum oculis
trahit ad albedinem et cum aspiciun
tur os infirmi videtur uvula elongata et
quod est pendens vltra debitum // Cura
eius que fit a materia calida siue fuit cum
febre siue absque febre et si febris fuit in
principio et statu fiat flebotomia de vena ce
phalica manus dextre aut fiat ven
tosatio inter spatulas et collo fiat et clister
lenitiuus sepe de quo in multis locis vig
in dolore capitis et frenesi fecimus
mentionem // fiat gargarismus cum
aceto et aqua / Ad idem R. ros. ba
laustie ana ℥ ij camphore ℨ s. fiat
puluis eleuetur uvula cum isto pul
uere et cocleari vel fiat gargarismus
ex isto puluere et aceto // Ad idem
R. gallarum balaustie alumis zuccarini
ana ℥ j fiat puluis eleuetur uvula
cum isto puluere et cocleari approxi
mando uvule sicut post illud fiat
gargarismus cum aceto et melle
ros. // Cura eius que fuit ex materia
frigida est ut purgetur caput cum pillulis
cochiis aut cum pigra quam fagonus
seu cum medicamine delectabili // fiat
clisteria lenia et acuta gargarizet
oximel compositum cum aqua balaust
iarum aut cum aqua decoctionis
Ad idem dissoluatur vitriolum de quo fit
encaustum quod vocatur zegi in aqua
balaustiarum aut in aqua decoctionis
ros. et fiat gargarismus et erit utile
et bonum // Ad idem R. alumis zucca
rini ℨ s. oximell' compositi ℥ ij mi
sceantur et fiat gargarismus cum
aqua balaustiarum vel aqua decoctionis
ros. vel fiat gargarismus in princi
pio cum rob de nucibus vel citoniorum
vel aqua calida et hoc est utile et
bonum cum isto rob et melle ros. et
aqua calida factis purgationibus
vniuersalibus particularibus et gargaris
mis et si non curatur incidatur cum
ferro ignito imposito per camulam
et post incisionem immediate fiat
gargarisma cum aqua ros. et aceto
aut cum aceto et aqua decoctionis
balaustiarum et sic curari poterit

Capitulum lxxvii de sanguisugis que bi bunt sanguinem R.

Aliquis aquam sanguisugarum
consueuit bibere et post illud
titillationem senserit in gutture et
sanguis subtilis inde emanauit
tunc estimandum est sanguisuga

Cura eius cum materia frigida

aliquis

C. de sanguisuga

De spinis aut aliis [illegible] gutture

in gutture est. Aperiendum est ergo os eius et linguam extrahendam et comprimendam inferius et erit tunc inspiciendum guttur in sole utrum sanguisuga pendet. Visa fuerit ut nonnisi sic aut capiatur cum tenaculis vel picicarolis et extrahatur aut cum forpicibus quibus sagitte extrahuntur extrahatur. Si autem occulta fuerit ita quod videri non potest fiat gargarismus cum sinapi et aceto aut cum sale et aceto et aqua decoctionis alliorum statim post illud removebitur de loco in quo est et cadet scilicet vel ad exteriora si eger fuerit sapiens vel ad interiora. Vel fiat gargarismus ex aceto et assa aut aceto sale et nigella aut aceto tepide et cetera. Si autem post eius casum et remotionem sanguis a loco emanaverit gargarizet infirmus aquam rosarum cum aceto vel aquam decoctionis corticum granatorum balaustie et sumach. Vel insuffletur in guttur pulvis qui sic fit: Recipe sanguinis draconis balaustiarum ana ʒ i et aluminis [illegible] stringit illum sanguinem. Si autem sanguisuga stomachum intraverit sumant in potu medicinas quibus vermes expelluntur de quibus mentionem fecimus in capitulo de vermibus. Res que sanguisugis extrahende et facere consueverunt est ut eger balneum ingrediatur et commoretur in eo sitim magnam patiatur et tunc aquam frigidissimam teneat in ore diu cumque tepuerit tepefactam expellat et aliam sumat et sic iterum. Aqua multotiens in ore sanguisuga querendo frigiditatem ad os venire consuevit et sic extrahi potest. Medicamen bonum ad idem hoc sic fit: Recipe farine lupinorum [illegible] seminis nigelle ana ʒ ii incorporentur cum succo absinthii et fiant trocisci et sit unius pondus ʒ i stomacho ieiuno cum aqua decoctionis nigelle bibatur.

Medicina pro expulsione sanguisuge

Capitulum lxxviii de hys que intrant guttur sive os sive spina et similia. Rubrica.

Ea que intrant guttur sunt ut spina vel ossa aut bolus rei dure ut est caro dura nervosa seu panis durissimus aut aliquid tale. Cumque ergo aliquod tale infigitur in gutture aut meri oportet considerare figuram rei infixe. Si enim quod infixum est non habuit fortem fixuram aut ramificationes scilicet frusta percutiatur posterius collum patientis cum manu satis fortiter. Confert nam hec passio vel percussio movendo collum et movet meri et guttur violenter que cum collo alligata sunt et per consequens removent rem infixam et eam [illegible] faciunt et sic [illegible] eam ad descensum. Transire sepe aquam est utile et eam gargarizare. Bibere oleum et intrare balneum confert et est utile. Si autem res illa que est in gutture videri possit accipiatur cum uncinis vel tenaculis et extrahatur. Bolus durus et magnus [illegible] est. Si autem per viam istam non descenderit sumatur candela in meri vel gutture et cum ea impellatur res ad inferiora. Aut fiat hoc cum tenta subtili plumbea et erit melius. Si autem res illa frusta habuit aut fuit scissa vel ramosa et per aliquam ex rebus dictis non descenderit transglutiat infirmus aliquam partem spongie marine ligate ad filum et cum transierit violenter cum filo trahat ad exteriora et sic curabitur. Aliud: gargarizet oleum tepidum et teneat de eo aliquid et post illud deglutiat bolum panis duri et asperi et sic res illa removebitur si deus voluerit. Aliud: fiat gargarismus cum oleo calido et oximelle composito vel squillitico mixtis removebitur res illa infixa absque dubio. Sequitur capitulum.

Capitulum lxxix de ora

[Capitulum ... de grau]uedine lingue Rubrica

Grauedo lingue alia est antiqua, alia
non est antiqua, et quedam est cum fe-
bre acuta et quedam absque febre. Que vero
est absque febre semper fit ex materia frigida
imbibente lacertos et neruos lingue.
Que vero fit in febre acuta fit propter
destructionem complexionis et febre mortifica-
te virtute motiua ex ipsa debilitate,
et est hec in febribus acutis unum ex
signis significantibus mortem. Fit etiam
propter abbreuiationem ligamenti existentis sub
lingua. Fit aliquando propter ranulam
que est sub lingua et nascitur in mo-
do glandule aut in modum alicuius carnis
habentis figuram lingue parue. Signa
grauedinis lingue absque febre sunt impedi-
mentum in loquela et prolatio mala in
dictionibus in quibus cadit l et r. Et
quod auditus et alii sensus omnes sunt
conturbati et in prolatione sua
cum vult loqui fortiter aut subito aliquid
proferre contra suam voluntatem
emittit saliuam et humiditatem ab
ore et est signum paralisis vniuersalis.
Signa grauedinis lingue cum fe-
bre sunt diminutio loquele et quod infirmus cum
ex ore linguam ipsam emittere non potest
et adustio eiusdem cum nigredine
et asperitate et tunc ipsa graue-
do cum aliis circumstantiis in febre
acuta est signum mortis. Signa
eius que fit propter abbreuiationem lig-
amenti sunt quod lingua adheret parti in-
feriori et non potest extra os emitti.
Signa eius que fit propter ranulam sunt
ut cum eleuatur lingua ad partem supe-
riorem et apparet ibi glandula ma-
nifeste et videtur quod sit ibi quedam alia
lingua parua sub alia et inflatur et emi-
net sub mento cum augmentabitur.
Cura grauitatis antique que est a
natiuitate non sanatur nisi male cu-
ratur. Si autem non antiqua fuerit et ab-
sque febre et cum acciderit a materia frigida
mollificante neruos lingue, curatur
primo cum mundificatione facta cum pillulis
cochiis vel fetidis aut cum medicinis
debitis per istud capitulum, sicut hoc tam dicte
sunt leuia et acuta fricetur post hoc
lingua sepe cum salgemma vel salea-
moniaco aut cum pareto et castor-
eo et pipere et aliquando cum pipere
euforbio quod fortius est aut fricetur
fortiter cum allumine feccium et post
fricationem abluatur cum aceto et aqua
frigida mixtis. Nutriatur ex carnibus
assatis et auibus et gallinis coctis
intestina vel pastillo conditis cum pi-
pere croco aleis et similibus et salina
bibat vinum album bene limphatum
et utatur sinapi cum suis cibariis
et comedat allea cocta sicut sunt
nuces et silia. Cura eius que fit
cum febre est ut sepe tangatur cum oleo
et mucillagine psillii et fricetur
et abluatur cum aqua calida et aceto
et melle rosaceo et julep mixtis simul
et nutriatur sicut febriens. Cura
eius que fit propter grauitatem
ligamenti est ut incidatur ligamen-
tum et post ligamentum incisionem
ponatur super locum attramentum
de quo fit incaustum aut allumen fe-
cium et post illud abluatur locus cum
aqua frigida. Cura eius que fit propter
ranulam si fuerit magna est ut scindatur
cum rasorio vel flobotomo capiendo
ipsam cum uncinis et post inci-
sionem fricetur locus cum vitriolo de
quo fit incaustum aut cum allu-
mine fecium seu cum vnguento viri-
di quod fit ex allumine flore eris et me-
lle equaliter et post illud abluatur
locus cum aceto et aqua calida mi-
xtis. Nutriatur et potetur ut dictum
est in anteriori capitulo.

Capitulum lxxx de ma-gnificatione lingue Rubrica

Fit autem hec passio ex materia humida
lingua magnificatur lingua in tantum
quod os eam detinere nec capere
potest neque retinere quin semper appa-
reat aliquid de ea. Fit autem semper
hec extensio ex materia frigida et humida
multiplicata in lacertis et substantia lingue
fit et ex ventositate vaporosa imple-
nte ipsam et inflante. Signa eius
sunt magnitudo multiplicata et omnis

dimensiones et refectio spiritus vel sali-
ue in ea et proiectio eius ad exteri-
ra et difficultas glutitionis et loquele
Signa eius que fit ex vapore implente
sunt quod magis tensa videtur et mi-
nus flectitur in aliis autem conveniunt cum
superioribus. Cura eius que fit ex hu-
miditate fiat fortis et sepe cum
cepe aut cretositate cum aut cum
dente allei et aceto cum diu gar-
garizat saliva extra quamvis ipsa flectere
si ergo sufficit bene est si vero non pur-
getur cum pillulis cochiis aut fetidis
vel iera pigra seu cum medicamine de
turbit et post hec fricetur cum sale
armoniaco vel cum salgemma aut
mastice puluerizato et cum illo abluatur
lingua cum forti aceto aut cum ace-
to decoctionis castorei seu cum aceto
decoctionis anethi cipperi et piperis
gargarizet sepe patiens oximel
squilliticum cum aqua decoctionis
castorei muciatur et potest ut dictum
est in paralisi. Cura eius que fit
ex vapore ventoso ut purgetur cum
dictis rebus et fiat gargarizatio
cum aqua decoctionis prunorum et
rosarum aut aqua frigida Almansor libro
decimonono capitulo de egritudinibus lingue quod
de magnitudine eius dicit quod aqua
frigida in hoc casu confert et causa hu-
ius est quia aqua frigida reuocat calorem
intra a quo fit resolutio materie
vaporose et hec vult ypocras in
[illegible] ubi dicit est autem in [illegible]
tano siue in vulnere iuuene bene car-
noso medio estate infusio aque frigide
vel aque decoctionis [illegible] femi[illegible] pi-
peris [illegible] aut in fine cum rebus
dictis supra regatur cum cibo et
potu dicto in paralisi sequitur

Capitulum lxxxi de nodo et glandula que nascitur sub lingua et vocatur ranula Rubrica

Fit autem hec passio ex materia humida
que interiacet [illegible] et aliquando
in loco que est sublingua formam lingue
parue et tunc vocatur ranula et aliquando
acquirit formam rotundam et tunc
vocatur nodus vel grossities. Signa
ranule sunt quod ab utraque parte lingue
ligamenti videtur quedam eminentia
habens figuram lingue et in medio
istarum et inter unam et aliam est quedam
eminentia rotunda in modum ciceris
et fabe que continuat alias duas
ad inuicem et tunc vere ranula
nuncupatur. Signa nodi vel rotundi-
tatis sunt quod videtur sub lingua circa lig-
amenta in modum auellane aliquid
vel glandule et impedit eleuationem
lingue ad palatum et loquelam et et
ad comestionem. Cura ranule et
nodi est ut scindatur ranula vel nodus
et extrahatur pro posse si sint magne
quantitatis et postea fricentur cum
vnguento viridi acuto vel cum
rasis attramento vel cum allume
feccum et postea abluatur cum aceto
et aqua salsa mixtis. Si vero parue
quantitatis sint fricentur cum dictis rebus
et sale et abluatur cum aceto et aqua
salsa mixtis et scalpelle cum flomo
et cum fricentur cum sale et aliis rebus
sicut rasis allumine feccum et vnguento
viridi acuto quod fit de melle allume
zuccarino et flore eris equaliter

Capitulum lxxxii de apostematibus que fiunt in lingua Rubrica

Apostematio lingue fit aliquando
a causa calida et aliquando a causa
frigida. Signa apostematis calidi
sunt rubedo lingue et faucium et pa-
lati et labiorum et ardor palati et
oris et quod color apostematis est rubeus
vel citrinus trahens ad rubedinem.
Signa apostematis frigidi in lingua sunt
albedo lingue et faucium et labiorum
et palati et mitigatio doloris ardoris
palati et oris et multiplicatio
saliue in ore et palato. Cura
apostematis calidi in lingua est ut fiat
flobotomia de cephalica vel ventosa

inspissatur cum sanificatur. Abluatur os continue cum aceto vel vino de granatis et aqua ros. mixta aut cum aceto et mussillagine psillij aut cum aceto et mussillagine draganti et aq. ros. gargarizet continue mel ros. cum aqua frigida et aceto vel vino de granatis. Ad idem Rx. aluminis zuccari ana ʒ. i terat et misceat cum ʒ. iij sir. acetosi compositi et ʒ. iiij aq. calide et fiat ablutio oris et gargarizatio. Nutriatur cum cibis liquidis et brodiis gallinarum castratis et edi et cum farina ordei et farri et similibus ex eisdem vel cum aqua ciceris seu cum lactucis vel cucurbitis et potetur cum vino albo limphato debili.

Cura eius quod fit ex materia frigida est ut purgetur caput et totum corpus cum pillulis cochiis aut picra seu meditamine de turbit. Abluatur os continue cum oximelle composito et aqua calida aut cum melle ros. et aq. calida decoctionis apii ysopi yreos liquiritie. Aliud ad idem Rx. ysopi yreos liquiritie zuccari ana ʒ. ſ pistentur et bulliant in aq. et cum illa aqua dissolvatur mel ros. et fiat ablutio et gargarizatio sepe in die. Nutriatur cum carnibus pullorum et castratis et silium et herba feniculi et petrosilini et caulibus et cum rizo et ciceribus frictis et potetur cum vino limphato. Si post mundificationem apostematis calidi vel frigidi remaneat ulcus vel excoriatio que non consolidatur cum pulvere masticis vel draganti mixtis et omni die ante prandium pulveris predicti abluatur lingua cum vino calido et fac adherere tenentem d' sui natura et proprietate

Capitulum lxxxiij De curatione spasmi et ra[ucedinis]

Ere[c]titudo semper fit et contingit aut propter spasmum quod est in radice lingue et lacertis illius loci aut propter spasmum eius in ligamento quod est sub lingua. Signa eius quod fit in spasmo radicis lingue sunt quia lingua male movetur et ingrossatur et curvatur ita quod extra os libere non potest emitti et sic apparet quam insperatur in os infirmi. Signa eius que fit de spasmo ligamenti quod est sub lingua sunt quia lingua ad palatum bene levari non potest et quia apparet abbreviatio lingue manifeste ad partem inferiorem versus mentum vel versus dentes inferiores. Cura eius que fit propter spasmum radicis lingue est gargarizatio cum oleo ros. et oleo de camomill. et purgetur caput cum pillulis cochiis aut fetidis aut cum meditamine de turbit et inungatur caput et collum cum oleo de aneto et embrocetur cervicem cum aqua decoctionis aneti et camomill. et lilij et mell. ros. mixto. Ad idem Rx. liquiritie ysopi yreos ana ʒ. ſ. zuccari ʒ. i fiat gargarizium ex illo pulvere cum aqua calida.

Cura eius que fit propter spasmum ligamenti est quod sub lingua aut propter abbreviationem eius est ut incidatur et findatur postea cum atramento vel zegi quidem idem est vitriolo de quo fit atramentum et postea fiat ablutio cum aqua calida et melle ros. Nutriatur cibis [...] et temperatis et vino limphato dato.

Capitulum lxxxiiij De scissuris labiorum

Asperitas ista in membris istis et extremitatibus semper fit ex calore salso adusto aut ex materia adusta seu a materia reducta ad genus melancolie per viam adustionis. Signa scissurarum locorum dictorum que fiunt a materia salsa adusta sunt ardor et pruritus vehemens et quia tristis in locis eorum aut et ab illis locis humiditas acuta exit aqua et partes illorum locorum aliquando separantur et superfluitates in modum pilorum emanant et apparent in scissuris locorum et timor loci cum quadam duritie ibi manifeste. Signa

Signa eius quod fit in spasmo radicis lingue

Cura quod fit propter radicis lingue

Cura propter ligamenti

Signa materie calide salse

Signa materie melancolice per adustionem

fissurarum que fiunt a materia melancolica adusta reducta per adustionem ad genus melancolicum sunt similes fissuris, et quia ab eis non manat humiditas aliqua et quia ardor et pruritus aliquis est in loco et non est ibi tumor loci tantus neque inflatio quemadmodum a fissuris ex alia causa. Circa fissuras que fiunt ex flatu [?] melancolico adusto est ut mundificetur totum corpus quantum est possibile cum syrupo qui sic fit.

Cura flatus adusti

Syrupus

Recipe fumiterre, pollipodii, scolopendrie ana manipulum i, sene, epithimi, cuscute ana ℥ i, pollitrici, [illegible] lactucarum, violarum ana ℥ ii; pistentur omnia grosso modo et bulliant in lb iii aque donec consumpta sit medietas; coletur et in illa colatura ponantur lb ii zuccari vel lb iii mellis rosati et reducatur ad ignem et syrupizetur. Dentur de hoc omni mane ℥ ii vel iii cum aqua decoctionis predictorum. Si posset aliquis sepe de pillulis fetidis erit valde utile et bonum. Excorietur locus cum alumine fetido [?] vel unguento viridi aut vitrioli de quo fit cura [illegible]. Et post excoriationem mundificetur cum unguento apostolorum; in fine consolidetur et mollificetur cum unguento quod sic fit.

Unguentum

Consolidatiuum

Recipe mucillaginis seminis citoniorum [?], amili, draganti ana ℥ i, olei rosati ℥ iiii, cere ℥ ii, adipis anatis colati ℥ i vel anseris, pulueris ysopi cribati ℥ iii; dissoluantur primo cera et oleum et adeps, quibus dissolutis addantur alia et in mortario tam diu moueantur donec in unum transeant et fiat unctio ex eo. Abluatur sepe locus cum aqua decoctionis furfuris, camomille et ysopi.

aliud consolidatiuum

Aliud ad idem. Recipe adipis anatis, anseris et galline liquefacti ana ℥ i, cere ℥ i et s., rasine ℥ iii, olei rosati vel violati ℥ xii, pulueris thuris, mucillaginis fenugreci, maluauisci [?], seminis lini ana ℥ s. Ponantur rasina et cera et oleum et dissoluantur, et post dissolutionem colentur et misceantur cum aliis rebus in mortario et moueantur tam diu quod omnia sint facta unum, et reponatur ad usum. Hoc unguentum de proprietate post mundificationem fissuras eas remouet et consolidat. Circa fissuras que fiunt a materia colerica melancolica adusta est ut purget quantum est possibile.

Syrupus

Fiat cum syrupo qui sic fit. Recipe mirabolanorum indorum ℥ ii, chebulorum [?], indorum ℥ iii, sene, epithimi ana ℥ i, fumiterre, scolopendrie, [illegible] ana manipulum i; pistentur et bulliant in lb iiii aque donec medietas sit consumpta; coletur et in illa colatura addantur lb ii mellis rosati; reducatur ad ignem et syrupizetur. Dantur omni mane vel de 3o in tertium ℥ ii vel iii cum ℥ iii vel quatuor aque decoctionis predictorum. Fricetur locus cum aceto squillitico et alumine ferri [?] vel cum unguento viridi tam diu quod locus sanguinet, et tunc curatur cum panniculo [illegible], et mundificetur cum unguento quod sic fit. Recipe terbentine ℥ iii, cere ℥ iii, olei violati ℥ vi vel rosati, pulueris gallarum et masticis ana ℥ iii; dissoluantur ad ignem terbentina, cera et oleum, quibus dissolutis ponantur in mortario et misceantur cum aliis rebus et tam diu moueantur cum pistello quod sint unum; tunc addantur ℥ iiii aque rosate in fine. Hoc consolidat fissuras post mundificationem dictam, specialiter que fiunt ex melancolia adusta. Aliud ad idem. Recipe axungie porci liquefacte lb s., amili, draganti ana ℥ s., argenti viui ℥ i, auripigmenti ℥ s.; incorporentur et uniantur simul in mortario. Attende in istis et in aliis fissuris quod, si non curantur per modum istum factum sicut predictum est usque ad vices iii, et si per istas iterationes non curantur, cauterizentur loca fissata cum cauterio de auro vel de argento et auricalco, et post cauterizationem fiat consolidatio cum unguentis dictis. Regimen ex parte cibi et potus sint ut dictum est in cura de melancolia ex materia adusta. Sequitur

Capitulum lxxxv de squinantia et speciebus

eius et uocant iste egritudines que nascunt in gula et precoitant cauguamich ℞

Omnes egritudines que in gula nascunt in quibus angustia sentitur cum difficultate transglutiendi cibum et anhelandi difficultate uocantur nomine com(muni) squinantia .i. asma in gutture et a quibusdam uocantur strangulatoria et specialiter quando est absque febre q(ue) vocatur sin(anche)
diuersas regiones diuersis nominibus nuncupatur et secundum quod in gula diuersa loca occupat vocantur a quibusdam glandule vel nodi vel oxelli aut gastetelli et
pro diuersitatem istam vires laterum et musculi
eorum fricant brachia fortiter vt
dolorem inferant in locorum habentibus
affinitatem cum gula et ut propter
dolorem trahat materia ad locum in
quo fricatio fit violenta. fit egritudo
ler aliquando a sanguine aliquando a colera
et etiam ex flate fit aliquando a percussione
superueniente a collo. Signa eius
que fit ex sanguine sunt difficultas
transglutiendi cibum vel aerem anhelandi equaliter vel inequaliter
Et si maior difficultas fuerit ex parte traiciendi cibum squinantia erit
magis versus cannam stomachi vel meri
quod est idem. Si vero difficultas anhelandi maior fuerit difficultate transglutiendi ~~cibum~~ squinantia magis
erit versus cannam pulmonis seu
trachean arteriam quod idem est. Si
autem equaliter sibi fuerit difficultatis
tamen ex parte deglutiendi quam ad modum
cum ex parte anhelandi squinantia
equaliter in locis predictis erit. Item
rubedo faciei oculorum et tensio corporis
totius et si cum hoc fuerit angustia arborum
generantium sanguinem et multa repletio corporis sicut in vigilie est quod hec egritudo
ex dominio sanguinis prouenit et
contingit et si dulcedo saliue affuerit
et dolor loci aggrauatiuus et latus
plurimum febris et extensositas corporis

manifesta tunc predicta signa magis
necessaria erunt. Signa quod fit
ex colera sunt predicta et inflammatio
et dolor acutus in loco et febris aliquando
et calor loci et faciei rubeus cum
amaritate saliua amara et habitudo
totius corporis magis tenuis quam carnosa et angustia arborum generantium
coleram et multitudo eorum. Signa
eius quod fit ex flate sunt multitudo
saliue cum raucedine vocis et paucitas doloris cum grauedine et
quod plurimum est absque febre et paucitas rubedinis faciei et corporis et
habitudo tota humida et flegmatica apparet
et quod fuit in eo quod patitur expulsio
rerum generantium humores flegmaticos
et in ambobus istis apparitionibus gule et
aliquando apparet exterius aliquando interius et aliquando
equaliter intra et extra. Signa eius
quod fit ex percussione sunt manifesta
ex re ipsa et per narrationem infirmi.
Cura eius que fit ex materia sanguinea
est quod primo quod ut fiat flebotomia de
cephalica in manu aut ventositatio
in spatulis. fiat et clistere lenitiuum sicut
dictum est in freneisi gargarizet et
continue usque ad dies iiii vinum de
moris siue de granatis siue sumac uel
rob cortium acetosi viridium cum aqua
calida et syrupo rosarum vel zuccaro et aceto
aut aqua rosarum et zucaro et aqua
calida misceatur his diebus cum succo
ordei vel farris aut cum medulla
panis lota cum aqua frigida in qua ponatur zuccarum et vinum de granatis
aut misceatur cum aqua ciceris aut
aqua pullorum alterabitur vino de granatis vel cucurbitis aut portulacis
Potest vinum de granatis cum aqua
frigida aut aceto assato aut aquam decoctionis sumac et zucari soluatur
et si necesse fuerit cum decoctione que
sic fit ℞ medulle cassie fistule ʒ
tamarindorum ana ʒ i et semis dissoluantur omnia cum ʒ lv vel vi aque
decoctionis prunorum. Si autem post viam
istam usque ad dies iiii vel v curatus
non fuerit gargarizet ʒ i mirre
cum ʒ i oximellis compositi et aqua
calida decoctionis prunorum et faciat

hoc gargarisma bis in die et ante
prandium et ante cenam // Aliud ad
idem ℞ ysopi liquiritie mirre ana
ʒ iiij terantur et misceantur cum
melle rosarum et fiat gargarisma cum
aqua decoctionis mirre hoc tempore
nutriatur bonis cibis et avium
et quadrupedum et potetur cum
vino debili lymphato // Cura eius

Cura eius a colera

que fit a colera est ut primo clistere-
zetur cum clistere dicto capitulo de frene-
si vel clisteribus aliis et postea fi-
at flobotomia de vena cephalica que
est in manu aut fiat ventosatio
in spatulis et collo fiat usque ad dies
iiij continue gargarizatio cum aqua
decoctionis prunorum et vino de grana-
tis vel oxizacra aut cum rob de cor-
ticibus nucum aut cum vino cum mor-
tella et potetur usque ad dies v
vel vj ut dictum est superius. Em-
plastretur gula et collum in ista squi-
nantia et in illa que fit ex sanguine
cum emplastro quod sic fit ℞ fa-
rine fenugreci seminis lini ana ʒ v

Emplastrum

seminis malvavisci malve florum ca-
momille ysopi ana ʒ j olei de camo-
milla et de lilio ana ʒ ij bulliant
simul usque ad spissitudinem in ag-
tum oleis dictis et ponatur calidum su-
per locum hoc enim resolvit superfluitates
que remanserunt in loco
absque aliqua attractione post hoc
omnem reducatur ad carnes edi et
castratorum et pullorum et omnium avium
degentium in arboribus et pratis et
vinum valde lymphatum // Purge-
tur enim fiat cum decoctione dicta
superius vel cum alia que sic fit ℞

Decoctio prunorum

manne ʒ j reubarbari ʒ ij dissolvantur
ista cum aqua ferventi decoctionis
prunorum et dimittantur sic per horam
et postea colentur et ante diem dentur
hoc totum infirmo et sic sit quantitas
aque usque ad ʒ iiij vel v et non
plus // Clisterizetur quod utile est et
melius quod in hoc casu fieri potest
post flobotomiam // Cura eius que

Cura eius a flegmate

fit a flate est ut statim purgetur
cum pillulis cochiis vel pigra aut
cum medicine de turbit aut pillulis
fetidis vel fiat clistere sepe qua-
lia facta sunt in dolore capitis ex frigi-
ditate primo lenitivum et illud quod sic fit
℞ aque decoctionis blete ℔ j mellis
ʒ iij olei ʒ ij agarici colloquintide ana
ʒ j pistentur et bulliant et coletur et
cum est tepidum supponatur et potetur
usque ad dies v cum aqua mellis aut
cum aqua decoctionis liquiritie ysopi
et zuccari et nutriatur usque ad tempus
dictum cum farina et aqua ciceris
et pullis elixatis aut cum cibario
facto ex vitellis ovorum et panis mica
et aqua mixtis et bullitis simul / Inde
redeat ad dietam consuetam. Omnis
vir alimanus in libro dicimi in capitulo de
squinantia et Serapio libro 2o capitulo xiiij
de egritudinibus squinantie ut et alii
libro 3o capitulo de suffocatione et abdala e
decollatione et ulcera hec apparata in ista
squinantia conveniunt quod gargariz-
isma factum cum stercore albo canis
comedentis ossa et stercore a...
a lupi et stercore hominis vel puerum nutri-
tis cum pane lupinorum et vino ve-
teri et cribrato et mixto cum me-
lle et linito et super gulam et col-
lum multum valet et specialiter post ce-
ssationem fervoris et caloris et specialiter aug-
mentum hoc opinionis que mihi non placet
quia sit inhonesta et est quia talis
egritudo sicut curabilis curatur per alios
modos positos a pluribus bene et bono
modo et in principio augmento statu et
fine ut per talem inhonestatem et
melius et hec cura sim ~~eius~~ plus
valet in colerico et flegmatico quam parte
hec est in aliis et specialiter in fine //
Cura eius que fit a passione est
eadem in omnibus cum illa que fit ex
sanguine ita quod non requiritur additio
neque diminutio in ea

Capitulum lxxvi de tussi Rubrica

Tussis est commotio violenta pul-
monis et pectoris vel voluntaria
adveniens ex nocumento
contingenti spiritibili in anhelitu vel pul-
mone fit aut hec egritudo aut per

aliquid quod est in pulmone et est necesse ut egrediatur extra ut est sanies aut humor grossus seu sanguis aut propter reum subtilem acutam descendentem a capite commoventem camam pulmonis aut fit propter humiditatem ipsius pulmonis que continetur in ipso aut propter siccitatem eius aut propter caliditatem eius aut propter ulcera in ipso aut propter apostema eius et illud apostema aut est sanguineum vel colera vel secundum flegmaticum seu durum aut propter frigus aerem advenientem camme pulmonis ex quibus tussis commovetur ut secundum omnium // Signa tussis propter rem in pulmone que de necessitate exire debet sunt sicut illud quod debet exire quando fit post pleuresim vel peripleumoniam et post sputum sanguinis et post dolorem lateris pungitivum vel post aliquem dolorem contingentem locis illis Si autem illud quod exire debet est humor grossus frigidus vel viscosus significatur quia talis tussis commovetur post coitum aut vel catarrum et quando humor qui expellitur aliquando est talis et secundum colorem et substantiam // Signa eius que fit ex materia acuta subtili descendente a capite sunt tussis absque sputo et quando fit fortis post somnum et peius in nocte et quando hora tussis infirmus sentit sicut humiditas efficerit motum tussis et cum sentit descensum illius humiditatis a capite ad camam pulmonis seu ad pulmonem // Signa eius que fit propter humiditatem ipsius pulmonis sunt multitudo sputi et adherentia eius et peius post somnum et viscositas flatus ingluttire et commotio vomitus cum eo plurimis discumbens // Signa eius que fit a siccitate pulmonis sunt quod est absque sputo et alleviatur cum sorbicium cremili et fit fortis cum adest fames et sitis et peius alleviatur capit apud somnum et comestionem et potum vini plurimum cois et apud introitum balnei et est semper cum tali tussi semper aliquid constrictionis anhelitus aut parum aut plurimum et illud secundum quantitatem siccitatis pulmonis et extenuationem corporis et frequenter

in pulsu cum velocitate et parvitate // Signa eius que fit a caliditate pulmonis sunt vehementia sitis et magnitudo anhelitus et pulsus et rubedo faciei cum anhelitu accendentur una vice post aliam // Signa tussis propter ulcus in pulmone sunt egressio sanguinis aut saniei aut corticis egredientes in tussi aut post sputum sanguinis vel pleuresim aut post catarrum calidum acutum descendentem a capite et extenuatur cum ista tussi corpus et comitatur eam febris ethica vel immuta // Signa eius que fit propter apostema calidum sunt febris et constrictio anhelitus et velocitas eius et frequentia anhelitus sive pulsus magnus et rubedo maxillarum intensa // Si autem propter apostema flegmaticum molle tussis contigerit signa talia erunt magna constrictio anhelitus absque plurima caliditate neque est rubedo in facie neque in maxillis et multitudo sputi et salive // Si autem evenerit tussis propter apostema durum in pulmone erunt eius signa hec scilicet constrictio anhelitus secundum aliquos dies tussis sicca absque sputo et neque est caliditas in pectore si tangatur et est ibi difficultas attrahendi ventum vel aerem et infirmus sentit constrictionem anhelitus cum debilitate paulatim secundum transitum dierum et non est ei sanitas et quandoque alleviatio parum // Cura tussis que est propter saniem retentam in pulmone post pleuresim dicetur capitulo de pleuresi // Cura vero eius que fit propter retentionem sanguinis est ut statim fiat flebotomia de vena media vel communi et post flebotomiam fiat clistere lenitivum secundum quod dictum est capitulo de frenesi // Nutriatur cum farina ordei vel farina frumenti aut succis eorum aut aqua ciceris et si flebotomia fieri non possit aut propter etatem aut propter alia impedimenta ponantur ventose in spatulis et nates et continue usus clisteris nisi infirmus bis in die ventrem assellaret vel si virtus eius non fuit nimis debilis // In istis casibus

Decimo

A clisteri abstineat, tamen ut et medianis (?) inguentibus vel purgantibus. Bibat ergo mane cum aqua decoctionis liquiritie et ysopi aquam mellis vel aquam decoctionis pennidiorum et ysopi et de syrupo qui sic fit: Rx ysopi liquiritie ana ʒ s. passularum ficuum siccarum dactilorum prunorum mundatorum sebesten fisticorum papaveris albi ana ʒ i. capilli veneris enule (?) vitisarum ana ʒ i. pistentur omnia et bulliantur in tribus lb. aque donec consumpta sit medietas. Coletur et in colatura illa addatur lb i et s. zucari et reducatur ad ignem et spumetur. Dentur ʒ ii istius syrupi mane et sero cum ʒ iii alicuius aquarum dictarum superius. Utatur insuper interius ut supra; abstineat ... rob de vino cum pulvere qui sic fit: Rx liquiritie cardamomi cinamomi croci ana ʒ s. fiat pulvis cribratus. Purgetur si fuerit necesse cum ʒ iiii aque decoctionis ysopi in qua dissoluti sint ʒ i cassie fistule et ʒ ii mane et detur in matutinis.

Cura tussis que fit propter humores grossos (?) retentos in pulmone vel canna eius est ut primo purgetur cum pillulis cochiis vel fiat clistere ex lb s. aque decoctionis ysopi et blete et ʒ iii olei et ʒ iii mellis et ʒ iii et s. agarici et ʒ s. collaquintide vel centaurie et ʒ s. ... simul et coletur et tepidum ponatur. Hoc ergo de sua natura et proprietate trahit materiam frigidam a capite et pectore ad partes inferiores et confert tussi ex ista causa. Teneat post purgationem unam vel duas ex pillulis que sic fiunt sub lingua vel nocte cum vadit dormitum deglutiat duas: Rx opii storacis mirre ana fiant pillule in modum ciceris. Ad idem Rx piperis zucari liquiritie ana ʒ s. ysopi mastic croci ana ʒ s. fiant pillule cum aqua decoctionis liquiritie. // Sumat post purgationem omni sero cum vadit dormitum ʒ ii vel i cum aqua tepida pulveris qui sic fit: Rx croci ysopi liquiritie croci ana ʒ ii fiat pulvis cribratus et sit quantitas ʒ iii vel iiii. Utatur bonis carnibus et ... fructis conditis cum pulvere

dicto et vino dulci claro limphato cum aqua decoctionis ysopi vel liquiritie croci. Sumat aliquid de diazinzibere quod faciemus in tertio canti(?). Et post hoc bibat aliquid de aqua ex aquis dictis. Pulvis qui datur contussim humidam sive sit cum febre sive absque febre sic fit: Rx capillorum veneris seminis urtice yreos ysopi ana ʒ i. piperis longi ʒ ii vel i. cum vino dulci vel aqua decoctionis ysopi et liquiritie vel cum succo facto ex farina liquiritie ordei et spelte et frumenti mixtis insimul equaliter condito et cocto cum lacte amigdalarum. Hic pulvis materiam digerit et resolvit et eam levit et absque labore spuere faciat. //

Cura eius que fit ex materia acuta subtili descendente ad pectus est ut bibat omni mane ʒ i syrupi de papavere et granatis et de eo cum aqua decoctionis rosarum balaustiarum iniubarum et sebesten. Alii granorum pinearum mundatarum dulcium fabarum excorticatarum seminis papaveris gummi arabici boli armeni ana ʒ ii conficiantur cum mucillagine psillii vel cum mucillagine granorum citoniorum et fiant pille ad modum lupini. Omnia hec dicta inspissando materiam subtilem digerunt ipsam et inspissant et faciunt ipsam abilem ad spuendum. Utatur ... ordei vel farri vel frumenti vel risi et carnibus castratis et edi et gallinarum et pullorum et caponum et ex carnibus omnium avium degentium in arboribus et in pratis et non in aquis. Potetur vino dulci limphato cum aqua frigida. Et hic modus curandi habet locum cum tussi que est cum febre et est a capite calido. Si autem per unam istarum non cessaret sumat iii vel ii de pillulis que sic fiunt sero cum vadit dormitum: Rx thuris mirre opii croci ana ʒ s. succi liquiritie ʒ i fiant pille cum rob. Abradatur caput post ista et lavetur ex sinapi confecto cum decoctione ficuum. Ungatur totum caput cum oleo rosarum et oleo de aneto vel camomilla mixto. Fiat cauterium multum in anteriori parte capitis penes commissuram et dimittatur vulnus apertum

hoc cura non ... adpetisum (?) ducat

psillij et camphore bibat in auro
ra cum mane medium lb aq ordei
et post tres horas cibarij sui. tene
at sub lingua pillas bechicas que
Nominatur hec egritudo appetitus caninus nomine derivato a canibus qui desiderant comedere multum et diversis cum fame absque sanietate fit aut ex multitudine colere nigre que effunditur super os stomachi Aut fit ex frigore stomachi aut pp vehementias laboris advenientis hominis pp ambulationes seu pp rem consimilem aut pp vehementias raritatis corporis et membrorum seu pp egritudines resolutivas Aut pp evacuationes Signa appetitus canini contingentis ex multitudine colere nigre fluentis ad os stomachi sunt quod est in multitudine commestionis multitudo egestionis contingit mordicatio vehemens in stomacho et ore eius si infirmus non comedit non tollerat quin comedat et fit debilitas et defectio si tardatur eius comestio multum Signa appetitus canini ex frigore stomachi sunt quod egestio non est secundum quantitatem assumptorum sed plus satis et quod aliquando fit singultus cum hoc et infirmus est absque siti et in stomacho et in intestinis inflatio sensibiliter reperitur Signa appetitus canini pp vehementias laboris et deambulationis sunt fames intensa pp labores et sincopis et sudor multus et anxietas cum siti Signa appetitus canini pp vehementias raritatis seu pp egritudines resolutivas aut evacuationes sunt antecessio evacuationis et infirmitatum et exsiccatio fervens et quod comestio non bene sedat famem quia vacuitas est ex siccitate membrorum inducit attractionem continuas membrorum ab epate et stomacho et hec signa non habent locum in isto casu quia virtus membrorum debilis est et prostrata Cura appetitus canini ex multitudine colere nigre currentis ad os stomachi est ut disponatur materia illa cum oximelle composito et aqua decoctionis pannorum sene et epithimi ad vomitum vel ad secessum Preparata materia per aliquos dies purgetur cum pillulis fetidis vel pillulis de melias dictis cum de media vel decoctione diasene dominus illic vel fiat vomitus cum aliquo vomitivo dicto superius in quo ponantur sene epithimi Comedat carnes pingues elixatas et coctas cum lactucis et spinachijs et boragine Bibat vinum dulce et bonum et replet ... stomachi ex vino plus quam ex cibo fiat flobotomia ex vena splenis si habitudo sit carnosa vel pinguis aliter non est illa vena est in manu dextra inter anularem et auricularem digitum possit fieri contentum

sitista non confert hoc multum alma sor
hec dimensionum super casu isto sed ego meo
tempore tale casum non feci nec ex
perimentum me debere verificavit
Circa appetitus caninum ex frigore
sive sit cum materia sive absque materia est eadem
cura dicta in isto frigido supra sed in
isto casu oportet ut infirmus confortet
et assiduet cibationes. Circa appetitus
augmenti ultra quam convenit propter vehe
mentiam laboris et deambulationis est
ut comedat aquam vel ius carnium cum speciebus
conditis odoriferis et sumat in potu vi
num odoriferum in quo sit addita aqua et prohi
beat a sompno deinde ingrediatur bal
neum et post quiescat ut dicit in pla
2a In omni motione corporis cum repperit
quis dolorem statim quiescere remedium est
Circa appetitus caninum ex raritate cor
poris aut propter egritudines resolutivas
seu evacuationes est sessio in aqua frigida
aut in lotione frigida et in ungere totum corpus
cum oleo in mane et sero aut cum oleo de
mastice et aqua rosarum seu cum oleo rosarum et
sandali et cera et sint cibi eius grossi
humidi viscosi tarde penetrationis
sicut cibaria condita cum sumach agresta
aut vino de granatis et sicut sunt car
nes vaccine et arietum et extrema por
cellorum et sunt sicut cor epar et stomachus
et interiora animalium et caseus recens
et panis azimus et pultes de farina
frumenti sive coquatur in aqua simpliciter
sive in iuribus carnium et pinguedinum
et etiam cibaria de frumento cocto in
iuribus carnium sunt utilia in isto casu

Capitulum cviii de bolisimo et est famis vehemens que accidit in egris frigidis [etc.]

Dicimus quod bolisimus est famis
magna et eius intentio
est fames que accidit ex
sacietate stomachi et membra
in isto casu sunt famelica
valde et indigentia nutrimento sed
stomachus respuit omnem cibum et bene sunt
manifeste et provenit ex hac causa sin
copis multotiens. Contingit in isto

egritudine aliquando quod appetitus caninus vel vo
luntas magna comedendi antecedit
eam et aliquando non tamen sive antecedit sive
non hec egritudo proprie est fames me
brorum et paupertas nutrimenti proveni
ens ex inanitione membrorum venarum
et destructione appetitive stomachi et attrac
tionis. Fit autem ex frigiditate aeris ambien
te in itineribus que mortificat omnem vir
tutem stomachi et exprimit materiam venarum et
membrorum ad stomachum et replet ipsum et per
viam istam inducit inanitionem et ex siccita
tionem et paupertatem in membris unde mem
bra remanent famelica et stomachus fit re
pletus et destruitur appetitus cum attrac
tione in ipso. Fit etiam ex caliditate
resolvente materiam membrorum et venarum ut
advenit in febrientibus et laborantibus
unde cum humores dissolvuntur per membra
currunt ad stomachum et replent ipsum et de
struunt attractionem et appetitum in isto
et talis destructio appetitus et attrac
tionis cum fuerit in isto cum paupertate me
mbrorum et inanitione venarum appellatur bo
lisimus sive fames magna membrorum
et quamvis istam famem antecedit aliquando
in principio appetitus caninus stomachi ex materia cur
rente et replente ipsum stomachum et fames
membrorum cum inanitione remanet et hic
vere appellatur bolisimus. Unde bolisimus
vere appellatur fames cum destructione
appetitus in isto et attractionis et per
hoc apparet differentia manifesta inter appe
titum caninum et bolisimum. Nam in appeti
tu canino virtus attractiva et appetitiva
stomachi remanet in suo natura. In bolisimo ille
virtutes ambe destruuntur et mortificantur
finaliter et fames membrorum remanet cum
inanitione venarum. Signa bolisimi
communia sunt antecessio frigiditatis aeris et spatii
cum aliquis in itinere vel alibi magnam
in toto corpore sustinuit frigiditatem et
post illud habuit appetitum comedendi
et eam in brevi admisit et ex sincopio
membrorum et debilitas et sincopis aliquando
et laxatio et rarefactio propter labores hominis
vel tempore calido aut arefactio membrorum
propter dissolutiones et excretiones ut fit
in febribus longis et magni laboris et
etiam sanietas et destructio attractio
nis cum arefactione membrorum et eorum

Signa bolisimi ex frigiditate

exiccacionem et destructionem appetitus finalis
Si autem bolisimus contingit ex frigiditate
aeris et materia in ore stomachi frigida sunt talia
signa apparebunt scilicet fastidium et fractus
et vomitus flatuosus et viscosus et tur
bus eius acetosus vel insipidus erit et
salivam trahit ad insipiditates aut ace
tositates et cum hoc frigus sustinebit
in stomacho et in omnibus membris et color
corporis totius pallidus aut citrinus
videbitur et etiam urina ad albedinem
vel pallidinitatem trahit et pulsus eius
erit debilis et parvus et frequens et
eius egestio videbitur mollis viscosa
alba absque eo quod nichil comedit et
propter hoc quod excitantur multotiens Si
autem bolisimus propter dissolutionem et la
borem hora vel tempore calido evenit ubi
sunt in ore stomachi vel in spaciositate eius
colera aut humor de genere calido talia ap
parebunt scilicet quod habebit amaritudinem
oris et ardorem cum exiccatione lingue
et eius asperitate et sentiet caliditates
et stomachi et in omnibus membris et eius sa
liva erit amara cum acetositate et urina
eius erit subtilis cum citrinitate et rube
dine et eius pulsus velox spissus et
durus et eius egestio sicca cum citrinitate
vel nigredine multotiens et eius stercus fu
mosum calidum sensibile erit et color corporis
trahet ad citrinitatem vel nigredinem

Signa bolisimi propter dissolutionem et laborem

Cura bolisimi ex frigiditate exteriori cum
propria materia frigida in stomacho et ore eiusdem
ut fiat oximel squilliticum bis in die
cum aqua decoctionis cipi aut cum aqua
decoctionis galange Stomachus omni die
ante prandium et cenam cum oleo de
mastice et de spica mixtis ungatur et
ponatur ad arcam sit semper hoc calidum
cum vincho fit Si autem in nuchitis
et nodis aliquam lassitudinem senserit
ungantur loca illa cum oleo rosarum calido
non fricando sed ungendo loca
nodorum leniter et suaviter Comedat
sepe electuarium de musco et ambra et dya
trion pipereon Purgetur per vomitum a
per inferiora cum pillulis fetidis seu cum
decoctione facta ex mirabolanis kebulis
et indis et emblicis et hec est melior
purgatio quia movet materiam superfluam
et corrigat et ex hoc excitat appetitum

Cura bolisimi ex frigiditate

Comedat electuarium de musco

Purgatio

Condiantur cibaria sua cum speciebus odori
feris et bonis mixtis cum aceto et agresta
et vitellis ovorum et sint assata aut plurimum
vel frixa Bibat vinum rubeum clarum
in quo sit ad stipticitatem et parum bibat
et ipsum absque aqua sumat Balneetur
sepe in aqua decoctionis absinthij
mellilotti et camomille Sumat de ty
riaca aliquid et specialiter post purgationes
cum vino dicto yeme calido estate frigido
Cura bolisimi propter dissolutionem et laborem
hora et tempore calido non potest materia calida
in stomacho et ore eius est ut membra roret
et confortentur cum aqua rosarum vel aqua
frigida et ungatur stomachus et totum corpus
cum oleo de mirtis et oleo rosarum mixtis
et in iunctura omnium membrorum Sumat etiam
sepe vinum degranatorum vel oxizacharum
aut agrestas cum aqua frigida et calida
yeme Purgetur cum mirabolanis citrinis
et emblicis et kebulis nam ista corrigat
os stomachi et purgant coleram et removent
materiam calidam in stomacho et ore eius et confortant
appetitum Aut mundificet cum rebus et
tamarindis dissolutis cum aqua decoc
tionis prunorum Bibat vinum clarum odo
riferum bene limphatum vel vinum degra
natorum cum aqua frigida Comedat carnes
elixatas conditas cum agresta vel
sumat de hiis sem cum agresta aut aceto
Confortentur omnia cibaria sua cum
speciebus odoriferis et rebus acetosis
dictis Utatur sepe electuario de musco et am
bra et post illud bibat vinum degranatorum
aut agrestas mixtas cum aqua frigida Bal
neetur infirmus in aqua decoctionis
rosarum et mirtillorum et endivie et post bal
neum ungatur stomachus et totum corpus cum
oleo de mirtis et oleo rosarum mixtis in quo
sit ad arcam Sequitur

Capitulum c ix de malicia appetitus comedendi carbones lutum gissum et similia R

Alis appetitus aut fit in pre
gnantibus aut in aliis hominibus
viris et mulieribus in pregnacione

semper fit ex materia menstruali redondante ad os stomaci ubi appetitus viget et illa materia cum sit multiformis et diversarum naturarum et sit grossa nimis et melancolica secundum plurimum diversimode et variis modis inficit et conturbat motum loci appetitus aut quia mali et diversi humores melici vel adhusti in stomaco ex malis cibariis generantur aut quia per caliditates extraneas humores qui sunt in venis et extra venas per corruptiones ad materiam melicam vel acetosam acuitatem convertuntur ut aqua in aquavitamis vel flatus de flate acetoso et salso et cum illa materia mala diversa in color et sapor ad stomacum redit per aliquam viam vel causam inficit et corrumpit locum appetitus et os stomaci secundum eius maliciam naturam et complexionem. Signa infirmitatum super causas conveniunt et verificantur ex modo appetendi diversa et ea que sunt male nature ut sunt res fetide et horribiles et que adversantur nutrimento convenienti corporis humani et sunt carbones gipsum et lapides. Cura appetitus mali et corrupti in impregnante est ut comedat sepe diacitoniten cum speciebus non laxativum aut electuarium de cardamomo aut diagalangam. Et comedat de carnibus edi et gallinarum et pullorum et perdicum et similium et comedat de cerebellis edi et arietum et assatis et elixatis et evomat quibusdam horis post comestiones vomitu levi et comedat de cepis et allio et sinapi aut vomitum post comestiones ad parum tempus et hora vomitus bibat de aqua calida tepida cum sirupo acetoso et inducat vomitum pro possibiliter prout possibile fuerit. Vingatur os stomaci continue cum oleo de mastice et oleo de spica mixtis et addatur eis aliquid aceti. Bibat vinum odoriferum clarum purum et aliquid propter debilitatem capitis ponat aliquid de aqua maxime si mulier fuit debilis capitis porcionem. Cura corruptionis appetitus mulieribus impregnantibus et viris talis est sumat semper stomaco ieiuno ℥ i et ʒ oximellis compositi cum aqua decoctionis squillitici aut oximellis compositi cum aqua decoctionis apii vel cardamomi quod melius est. Vngatur stomacus et os continue cum oleo de mastice et oleo de spica mixtis et addatur eis aliquid aceti. Fiat vomitus

cum oximelle et aqua decoctionis sinapis et seminis atriplicis aneti et cepparum et radicis raphani acuti vel fortis. Comedat cepas post comestiones et ante vomitum et allia et radices raphani acuti. Post vomitum sumat in potu aquam infusionis aloes et post illud omni mane sumat de electuario quod sic fit ℞ rosarum novellarum ℥ vi limature anisi ablute cum vino et aceto ℥ ʒ misceantur admodum mixis recipiatur in mane et bibat ad bonum vinum post illud aut sumat electuarium de musco aut de ambra. Bibat bonum vinum odoriferum clarum et cibaria delectabilia scilicet carnes castrati et arietum edi et pullorum et caponum et perdicum et fasianorum similiter et appetitus et sopiatur cum corrosione ossium pullorum columbinorum assatorum et carne salita sicca preparata fructuum cum acetosis spodio et nucis muscatis et cardamomo minori et maiori hec enim sedant omnia que diximus. Vtatur bis vel semel in ebdomada stomaco ieiuno cum vino calido. Sequitur

Capitulum cx de vehementia sitis ℞

Multitudo sitis et eius vehementia quandoque fit propter caliditates stomaci et propriie oris eius cum materia et absque materia. Et fit quandoque caliditas illa cum inflacione febrium itaque quidam eorum non cessant bibere et non sanantur donec moriantur in proximo. Fit etiam ex potu vini acuti et fortissimi. Et fit ex potu aquarum calidarum per naturam et salsarum et ita propter nimiam sitim quam inducunt inter fluunt multociens. Et fit per exhibicionem medicinarum laxativarum et propter medicinas siccas et cibos salitos facientes sitim per naturam sunt propter pravitates potus et cibi simpliciter. Aliquando contingit ex humoribus viscosis et piscibus salitis proprie et humoribus salsis quos natura desiderat expellere abluendo et fit per viam indigestionis unde cum natura non digerat cibum aut multum digeret vel dissolvere materiam viscosam ab ore stomaci tale fit illa materia vel cibus indigestibilis et cale facit cum fumo indigestionis os stomaci et creat sitim. Et fit ex caliditate altera

membri ut in diabete, id est quando homo continue
mingit, exsiccat epar et postea stomachus
et sic fit sitis. Et fit propter opilationem viarum
stomachi et eparis ut in ydropisi, et fit multo-
tiens propter caliditatem pulmonis et spiritualium.
Et fit propter concavitates intestinorum cum cale-
fiunt et exsiccantur et attrahunt humiditatem
a fundo stomachi et sitis ab ore eius et
fit sitis. Signa sitis propter caliditatem absque
materia vel cum materia salsa acuta nitrosa dul-
ci et impedienti per suam nitrositatem
sunt amaritudo et salsedo et acuitas
sive dulcedo que sentiunt in ore stomachi.
Et quod urina est rubea vel rufa tincta
et saliva habet spissitudinem cum paucitate
ampullarum et quod post potum sitis
sedatur et non cito redit et si ibi fuit
febris erunt signa magis manifesta.
Signa sitis que fit ex potu vini vel
aquarum calidarum per naturam aut salsarum
sunt ex rebus ipsis manifesta et non in-
diget hec species sitis aliis significationibus
nisi ut res ipse sint note eis. Sitis vero
que fit propter medicinas laxativas aut
propter medicinas siccas aut propter cibos sal-
sos aut propter paucitates potus respectu
cibi sumpti non indiget alia significatione
nisi ut habeat de rebus ipsis notitiam.
Signa sitis que fit ex comestione piscium
et ciborum viscosorum que non digeruntur
aut propter humores salsos quos natura expel-
lere desiderat abluendo sunt gravi-
tas post comestionem illorum ciborum et
anxietas et eructuatio acetosa et fu-
mosa que non extinguitur et fit augmen-
tum hora digestionis et quod potus aliquod post
tempus sumptum addit in causa sitim.
Et si cum hoc in ore stomachi fuerint humo-
res salsi erit sputum vel saliva salsa
multum et potus dulcis superius augmen-
tat eam et ardor vehemens cum punctu-
ra et acuitate sentitur in ore stomachi et ex
potu aceti mixti cum aqua frigida ma-
nifestius alleviationem sentit. Signa
eius que fit ex indigestione sunt eructu-
atio fumosa et gravitas capitis et ob-
tenebrositates oculorum et mentis et
sompnus cum malis et pravis ymagi-
nationibus. Et urina eius cruda appa-
ret hora ebullitionis cibi in isto fit anheli-
tus spissus est et pulsus debilis et frequens

et sentit infirmus inflationem et murmur
et ventositates et multum hora qua cibus
consuevit digeri. Signa sitis propter dia-
betem sunt nota ex cognitione ipsius dia-
betis que est egritudo renum veniens
ex caliditate cum siccitate ipsorum et ipsa dispo-
sitio renum calida trahit humiditates ab
epate et epar propter siccitates inductas in
ipso ex causa dicta trahit mediantibus
miseraicis a fundo stomachi et fundus ab
ore eiusdem stomachi et fit sitis propter illum motum
valde excellentissimum. Signum huius sitis
est multiplicatio urine indigeste in modo
et quantitate ymo multotiens sicut bibit
propter causas narratas ita mingit. Signa
sitis propter opilationem sunt duricies splenis
et eparis que apparent sub tactu locorum
sub quibus sunt illa membra. Et quod egestio est
aliquando alba ut egestio canis et urina rubea
subtilis aliquando et spissa aliquando et cum hoc sunt
et ructus amarus et colericus aliquando et in-
flatio stomachi intestinorum et maxime post
comestionem. Sitis que fit ex caliditate pul-
monis sunt signa inflammatio thoracis vel
caliditas que sentitur in locis spiritualibus
et quod ex omni motu debili vel augmen-
tatur et potus aque vel alterius rei non
sedat eam sed aer frigidus et aer qui
est in superficie aque frigide cum attrahitur
eam alleviat plus quam potus rei liquide
et fit in isto casu anhelitus frequens
cum quadam ex sufflatione calida. Si vero
sitis fuerit propter caliditatem vel concavitates
calidam intestinorum signa sunt siccitas e-
gestionis et magis et dolor apparens qui
sentitur in intestinis et elevatio ventris
inferiorum membrorum post potum manifeste
et si egerit liquidum aliquando illa egestio mundi-
ficat lacertos. Cura sitis propter cali-
ditatem cum materia acuta et salsa vel nitrosa
seu dulci impedienti per eius incisionem
ad acuitatis. Aut absque materia est ut sumat
omni mane ortu solis et omni sero ante
cenas ℥ i et s. syrupi acetosi vel oxizacare
vel acetositatis citri aut citrangulorum cum ℥
iii vel iiii aque decoctionis prunorum et en-
divie aut lactuce seu acetose seu semi-
num si herbe non reperirentur. Aut cum
aqua decoctionis acetositatis citri aut
citranguli quod melior erat in hoc casu et
specialiter si ibi materia prius fuerit in dispone

Comedat cum aceto sua cibaria condita
cum agresta aut vino de granatis aut cum
succo berberis Cibaria sua sint ex tarambo
et fiant etiam ex farina ordei Comedat
lactucas portulacas cucurbitas melo
nes citrolos et endivias et scariolas
cum aceto et aqua agresta cancros cum
aceto Sumere debet sepe persica et pru
na acetosa et poma eiusdem saporis
Convenientia sunt valde in his talibus
Bibat vinum album in quo tantum sit de aqua
quantum est vinum vel ad aceti seu agresti
te purgetur mane si ibi fuit cum aliquo vomi
tivo leni vel forti dicto superius aut cum
decoctione que sic fit Recipe tamarindorum ℥ ii pul
verizentur et misceantur cum ℥ ii syr. ros. et
℥ iiii aque endivie vel lactucarum et detur
ante diem posset hec decoctio colari
in debilitatis. Cura sitis que fit ex potu
vini vel aquarum caliarum per nam est ut
sepe sumat oxizacaram vel vinum de
granatis aut syrupum de papavere vel de ne
nufare seu de mirtis mixtum cum aqua valde
frigoris et comedat lactucas et scari
olas aut portulacas cum aceto aut cucur
bitas vel melones et bibat ut dictum est
Cura sitis que fit per medicinas siccas
aut per medicinas solutivas vel per ci
bos solidos non indiget emendatione
dispositionis que emendat perfecte
Recipe cum oxizacara vel syr. ros. vel viol. cum
recipiat cum aqua endivie vel scario
le seu lactucarum aut berberis Ungatur os
stomachi omni die bis cum oleo ros. mixto
cum aceto Post comestionem per horam
posset uti balneo tepido talis sitis paciens
quamvis balneum sitim inducat in talibus
nam quia trahit virtutes omnis purga
tive medicine ad exteriora secundum hanc
viam cum potibus predictis hanc sitim ex
istis casibus removet suaviter et bene
iubet et potest ut dictum est Scias quod
in siti que fit propter comestionem rerum salsarum
aut propter paucitatem cibi assumpti concedit
potus boni vini limphati aut non limpha
ti si virtus digestiva debilis fuerit et
stomachus frigidus et si cum hoc cibaria fuerint
grossa et tarde digestionis tunc vinum pur
melius est satis quam limphatum Cura
sitis ex comestione piscium et ciborum vis
cosorum est ut dormiat vel comedat
de electuariis calidis ut est diagalanga vel dy
azinziber vel diaciminum vel diacalamentum
et cum eis bibat vinum odoriferum in yeme
calidum in estate frigidum In secunda mensa piscis
comedat et bona cibaria et digestibi
lia et comedat de electuariis et bibat vinum
dictum Si autem hec sitis fuerit ex humoribus
salsis curetur cum syrupo acetoso composito
vel oximelle sumpto cum aqua decoctio
nis endivie vel lactucarum seu berberis aut
citonee vel acetose seu removeantur cum
syrupo de fumo terre acetoso et aquis dictis
Abstineat ab acutis et salsis et bibat
vinum multum limphatum Purgetur cum
vomitu qui sic fit Recipe oximellis compositi
℥ iiii vel iii et detur post comestionem
cum vi ℥ fumiterre se. atriplicis aneti
raparum et radicum rafani et caparum vel
purgetur cum pill. stomaticis alkandii aut
cum decoctione facta cum de melia que
fit ex mirabolanis indis Et sitis ex indiges
tione curatur ab ypocrate in afforismo particula ubi
dicit quibuscumque est desiderium bibere
nocte si super dormierit erit bonum Ab
stinere a comestione in 2a hora sive co
mestionis usitate est bonum et utile in hoc
casu multum Comedat diaciminum vel
diagalangam vel diazinziber vel diacina
momum et bibat cum eo ad bonum vinum
odoriferum quia utile erit et etiam bonum
vinum confert per se in hoc pone super
stomachum istius sitientis pannum calidum vel pul
vinar et unge ipsum cum oleo de spica
erit bonum et amplexari iuvenem puerum qui
coeat et volvere ventrem versus calidi
tatem et ponere super stomachum catulum latrantem
vel iuvenem conferunt et omnia ista verifi
ficant et adiuvant ad digestionem perfici
endam ut scribetur capitulo de debilitate diges
tionis Cura sitis propter diabeten aut
propter caliditates renum est ut confortentur re
nes et extinguatur eorum caliditas cum uncti
one facta cum oleo ros. et oleo violato
vel mirtino mixtis cum aceti et quod super
renes ponatur pecia infusa in succo solatri
vel spinie aut plantaginis et addatur
mistis succis semper ad aceti Bibat se
pe iste sitiens syr. ros. vel syr. de mirtis
mixtum cum syrupo de papavere vel de ne
nufare et cum aqua decoctionis mir
tillorum et lactucarum vel endivie seu citonee

Purge

Cura sitis que ex indigestione

Cura sitis propter diabetem

nel plantaginis In dieta et alijs me
dicinis fiat ut scribet inferius cº de
diabetica Nam cura diabetice est
cura istius sitis Cura sitis pp opi
laroz est ut sepe bibat non hora co
mestionis oximel compositum nl' sqll
tinis cu vino albo diuretico albo odo
rifero et sit oximel ℥ i et ß et vinu
℥ v nl' vi qualz ho comestionis nl'
sumat predcm oximel cu aqua de
cortionis seis endiuie radicis cappari
aut acori nel api nel ncoree Aut su
mat de syº qui sic fit ℞ acetose or
i ncoree lachitucu seis endiuie et
seis scariole an ℨ i api ℥ ß cenbar'
ʒ vi nenufar papaueris albi melonu
aromatici cardamoi cappari an ʒ
vi radic feni ℔ ß mell' ros cu folijs
℔ ij fiant hl ℔ iiij sy' hic syº opila
tionu epatis et splenis et miseraicar
aperit et sitim remouet et in ista
et morbis alijs caus cu mia con
fert morbis et in medicinis fiat ut
scribet caº de opilaton epatis et sple
nis inferius Cura sitis que fit ex ca
liditate pulmonis est ut sepe anhelz
aerem qui est in supficie aque fimdi
sime frigidissime aut aque que est in
aliquo vase Gargarizet sepe ace
tu mixtu cum aqua frigidissima et
syº de papauere nel de nenufar po
nat super pectus pecias infusas in aq
ros hu uel in aqua frig mixta cum
camphora uel sandal' aut in succo
cucurbite nel lachitucarii aut acetose nel
melonis seu cucumeris aut cucurbite
Cura sitis ex caliditate intestinoz est
eadez causa cum cura egritudinis
qui fit in loris nel de quibz fiet mentio
inferius hic conueniens est in spali ut
sepe clisterizet si fuit siccus fm ve
trem cum clisteri qd sic fit ℞ viol'
endiuie lachituc an or i bulliant
in aqua et cu ℔ i illius aque et cum
ʒ iiij olei de papauere nel de nenu
far aut oleo de cucurbit et ʒ iii
zucari viol' nel ʒ vi sy' viol' fiat cliste
aut fiat simplr cum aqua melonis
nel cucurbite et oleo viol' nel de ne
nufar et aq psilli in qua camphora
dissoluta sit et admixta cu oleo de

papaue nel de nenufar aut de viol
Bibat sepe syᵐ viol' cum aqua psilli
nel syᵐ de papaue cum aqua decoc
tionis lachituc endiuie et acetose
et syᵐ ros de mirt cum aqua decoc
tionis citoniorz nel berberiz si esset in
mis largus fm ventrez Vnguat stoº
et intestina cum oleo de mirt nel
oleo ros a et aqua ros mixt cu san
dal' et camphora et aliquantulo aceti
nel fiat emplrm ex eisdez rebz cu fa
rina ordei nel milij super stom et in
testina Sequit

Caplm cxi de debilitate digestionis et corruptionis eius ℞

Ebilitas digestionis et eius
corruptio fit ex frigore
eius aut pp humiditatem
aut ex frigore cu humidite
Aut ex humiditate cu calite
aut pp caliditatez et siccitatez Aut
ex frigiditate cum siccitate Aut debilite
corporis stoi et oia ista possunt adue
nire cu mia et absq mia Signa de
bilitatis stoi ex frigore eius sunt eruc
tuacio acetosa et lenitas ventris et eiº
inflacio et multitudo ventositate et
longitudo more cibi in sto et urina al
ba et glauca et pulsus hora digtois
debilis et spissus et quietudo nel con
tinua resolucio delateze in latus cu cibo
digeri dz Signa debilitate pp
humiditatis sunt multitudo sputi insipidi
et nausee multitudo et sitis paucitas et
velocitas descensionis cibi absq plurima
altron facta in eo et urina istius ut
plurimu az karapos et pulsus debilis
et mollis Signa corruptionis ex
frigore cu humiditate sunt illa eadez que
supius pposita insimul obuiata Signa
humiditatis cum debilitate cu calite
sit paucitas appetitº et multitudo sali
ue et nausee et vomitº alij et in primº
sitis et quod eructuat acetosu alij fu
mosu et fetidu et in eo plurima ventu
sitas sit Signa corruptionis digtois
pp calitates cu siccitate sit sitis et fetida

fumosa talia eructuatio et similis oris
et palati et corporis extenuatio et
dispositio siliis et hirc et aspersitas to
tius corporis et arefactio et cutis cor
rugatio Signa debilitatis ex debi
litate corporis stomachi sunt quod fit post vomitum
plurimum et post purgationem cum medici
nis fortibus aut post fluxum ventris et
grauat ipsum cibus super fluus et grossus
sed modo cibi paucitas cum cibus et bo
nus digerit Signa debilitatis propter
frigiditatem cum siccitate sunt incendium
ante comestionem quod comestio sedat aut
minuit et splenis magnitudo et ductu
es et vomitus acetosus et etiam eruc
tuatio quod in dentibus facit frigus vel
congelationem et dolor stomachi ante comesti
onem proprie Sciendum est hic quod iste
qualitates possunt esse cum materia et absque
materia quando cum fuerint cum materia omnia signa
dicta prominora et intensa et magis
manifesta erunt debilia vero cum fuerint
absque materia Scire hic conuenit quod omnis d°
excedens per se vel cum materia debilitat
virtutem et hoc voluit omnis philosophi et
aui. l. iii. dicit cum de destructione et
diminutione appetitus et debilitate
Cura debilitatis ex frigore stomachi absque
materia est ut sumat diacalamentum vel dia
trion pipion vel diacardamomum aut
diazinziberis et similia Vngatur stomachus omni
diebus cum oleo de spica vel oleo de lilio
parum ante et post horam comestionis
sumat de cibo parum Bibat vinum bonum
purum et parum et eius cibaria sint ut plu
rimum assata vel cocta in pastillo aut in
testudula condita cum alliis et pipere
et croco et vitellos ouorum cum pipere
comedat Comedere potest nuces et ficus
siccas et allia cocta et sinapi Si at
ubi fuit materia quod scies quia ista bona non
sufficiunt sicut patiuntur allemanos digerat
et preparet illa materia frigida cum oximelle
squillitico et aqua decoctionis apperitiue
et piperis longi et mellis purgetur cum
pillulis fetidis vel stomaticis alkandi aut
cum medicamine de turbith Indicta et po
tu et vnctionibus fiat ut dictum est supra Cura
debilitatis pro humiditate est vomitus cum
oximelle et aqua decoctionis radicis
raphani sinapi et se atriplicis et aneti

Vtatur diagalanga et eliis de scoria ferri
et mirabolanorum conditis Comedat cubebas
et piper longum et ciminum et ciperos Vngatur
stomachus cum oleo de costo Vtatur trociscis
stelle cum rob vini aut cum vino decoctionis
cipri aut mirtillorum et longi piperis in dieta
vel cibariis et vino fiat ut dictum est sed in
isto cum decoctiones et medicine que fiunt
ex mirabolanis kebulis utiliores sunt Cura
debilitatis ex caliditate cum humiditate
est ut cibet hic infirmus cum rebus frixis
ut vult almansor h° dicimus de egritudinibus
stomachi Comedat res assatas et coctas pas
tillo vel testula conditas cum pipere longo
et pipere et cardamomo et croco ponatur
cum eis ad de vino granatorum vel agresta
aut cum succo ribesiis vel vino decoctionis
eius Vtatur diantoniten dialaganga
diat'on pipion aut diamargariton aut
diantos seu mirabolanis conditis sepe mundi
ficet cum pomis et clisteri et etiam aliis
cum pillulis stomaticis vel fetidis aut medici
mine de turbith Vngatur cum oleis et vngue
tis dictis supra Bibat vinum rubeum for
te odoriferum purum parum hic comedat
et bibat et nullo modo dormiat in die et
abstineat a coitu tanquam ab inimico
mortali Vtatur trociscis stelle post pur
gationes cum vino rubeo odorifero
phthico in aurora Cura debilitatis
stomachi vicio caliditatis et humiditatis est ut
fleobotomet de vena que est inter auricula
rem et anularem in manu dextra aut ba
silica et debet sumere pilulas sepe cum va
dit dormitum et sumere omni mane mel
rosarum vel zuccarum rosarum cum aqua decoctionis
mirtillorum aut berberis Sumat alii pillas
stomaticas alkandi aut confectiones de
mirabolanis citrinis et kebulis et indis Bibat
vinum rubeum stipticum in quo ponatur de aqua
decoctionis mirtillorum vel berberis Con
fortetur stomachus cum oleo de mastice in quo sit
ad mente et mirtillorum Cibetur cum cami
bus assatis et elixatis et vitellis ouorum
et hic fer(?) et petro(?) et condiantur cum
cardamomo galanga pipere longo et cina
momo et croco et aliquantulo agreste cum vel
vino de granatis Vtatur sepe maiorana(?)
et zucaro rosarum et trociscis stelle mixtis et
bibat post illud modicum vini lymphati
cum aqua mirtillorum Cura debilitatis

propter caliditatem et siccitatem est balneare cum aqua tepida dulci absque multa mora in balneo et comedere lac et similia ordei et omnia impinguancia ut sunt inta carnium et vinum dulce in quo adequeque ponitur et ficus recentes et rape et folia de eleris comedat diadragaganti mixtum cum equali quantitate diapapaveris vel restaurativum. Ungatur stomachus cum oleo de nenufar et etiam spina cocta vel cum oleo de papavere. Et hec cura habet locum cum siccitas est absque materia et predominatur caliditati. Si autem caliditas dominabitur siccitati et fuerit absque materia cura erit tunc cum rebus acetosis verbi gratia cum sirupo acetoso vel vino de granatis aut oxisacara vel agresta mixta cum aqua vel frigoris. Comedat carnes vaccinas et agninas pisces recentes et carnes arietum et animi condita cum agresta vel simul cum aceto vel vino de granatis. Bibat vinum album debile lymphatum. Ungatur stomachus cum oleo de nenufare vel rosarum quiescat multum et parum laboret et dormiat in die post comestionem. Si autem ibi materia fuerit presens cum illis qualitatibus dieta et potus et condimenta ciborum eadem erunt lactucas et scariolas et herbas frigidas sicut portulacae et cucurbite simul sepe misto [illegible] et supiori et absque materia est multum utile et si condiant cum aceto vel agresta et similibus erit melius. Fiat vomitus sepe cum sirupo acetoso et aqua calida vel cum aqua decoctionis aneti atriplicis et lactucarum et semine repatis purgetur cum decoctione mirabolanorum citrinorum et reubarbari et aqua de coctionis prunorum et tamarindorum. Ungatur stomachus cum oleo de papavere et de nenufare. Cura debilitatis propter frigiditatem cum siccitate absque materia est ut utatur vis membris edet pullorum et arietum animalium et vitellorum ovorum et herbe feni petro borraginis et spinachis et carnibus animalium degentium in arboribus et in pratis et non in aquis et passularum et ficubus viridibus et siccis. Condiantur omnia ista cum pulvere qui sic fit. Recipe piperis longi cardamomi nucis muscate gariofili piperis zinziberis ana ℥ i cinamomi elementi ℥ i croci ℥ i fiat pulvis in saporibus et condimentis suis semper cum pulvere

iste ponatur vel vinum. Ungatur stomachus cum oleo de spica et lilio. Bibat vinum rubeum forte odoriferum bonum absque aqua. Comedat sepe dyamuscum dyamargariton diacitonicon diacardamomi dyagalange. Si autem materia melancolica ibi cum predictis qualitatibus affuerit vegetatur ut dictum est supius in omnibus sed remisset illa materia et purgetur cum decoctione mirabolanorum indorum sene epithimi et polipodii et dulcoretur cum zucaro vel melle illa decoctio vel cum pillulis fetidis precedente digestionem cum oximelle composito vel melle rosarum et aqua de coctionis passularum et mulsarum. Sepe balneetur in aqua dulci et parum laboret sed non multum dormiat in die.

Attendendum est hic quod nil deterius est quam stomachi quam coitus. Nam sic coitus inimicatur stomacho et specialiter frigido ut innuit almansor libro iii capitulo de iuvamentis et nocumentis coitus. Dicit enim ibi habentes corpora sicca a coitu cavere debent ut ab inimico et interficiente sed amplexari iuvenes mulieres absque coitu. Ita quod stomachus alterius tangat stomachum aut tenere catulos latrantes super stomachum aut iuvenes vel vetulas tenere stomachum super caliditatem aut tenere pulmnar calidum super stomachum omnia ista stomachum debilem et frigidum confortant et corroborant et adiuvant ad digestionem perficiendam et complendam et etiam quod vel per se multum confert et iuvat ut innuit avicenna libro iii capitulo de cura complexionis frigide et sicce in stomacho. Emplastrum conveniens ad debilitates stomachi propter frigiditates aut humiditates vel frigiditates cum humiditate sed frigiditates cum siccitate aut propter debilitates corporis stomachi sic fit. Recipe calami aromatici galange spice mastices cardamomi thuris vermicularis ana ʒ ii bdellii resine ℥ i spicis cere ʒ ii olei de spica olei de mastice ana ʒ ii bdellii sapini oppoponaci armoniaci ana ʒ ii terebentine ʒ iii. Dissolvantur gumme in vino et dissolvantur postea omnia in cacola cum igne et coletur et cum colata fuerit addatur pulvis specierum supradictarum et fiat emplastrum. Cura debilitatis digtonis propter debilitates corporis stomachi est ut ungatur stomachus cum oleo de spica et de bdellio vel de mastice et fiat post illud emplastrum

de cognitione istius humoris viridis vel ar
micinus nature sit qui per viam superiorum
vel inferiora expellitur satis superius
in dolore capitis disputavimus unde
per dicta illic et per signa posita hic
si medicus recte consideraverit veniet
in eius perfectam cognitionem Consi
deranda est urina etiam utrum sit alba
vel rubea quia rubea dominium colere alba dominium
flatis significat et si pulsus parvus debi
lis et mollis senciatur verior erit sig
nificacio quod materia vomitus non est co
lerica quamvis viridis vel citrina vide
atur e contrario in contrarium Si autem vomitus
vel materia eius fuerit flatica erit urina
eius secundum in plurimum alba viscosa et erit
absque siti et caliditate et aliquando erit co
lor viridis ut color succi lactucarum et
talis color reperitur in morbis qui sunt
in stomacho generati per vias indigestionis et her
bis et fructibus qui non digeruntur et sunt
imperfecte etatis maturitatis et hoc vult
G. in commento pronosticorum tractatu de
vomitu et erit eius sapor insipidus vel
acetosus et urina apparet spissa ma
gis et pulsus parvus et mollis Si vero
materia vomitus melica fuerit erit sapor
ponticus mixtus acetositati et eius
urina erit nigra cum cineritia et fluida
in qua erit residencia grossa ad modum
fecis et amaritudo multociens cum
acetositate et ponticitate et salsedine
mixta erit Et si fuerit habitudo pa
cientis melica et eius color et urina glau
ca et pulsus parvus et durus erunt
predicta signa magis vera et magis
necessaria super hoc Si autem materia
vomitus sanguinea manifesta erit
ex colore suo et sapore qui est dulcis
Si autem sanguis fuerit coagulatus
et dolor et tensio fuerit in epate vel sple
ne signum erit quod ab illis locis dirivatur
Sed si fuerit a splene erit magis gros
sus et feculentus Si autem propter rupturam
vene in stomacho contingit vomitus sanguis
magis fluidus et dolor sentitur in
stomacho in epate et splene nullum habuerit
dolorem nisi per quandam compassionem vel
si illud quod vomitu expellitur fuerit
durum filtrosum vel carneum sed in mo
dum frustri carnis et cum sanguine

signum est tunc quod venit a stomacho in quo est
ulcus filtrosum vel fistulosum et hoc vult
avicenna in iii canone de vomitu sanguinis et
idem erit indicium in carne que expellitur
per intestina seu in urina filtrosa sicut
sanguinem per inferiora expellat Signa
vomitus ex materia agregata in stomacho propter ma
la cibaria aut inordinato regimine sunt
illa eadem que signata sunt supra viam expulsam
ad stomachum preter quia non sunt ista cum
signis significantibus malum in epate
neque in splene illa vero sic Cura vo
mitus qui fit propter cibaria acuta et salsa
est abstinentia ab eis et comedere por
tulacas cum vino de granatis et agresta
et etiam aceto et bibere vinum stipticum
limphatum cum aqua berberis et sumach
vel mirtillorum vel cum aqua frigida aut
aqua de cisterna Et comedere carnes
coctas cum sumach vel mirtillorum et
comedere eas cum agresta vino de
granatis vel aceto vel succo pomorum
acetosorum vel pomorum immaturorum
acetosorum Super stomachum ponatur em
plastrum quod sic fit Recipe mirtillorum corti
cum granatorum cipi ana ℥ ii terantur
et cribentur et misceantur cum ℥ iiii fari
ne ordei et ℥ ii olei rosarum et cum tanto
aceto quod sufficiat ad emplastrum faciendum
et ligetur hoc emplastrum circa os stomachi
fortiter cum saliva Curatur hic vomi
tus cum vomitu si ibi materia nocens fuerit
et hoc vult avicenna in iii canone de cura vo
mitus ubi purgetur cum vomitu facto
ex sirupo composito de radicibus et aqua se
minis atriplicis et aneti et radicum ra
farum minus dirigentur per inferiora cum de
coctione reubarbari et tamarindorum
Cura vomitus propter cibum fluidum et inun
dantem est ut provocet vomitus et mun
dificet aquositas et exsiccet stomachus cum
vomitu facto ex oximelle composi
to vel squillitico et aqua infusionis et ane
ti aniceos anisi seminis atriplicis Utatur
cum rebus assatis conditis cum berberis
et sumach et mirtillis et agresta et vi
no de granatis in quibus addatur pro con
dimento mirtellus cum mixtis cum pulvere
de cardamomo galanga cinamomo pipere
longo et croco Bibat vinum forte odo
riferum rubeum stipticum in quo ponatur

ad aque decoctionis mirtillorum posset si
esset debilis multum comedere in ea micam
conditam cum vitellis ovorum in quibus
in ea ponatur pulvis speciorum dictis et
pulvis mirtillorum et maxime si illis in
libus sumach et berberis coquerentur
cum carnibus. Circa vomitus propter materiam
expulsam ad stomachum ex epate vel splene vel
aliis membris est ut ponatur super epar
et si provenit ab epate emplastrum confortativum
epatis quod sic fit Recipe sandali rubei rosarum
ciperi mirtillorum calami aromatici
mastici ana ʒ ß spice ʒ i cere ʒ i olei
de mastice ʒ i olei rosarum ʒ iiii liquefiat
cera cum oleis quibus liquefactis deponatur
ab igne et incorporetur cum pulvere
et extendatur super peciam et sper-
gatur ex aceto forti et ponatur super
epar et fassietur et ligetur bene super
locum fassia. Si autem ex splene materia di-
rivantur fiat aliud emplastrum super sple-
nem quod eum confortet quod sic fit
Recipe ciperi capparis calami aromatici
acori ciperi ana ʒ ß succi absinthii
succi eupatorii ana ʒ ii armoniaci ʒ ii
olei de spica ʒ iiii dissolvatur armoniacum
in aceto forti et cum dissolutum fuerit po-
natur ad ignem in cacabo cum aceto in
quo fuerit dissolutum et cum deponitur
dissolutum addatur cera et oleum cum eo et
dissolvantur quibus omnibus dissolutis
addatur pulvis predictarum rerum et
succi predicti et incorporentur et fiat
talis incorporatio in una scutella et si
oleum et liquores predicti non sufficerent
ad incorporationem faciendam addatur
de predicto oleo tantum quod bona sit incorpora-
tio et mixtura ponatur hoc super corium
et postea super splenem et ligetur bene
cum fassia. Hoc enim emplastrum splenem
confortat et dissolvit et eius aperit
opilationem et superfluitates que in ipso
continentur et resolvit et consumit. Super
stomachum vero ponatur emplastrum quod confor-
tat ipsum ita quod superfluitates a membris
bus epatis et splene non recipiat quod sic
fit Recipe mastice thuris boli armeni terre
sigillate ana ʒ ß sandalorum rubeorum calami
aromatici ciperi mirtillorum ana ʒ i
piperis longi et galange cassie fistule stellate
lupe [illegible] ana ʒ ii terantur

omnia et cribentur et accipiantur ʒ vi olei
de mastice et ʒ i cere et dissolvantur ad
ignem et cum dissoluta fuerint deponatur
ab igne et cum eis pulvis rerum supradic-
tarum addatur et fiat emplastrum quod
ponatur super corium et postea super stomachum
et ligetur bene cum fassia firmiter. Si
vero materia currens fuerit colera mundifi-
cetur cum decoctione facta ex mirabo-
lanis citrinis rebarbaro mirtillis et tamarindis.
Post purgationem bibat bis in die ante
cenam et ante prandium per unam horam
syrupum rosaceum stellis cum ʒ i syrupi de mirti-
vel de agresta aut rosarum et vino stiptico
limphato cum aqua ciconie vel aque de-
coctionis mirtillorum quod melius erit
in dieta et potu fiat ut dictum est supra et in isto
casu possint in ea pullos et gallinas
et edos dari comode et maxime si fue-
rint alterata cum agresta vel vino degranato
vel aliis rebus acetosis et stipticis. Si
autem materia currens fuerit flatica mundificetur
cum decoctione facta ex mirabolanis kebulis
indis mirtillis squinanti et zuccaro rosarum
veteri nutriatur ut dictum est cum rebus assatis
simplicibus vel coctis in tegella vel in pastillo
confortatis cum speciebus et rebus stipti-
cis agrestis et vinum eius sit rubeum odori-
ferum purum absque aqua si ibi febris
non est. Si vero esset cum febre ponatur
multum de aqua decoctionis mirtillorum.
Sed si materia currens fuerit melica purgetur
et mundificetur cum decoctione que sic
fit ex mirabolanis indis kebulis sene epithimi
mirtillorum et polipodio. Nutriatur et
potetur ut dictum est hic et in mediate in
vomitu colerico et potetur syrupus sine fuerit
cum febre sive absque febre. Iusto et vomitu
flatico detur ante cenam et ante pran-
dium semper rosaceum stellis cum melle rosarum co-
lato et vino rubeo stiptico. Si autem
materia currens fuerit sanguis fleobotometur de vena
inferiori brachii vel de saphena in manu
dextra et ligentur adiutoria fortiter
cum corrigiis et coxe similiter et ponantur ven-
tose magne absque incisione super epar
et splenem et sumat ter in die rosaceum
stellis cum syrupo de agresta vel de mirtis vel cum
micis citoniorum et aque decoctionis mir-
tillorum vel liberis. Generaliter in omni vo-
mitu ex quacumque causa fiat ligatio forte

acuitorum et toxarum et positio vento
sarum super epar et splenem absque scari
ficatione vel incisione sunt valde utilia
Similiter attendendum est quod mundificatio cum
vomitu in omni vomitu est valde utilis
si materia in stomacho continetur et debet fieri vomitus
cum rebus convenientibus ad humorem peccantem
vel currentem Ypovomitu vero qui fit
ex materia congregata in stomacho procedatur
in omnibus secundum diversitatem materie ut dictum
est ~~et co~~ supra capitulo eo. Flegma melius et sanguis
et contra oppositum et si opposita fuerit
qua ratione quod illa materia in stomacho continetur eadem
cum cura et idem regimen sequitur

Capitulum cxiii de colica passione Rx

Passio colerica est proprie illa
in qua homo simul et eodem
hora emittat per vomitum et
inferiora humores et ciba
ria et nichil retinet et nu
meratur inter pacitas quia propter continuum
motum et vomitus expulsionis et quia natura
quiescere non permittit non expectat
quin ante diem vii Fit aliquando hec egri
tudo primo nauseam et fastidium ex humo
ribus frigidis et viscosis generatur ex pisci
bus et fructibus frigidis Aut ex rebus frigidis
et humidis qui cum multiplicantur in stomacho
et intestinis destruunt eorum virtutem
et retentivam in superiori et inferiori Fit
aliquando ex multiplicatione colere rubee in
stomacho et intestinis cum superfluitate que
mordicat intestina et stomachum et excitat
vomitum eadem hora et secessum et hec
est deterior earum et peior et magis
timorosa Signa passionis ex frigida
causa sunt antecessive sanctitas et
nausea et multitudo ventositatum in ven
tre et in testinis ante egritudinem per
dies aliquot et quod incipit cum dolore
umbelici et punctura eius Deinde ad
venit solutio plurima aut absque vomi
tu aut cum vomitu flatico epatico et in
telligas per vomitum epaticum qui exeunt
et infirmus per os aquositatem similem
aque ablutionis carnis recentis et quod
comedit absque longitudine temporis
pisces frigidos aut cibaria frigida generantia

et facientia de proprietate nauseam et
fastidium et materiam frigidam et viscosam Signa
colerice passionis ex effusione colere ad
stomachum et intestina est nausea vehemens
et sitis assidua et cum bibit aquam frigidam
sedatur nausea donec calefiat in stomacho
Deinde evomit eam et est solutio ventris
aliquando cum ea et quandoque super fluit adeo do
nec faciat super ventrem infirmi et cadit
pulsus eius et est cum eo estuatio et
inobilitas et inflammatio magna et ve
hemens et multociens turbatio mentis
Cura colice ex frigida causa est ut bibat
aquam calidam cum semine pinichinas et
torsiones in ventre et intestinis in qua
bullita sint ciminum et galange vel pip
lon et requirat sompnum infirmus pro
posse prohibeat ab assellatione quantum
possibile est et infundat panem bis coc
tum vel simile valde bene coctum in vino vel
et cum comedat postquam bene infusus
fuerit et factus mollis per infusionem
et si sentit post hoc gravitatem vel dolorem
in capite suo dormiat iterum pro posse et
cum evigilaverit intret balneum aque de
coctionis florum camomille et absinthii
et meliloti et rosarum et aliquantulo
aceti Utatur post vomitum et mundifi
cationem cum aqua calida decoctionis supius vel
cum aqua calida mixta cum melle et piper
lon cum perdicibus fasianis turturibus
et pullis vel gallinis assatis in ventre
quarum sint cocta grana mirtillorum et
piper lon vel ciminum Bibat bonum vinum
odoriferum in quo ponatur aqua decoctio
nis mirtillorum et galange vel piperis
lon Sepe ante prandium et ante cenam
sumat trociscum stelle cum vino decoctionis
mirtillorum vel aqua decoctionis piperis
lon Et etiam post prandium similiter Sepe
sumat triacam cum eisdem liquoribus Si
autem hoc modo non mundificatur mundi
ficetur cum decoctione facta ex mirab
kebul et citrinis et mirtillis et zuccaro rosarum et
tunc post mundificationem maxime si esset
infirmus debilis posset cibari ex brodio
galline bone in quo poneretur vitelli ovorum
et pulvis galange et mirtillorum Et bibe
vinum vetus purum mixtum cum aqua de
coctionis mirtillorum et postea faceret
redire infirmum ad suam consuetudinem

Cura passionis colerice cum caliditate est
ut sumat cum incipit plurimum aque calide
et ut evomat quam cum facilitate ut plurimum
ab eo egrediatur illius colere. Cum ergo per
venit et assellatio ad hoc ut minus cadat
et superfluat hic ligent adiutoria ut quod et
coxe et infundat stomachus eius cum nunc pone
de eam super ipsum. Aut ponendo pannos
infusos in aqua rosarum mixta cum aceto seu
in aqua frigida mixta cum eodem super ipsum
stomachum et toti ventri frigidas super extre
ma aquam frigidam aut aspergantur extre
ma scilicet manus et pedes cum aqua frigida
et sepe micte post vicem da ei in potum vinum
granatorum acetosorum aut aquam istam pura
et aliquam misceantur ista cum aqua frigida si
per se bibere non posset illam et qui vomit
ista reitera ipsa multotiens et da ei in
potu cum aliqua aqua ex istis liquoribus
si vomitus non cessaverit spodium et
bolum ar. et rosas siccas vel dissolve ea in
aqua malorum acetosorum vel da ei in po
tu pulverem mirtillorum per se et terram si
gillata cum aqua malorum acetosorum vel
cum liquoribus dictis aut cum aqua liberi
et pulvere corticis granati et san. dm.
Et da aliquid ei cum virtus fuerit rema
nens de aqua in frigoris vel per se
vel cum spodio aut cum bolo ar. et
si evomit illud reitera donec videas
vomitum alleviari parvum post aut similiter ali
qua et hunc fac eum sorbere aquam car
nis assumptam ex pullis contritis et
pistatis et funde super illam aquam
et carnium pullorum et parum aque citoni
orum et parum vini et pulverisa de super
panem siccum et bene coctum et si evomat
illud reitera istud super infirmum do
nec recipiat illud et da ei in potu aquam
aquam istam in qua infusi sunt columbi seu pulli
assati et contriti in ventre quorum sunt
posita grana mirtillorum contrita aut
fructus liberi et tum recipit cibum hic
da ei in potu vinum odoriferum stipti
cum et cooperi eum ut dormiat nam nil
est melius in vomitu et ventris fluxu
quam sompnus si post sompnum senserit
se alleviatum et fortem comedere possit
poni in balneo tepido aque decocti
onis rosarum et florum camomille et post ex
itum a balneo debet inungi stomachus et

totus venter cum oleo rosarum et oleo de mas
tice mixtis equaliter cum quibus addatur
aliquid aceti vel vini de granatis acetosis. Sequitur

Capitulum cxiiii de debilitate epatis R[ubrica]

Debilitas epatis communiter appel
latur quando epar non rectificat
quod a stomacho mandatur aut quando
diminuit digestionem eius et
humores convenientes non man
dat per venas ad membra neque mandare
potest et hoc totum est vitio qualitatis ex
quatuor qualitatibus absque materia. Signa
debilitatis epatis sunt egestio similis aque
carnis recentis cum abluitur et paucitas
appetitus et extenuatio corporis. Sed si
fuerit cum caliditate et cum materia vel absque materia
predicta debilitas habebit infirmus in fa
cie et toto corpore colorem rubeum mixtum
citrino vel citrinum purum cum mala forma
corporis absque eius inequalitate et alterationem
cum dolore sentiet in dextro latere apud
costas posteriores et patietur siccitatem
et asperitatem in ore et palato et si non
vehementer et eius urina erit rufa vel
rubea seu citrina intensa subtilis vel spissa
subtilis cum fuerit caliditas absque materia
vel cum opilatione spissa vero est cum materia in
epate fuerit multiplicata sive per opilationem
aut per habundantiam eius in quantitate ex
causa generante ipsam. Sed si fuit debilitas
cum frigiditate habebit patiens in facie
et toto corpore colorem album vel pallidum sive
lividum absque inequalitate cutis et gravi
tatem totius corporis et lateris dextri et
pigritiam et sompnolentiam et eius urina
est alba subtilis vel glauca seu pallida. Si
predicta frigiditas fuerit absque materia et cum opi
latione. Si vero cum materia erit urina lac
tea vel karapos vel pallida spissa ex
materia multiplicata in epate aut propter opila
tionem que impedit eius transitum ad
loca debita aut ex rebus generantibus
ipsam materiam frigidam in ipso que sunt calide
vel frigide multiplicate in epate aut propter
opilationem aut propter alias causas facientes hu
mores impedibus et membris post longum
tempus finaliter cachexiam et ydropisim.
Cura debilitatis epatis propter caliditatem

Signa

Signa calidi

Signa frigidi

Cura cum calido

absque materia fiat emplastrum super epar quod
sic fit ℞ sandal. rubei et al. ros. rub. cam
phor. ʒ i. terant et pulverizent et
misceantur cum aqua ros. et aliquantulo
aceti et infundatur filtrum vel pannus
de lana in hoc toto cum fuerit calidum et
hoc calidum ponatur super epar et cum tepe
fecerit removeatur et alius loco eius
ponatur. Aliud ad idem ℞ succum sola
tri et misceatur cum pulvere sandalorum
et camphore et ponatur cum eis ad ace
tum calefiat hoc totum in quo cum calefactum
fuerit infundatur filtrum vel pannus
et fiat iterando cum tenuit ut dictum
est supra. Aliud ad idem ℞ succum
semper vive succum acetose vel plan
taginis et misceantur cum pulvere
sandalorum ros. rub. camphore et ali
quantulo aceti et fiat cum fuit calidum
ut dictum est in aliis. Sumat in potu syr.
acetosum vel oxizacaram vel vinum de
granatis cum aqua decoctionis ordei
endivie vel solatri cucurbite aut citro
nee vel lactucarum agrestium etiam bibat
vel succum berberorum vel acetose cum
aqua decoctionis lactucarum vel en
divie abstineat a cibis calidis et vino
et confectionibus de melle. Comedat
succum ordei vel avene et bolum factum
ex cucurbitis lactucis et borragine in
quo ponatur ad aceti. Comedat melo
nes et persica et pruna acetosa et bibat
cum eis aquam decoctionis berberorum aut
acetose aut aquam decoctionis grana
torum aut acetum cum aqua. Si autem esset
debilis comedat carnes edi perdicum
pullorum castratorum iuvenis decoquas
cum cucurbitis herba endivie vel her
ba lactucarum seu herba scariole et con
diantur ille carnes cum agresta vel vino
de granatis aut succo berberorum vel ace
tose aut cum aliqua re acetose vel
agresta et similibus. Si vero debilitas
epatis fuerit ex caliditate cum materia fiat
secundum quod dictum est in omnibus et pur
getur cum decoctione facta ex reub.
et aqua decoctionis prunorum et tama
rindorum et sit pulvis reub. ʒ ii vel
ʒ i et ß et aqua decoctionis prunorum
et tamarindorum sit ʒ iiii detur in
diem in matutinis et hoc sepe vice

post vicem sumat post purgationem quando
fuerit cum materia et ante purgationem quando
fuerit absque materia trociscum de berberis
qui sic fit ℞ succi berberorum ʒ ii x
seminis endivie seminis atriplicis seminis portu
lace ana ʒ ii ros. reub. ʒ i spic. ʒ i
informentur trocisci pondere auri unius
ex quibus detur unus cum syr. acetoso
aut cum succo granatorum. Cura
debilitatis ex frigiditate absque materia est
ut recipiat cum oximelle composito
omni mane unum de trociscis de reub.
qui sic fiunt ℞ spic. mastic. succi eu
patorii absinthii seminis feni. an. ana ʒ ii
reub. ʒ x informentur trocisci pondere
auri unius fiat emplastrum super epar
tale ℞ api mastic. spic. calami aro
matici squinanti croci mirre ana ʒ ß
dissolvantur mirra et mastix in vino et
misceantur cum aliis et fiat emplastrum super
epar trocisci alii superioribus fortiores
qui recipiunt omni mane in aurora cum
apozimate de radicibus qui sic fiunt
℞ lacce reub. ana ʒ iii spic. seminis apii
ameos mastic. squinanti iuniperi a
migdalarum costi mane rubee succi
eupatorii asari aristol. ro. gentiane
ʒ i et ß informentur trocisci pondere
unius auri. Apozima de radicibus cum
quo predicti trocisci recipiuntur ℞ cor
ticum radicum apii feni. ʒ x seminis apii
feni. florum squinanti aut squinanti a
meos ana ʒ v ros. rub. spic. ana ʒ xii
pistentur et coquantur in lb. i aque donec
ad tertias redeat et sumat in potu
cum trociscis postquam fuit colata. Nu
triatur cum cibis digestibilibus ut sunt
carnes castrati et arietis annualis et
carnes edorum caponum gallinarum pul
lorum et cum avium degentium in arbo
ribus et in pratis et non in aquis coquantur
cum herba feni. vel aneti aut in testu
cula vel pastillo et in veru et vitellis
ovorum comedant etiam. Condiantur
cibaria sua cum pulvere qui sic fit et agre
sta vel vino de granatis et vitellis
ovorum et cinamomi ʒ ii cardamomi gario
filorum nucis muscate galange ana ʒ ii croci ʒ ß
i fiat pulvis cibariis. Bibat vinum
clarum odoriferum purum vel mixtum cum
aqua decoctionis endivie vel acetose

Si aut mā sint p[er]ictas cū qualitate sua mūdificet cum decoctione que fit cū mirab. kebul et ind. et sene et epithimo ros. scolopendria et melle ros. uel zucco aut cum pillis stomaticis alkanoi uel fetidis aut pigra quas fitiendi. Idem est modus curationis cū calitate et siccitate sin. et siccitate absq[ue] mā et cū mā. Sciendum hic conuenit quemadmodum de proprietate passule valent et admonu. oem debilitates et impinguat epar ipse passule cum suis interioribus qui bene mastirant et comedunt et sic pulmo epatis adib. qui duo anzei ex eo sumit cum vino dulci uel cocto confortat epar et lauat oem debilitates et complom in eo inductas exquarii qi causa fiat. Sequitur

Caplm cxv. de apātib[us] epatis et exitiuis eius fe

Apostema epatis quoddam est calidum sanguineum et aliquid colericum quoddam est flatum aliquid melicum. Attende hic differentiam inter apa et exituram. Nam apā appellatur cum est egritudo per se et per se incipit. Exitura uero cum consequitur ad aliā egritudines aut cum aliqua egritudo terminatur per apā tunc illud apā a phis exitura appellatur in veritate. Signa apatis calidi sanguinei sunt urina rubea et spissa et pulsus magnus latus et mollis et color faciei rubeus admixtus fuscedini et dolor sub costis agrauatiuus cum pulsatione et motu et per tactum inueniuntur duricies cū fi. q[ue] lineari quasi super epar et habitudo carnosa sanguinea et quante infirmitatem usus est rebus generantibus sanguinem et fe[bris] inseparabilis et dulcedo in ore et defectio appetitus et sitis sed non vehemens et tussis non multum sicca et singultus. Signa apatis calidi colerici sunt urina acuta in qua aliquando apparet spissitudo eo quod colera impedimento apatis et propter duritiem et opilationem et grossicies inductas in epe ad locum propria non mandat unde cū remanz

nont superfluitates in epe exit in fine cum urina et quodam modo ipam inspissat et pulsus velox et durus inseparabil. et vehementia sitis et oris amaritudo et color faciei et totius corporis citrinus et singultus aliquā et tussis sicca cū qua non est sputum et casus appetitus. Signa apatis flatici cum incipit est febris inseparabil. lenta occulta et defectio appetitus cū nausea et singultus sed est absq[ue] mā sed eius urina est citrina uel pallida spissa et pulsus paruus et debil. mollis et tussis aliquā et grauitas lateris dextri et color totius corporis albus et liuidus et habitudo mollis uel pinguis et tumor sensibil. non cum duricia multa. Signa apatis melici sunt quod apparet tactui sub costis res dura et corrumpit color totius corporis et faciei et conuertit ad palliditatem uel cineritatem et singultus qui est omnibus signis preualens et sitis non vehemens et ponderositas in sinistro latere et tussis et defectio appetitus absq[ue] nausea et vomitu et urina glauca subtil. et pulsus paruus subtilis durus. Cura apatis calidi sanguinei est ut fiat flebotomia de basilica aut de saphena manus sinistre in principio et post illud in sequenti die fiat flebotomia de safena manus dextre et post flebotomiam per iii dies mūdificet cū decoctione que fit ex cassia et tamarindis et prunis. Flebotomia fit in istis apatib[us] et similibus in parte contraria in principio cū corpus fuit repletum et cum non sit. Cū uero hoc non inuenit fit ex eadem et hoc volunt omnes phi. Emplastretur epar cum sandal. camphora et aqua ros. et cum eis ponatur infrideat continue cum succo solatri et acetose et semp. vine et aqua ros. et cū eis ponatur aliquid aceti semp. Bibat in aurora et ante cenam oxizacara uel vinum de granatis uel syrupum acetosum cum aquis decoctionis endiuie lactuce uel solatri aut semp. vine. Comedat usq[ue] quo febris fuerit diminuta succum ordei uel furfuri uel auene uel lactucas coctas uel cucurbitas conditas cum agresta uel vino de granate

Bibat cum cibo aquam decoctionis granatorum uel agreste uel aquam decoctionis pomorum acetosorum. Sit semper largus in ventrem aut per se aut vino clisteri lenitiui uel suppositorij et cum fe. alleuiata fuit ex cicerubus edinis uel pullinis condite et cocte cum herbis agrestia uel vino de granatis uel pomis acetosis regatur usque ad ultimum infirmitatis. Attentius in dicto potu si possibile est. Si fo ret nimis debilis bibat vinum debile limphatum et ita quod aqua vincat saporem et odorem in commixtione. Cura apostematis colerici in epate est eadem cum supradictis in omnibus sed in colerice mundificatio cum dicta decoctione illic debet sepius fieri dum quando mundificatio. Cura apostematis flatici in epate est etiam flobotomia et hoc non est ratione materie et dispositionis ipsius materie sed quia omne apostema ubicumque fiat semper sit ex cursu materie per venas doloris apostemosum et flobotomia omnem materiam contentam in venis et currentem per venas equaliter minuit et proporcionabiliter et ideo voluit Galienus commento regiminis acutorum super verbo Ypocratis ubi dicit si dolor per calefactorium non alleuiatus fuit et ad furculam ascenderit etc. quod flobotomia sit competens in omni apostemate et est minus timorosa quam medicina quamuis medicina sit utilis et conueniens ut voluit Ypocras codem Ypocras et in hoc conueniunt omnes. Purgetur sepe cum medicina de turbit et aqua decoctionis endiuie et lactucarum aut acetose uel cum decoctione facta ex mirabolanis kebulis rubis et squinanto. Bibat in mane maturata et ante cenam de oximelle composito ℥ i et ß cum ℥ iii aque decoctionis api aut cappari uel ameos aut amomum. Fiat infirmus largus secundum ventrem aut per clisterem quod melius est aut cum suppositorio. Emplastretur epar in principio cum absinthio pistato et farina ordei uel melilote et cum puluere facto ex rupeis gallis cipressi squinanto capparis mastice vermice et granis mirtillorum et farina lupinorum et bulliant in aqua usque ad spissitudinem et addat ad acetum in fine in principio usque ad quietam sedationem febris. Bibat aquam decoctionis endiuie et scariole uel api in qua coquatur mel uel zuccarum. Comedat aquam cimulum uel auene uel farinam ordei uel auene uel spelte uel olus factum ex spinachijs et herba fenugreci et lacte amigdalarum. Ungatur epar cum oleo de mastice uel oleo de spica mixto cum oleo rosarum et aliquantulo aceti. Cum vero febris cepit minui uel sedari nutriatur ex ciceribus edinis et pullinis cum herbis lactucarum et marubio spinachijs atriplicibus condiantur cum agresta uel berberis aut vino de granatis et vitellis ouorum et puluere qui fit ex cinamomo galanga gariofilis et croco. Bibat vinum limphatum cum aqua decoctionis endiuie uel lactucarum uel portulace. Cura apostematis duri melius cum incipit cum febre curetur cum flobotomia de saphena eiusdem partis uel totaliter si corpus fuerit plethoricum paruis in istoriasi subtrahatur de sanguine mundificet tamen sepe cum decoctione facta ex mirabolanis indis et sene epithimo rubis. Et semper eius venter sit largus aut per clisterem quod melius est aut per suppositorium. Ungatur cum oleis dictis in flatico et emplastretur et addat in emplastro supradicto pulueris farine fenugreci et seminis lini et herbe flores camomille et melliloti predictum et potibus fiat ut dictum est in apostemate flatico et quemadmodum est cum febre et hora qua febris tepescit. Sciendum est quod apostemata frigida epatis requirunt emplastra maturatiua cum veniunt ad statum et non resoluunt quod maturat et habeat virtutes mollificatiuas et resolutiuas nam omne apostema ut vult Galienus commento super secundo prognosticorum Philaretum prima super verbo quod si tumor fuerit dicit enim ibi quod omne apostema quod postquam non interficit subito aut resoluitur subtile et grossum remanet aut conuertitur in saniem vincente calore naturali minime aut conuertitur in venenum vincente calore innaturali actuali in conuersione. Emplastrum quod fiat omnia ista in apostematibus calidis in statu et post statum antequam aperiantur sic fit. Recipe farine ordei ℥ iiii farine fenugreci seminis lini ana ℥ ii api et squinanti ana ℥ i pinguedinis anseris anatis et porci ana ℥ ii armoniaci ℥ i et ß terebentine

ʒ. iiij malue ʒ. iiij. corti mundati aliq̃
interiori inasi frustratim et pistati
optime ita q̄ reductus sit per pista
cione ad naturam axungie lb. ß. mastic
olei ros. an. ʒ. iiij. cere ʒ. i. dissoluatur
armoniacum terebentina et cera in ca
cola ad ignem et cum dissoluta fuerint
incorporentur in mortario cum maluauis
preparato dicto et in omnibus alijs
rebus et incorporentur et reducantur ad
ignem cum pistello s̃m q̄ melius fieri
pot postea extendatur super corium et
ponatur super. Emplastrum ad apata s̃m
per mulsãs sic fit conueniens ℞ bdellij se
rapini armoniaci oppoponacis an. ʒ.
i. cipi cipperi acori squinanti an. ʒ. ß.
farine seis lini et fenugreci an. ʒ. iij
maluauisci preparati lb. i. olei de spica
ʒ. ij. terebentine lb. ß. dissoluantur gumi
in vino et cum dissoluta fuerint omnia po
nantur in mortario et incorporentur cum
pistello ita q̄ vnum corpus fiat et ponatur
super corium et postea super epar. Ista
enim emplastra cum hoc q̄ maturant confor
tant mollificant et adiuuant naturam ad
mundificacionem saniei post aperitionem et rup
turam sed raro apata epatis conuertuntur
ad saniem. Ita q̄ mundificentur cum sanita
te infirmi sunt s̃m plurimum et quasi
semper infirmus ad mortem conuertitur eo
q̄ natura in tam nobili membro propter neces
sitatem sue operacionis ad totum corpus
saniem cum ulcere longo tempore sustinere
non pot et cum talis dispositio neq̄ per
naturam neq̄ beneficio medicinali breui tem
poris curari et remediari non possit sequitur ex
necessitate consideracionis q̄ sit cum
ad saniem venerit incurabilis et mortalis
et hoc firmiter credo immo absq̄ dubio. Seq̄

Capitulum c xvij de opila cione et diminucione epatis ℞

[S]it ex materia adusta vel flatica
vel scisa crossa et aliquã est
cum febre et aliquã sine fe.
Signa opilacionis cõia
sunt q̄ aliquã est sine fe. et
grauitas quam sentit vel inuenit infirmus
sub latere dextro et absq̄ dolore et pla
nitas dig͡tonis et ventris lenitas. Si
autem fuerit absq̄ febre et fuit ex materia ad
busta urina eius erit tincta cum subtili
tate et color totius corporis declinabit
ad citrinitatem vel nigredinem et erit
infirmus cum siti vehementi et pacietur
pruritus et ardores in carnibus et in toto
corpore et urina inducit ardorem in virga
et habitudo carnis erit extenuata et
subtilis et spissus pulsus cum quadam velo
citate. Si autem cum febre fuit signa
magis intensa erunt. Sed si ex materia vis
cosa et flatica contingerit epatis opi
lacio et absq̄ fe. erit urina spissa non
colorata et habitudo totius corporis squa
lida et discolorata pallida vel liuida et
pacietur sepe inflaciones pedum. Et pulsus
eius erit paruus debilis cum quadam mol
licie et infirmus absq̄ siti et pacietur
defectus appetitus et multiplicabitur sputum
insipidum in ore et fiet vomitus vel nau
sea cinq̄. Si vero cum fe. fuerit hec
signa debiliora erunt et magis remissa
nam caliditas minuendo humiditates vel
exsiccando eam mitigat signa sua sed
ea omnino destruit. Cura opilacionis epatis
ex materia adusta absq̄ fe. est ut sumatur
oximel compositum cum aqua decoctionis
scariole apij endiuie et iuccum sumat de
dyacinamo sepe ante cenam mundificetur
cum aqua decoctionis radicis seneepithi
et squinanti condita cum melle ros. colato.
Bibat vinum album odoriferum bonum in quo
ponatur aqua decoctionis apij et stan
ole vel acoree. Comedat herbas feni
petro. et borag. et carnes castratinedi
pullorum et omnium auium degenerum in arboribus
et pratis et non magnis cocta cum herbis
et in veru testula et pastillo. Condiantur
cum puluere cinamomi galange garioff. et
croci et aliquantulo aceti. Fiat etiam con
dimentum cum carnibus q̄d sic fit ℞ ali
quantulum foliorum petrosilli mente duos
vitellos oui et bolum panis et ad inuicem
pistentur et cum eis ponatur de speciebus
dictis et dissoluatur hoc totum et pistetur
insimul cum aceto forti vel agresta et bulli
atur in lebete ad ignem. Hoc enim opilaciones
aperit appetitum confortat et stomachum
Si autem cum febre vel calore fuit opilacio

fiat floria de saluatella manus dextre et
regitur cum aliis rebus ut dictum est. Iter quia
ubi ponitur mel in siropiou circa ponatur hic
zuccarum et quando uinum datur debet cum aqua
decoctionis endiuie apii et zuccari et uini
degranatorum uel agreste aut aceti uel desti-
lati uini debilis cum eadem aqua mixtum.
Vngatur leniter non fricando epar omni
die cum oleo de spica in quo sit acetum
et postea cooperiatur cum petia calida
de lino uel filtro. Circa opilationis
epatis ex materia uiscosa uel gipsea est ut
recipiat infirmus omni mane in aurora
uel ante cenam oximel squilliticum uel
oximel compositum cum aqua decoctionis
apii cappari et se. scarii et endiuie aut
cum uino albo odorifero frigido estate
yeme calido. Sumat diacurcuma uel
diatrion pipeon et bibat post illud uinum
al. purgetur sepe cum turbit et reubarbaro
mixtum et puluerizatum cum melle rosato
colato et aqua decoctionis endiuie
et scariole. Vngatur epar cum oleo de spica
in quo sit acetum et post unctionem ponatur
petia super epar uel filtrum calidum. Bi-
bat uinum purum absque aqua album et odo-
riferum. Comedat carnes et herbas
coctas et conditas cum speciebus ut dictum
est supra. Potest comedere et bene co-
medere allia cocta nuces et ficus siccas.
Continue recipiat post purgationes in
aurora horis stelle cum melle uino et
melle rosato colato et aliud ʒ. i. cum uino
tiriace. Attende hic quod si epar adibi
exiccetur in furno uel ad solem et teratur
et detur cum uino cocto stomacho ieiuno post
purgationes quod sanat omnem egritudinem
epatis et ydropisim de proprietate et
debet esse quantitas pulueris ʒ ii et uini
ʒ iii. Sequitur

Capitulum cxvii de uentositate epatis R.

Et egritudo que uentositas
epatis appellatur non semper fit
ex materia in qua calor naturalis non
consequitur ultimum digestionis
immo conuertit ipsam materiam in
fumum et uapores uentosos qui uapor uen-
tosus sua subtilitate et uaporositate immo-

bili includitur in miseraicis et uanitatibus
que circa epar existunt et mouetur sicud
uenti et nubes et suo motu dilaniant
loca illa et dolores faciunt et torsionem.
Signa uentositatis in epate et partibus eius
sunt tensio sublata dextro quod commouetur
et agitatur hora digestionis cibi et sedatio
eius per compressiones uehementes cum manibus
super ipsum et estimant extolli de medio
ex ista causa uel modo doloris uel torsionis
quod sit opilatio aut apostema aut rugitus circa
partes illorum et circa radices costarum ex
parte dextra et sequitur multotiens fe-
dolores talem. Et urina apparet ualde
spumosa uel spissa et alba uel glauca et
quando est cum febre est urina magis colerica
et minus spissa et pulsus magis frequens
et magis debilis. Circa uentositatis
noscitur sub epate est ut utatur rebus carminatiuis
uentositatis et confortantibus epar ut est
diacuminum diatrion pipeon et diacurcu-
ma. Et bibat bonum uinum clarum odori-
ferum cui non admisceatur aliquid aque.
Et comedat allia cocta et nuces cum ficubus
siccis et carnes castratorum et arietum annalium
et carnes caponum perdicum fasianorum
et similium coctas in ueru testula et pastillo
conditas cum speciebus et pipere et alliis
coctis et oua sorbilia et specialiter uitellos
conditos eodem modo et herbas feniculi et
aneti et petrosilini conditas cum speciebus
pipere et oleo et alliis. Si autem esset cum
febre ponatur in uino de aqua decoctionis
ameos uel anisi uel feniculi seu cimini et hic
recipiat pro clisterio rosatam nouellam uel
diaprunis ʒ. super locum dolorosum uel grauatum
ponatur milium calidum positum in sacculo aut
milium cum sale aut ameos aut absinthium
pistatum et mixtum cum seminibus feniculi siseleos
anisi et sale. Aut recipiatur puluis
baccarum lauri et misceatur cum cimino et
sulfure et uino ponatur hoc totum super locum
calidum. Vngatur locus omni die cum oleo
de spica uel oleo de lilio et de aneto. Sequitur

Capitulum cxviii de caresia R.

Caresia est mala habitudo
totius corporis antecedens
ydropisim et fit propter malitiam

nel corruptioz calide epatis aut frigide als
q̄ mā multū et cū mā permutat̄ tūc
incresia totius corporis et faciei ad
albedinē et citrinitatē et inflant̄
palpebre oculoꝝ et facies multotiēs
et oms extremitates s manus et pedes
et duciāt̄ totū corpus quasi in vna mas
sā et consequit̄ ipam malina digestionis
sine corruptio digestionis Signa
caresie coīa sunt q̄ qnq; fit appetit̄
et nā remanet in retentione et resolu
tione s̄m ordinē et fiunt sincop̄ qnq;
et vigilie et qnq; non et minorantur
cum ea urina et sudor et fit fortis infla
cio mirach et ventositas multiplicat̄
qnq; et inflant̄ testiculi multotiens et
ulcera si contingerint inea essent diffi
cilis curationis et consolidationis pp
corruptioē cōplonis et qnq; accidit in
cōmissuris et gingiuis cālitas et prurī
tus pp vapores corruptiu ascendente
et fit corpus debile mollificatum Sig̃a
caresie pp corruptioē calide cōplonis
epatis sunt sitis et caliditas mebroꝝ
extremoꝝ qui sentit̄ in plantis ma
nuū et pedū aliq̄ cū fe· aliq̄ absq; fe·
et ventris siccitas multa et paruitas
appetitus et ~~appetitus~~ lingue absq;
grauitate et rubedo urine absq; dolo
re forti sub costis dextris Signa ca
resie ex corruptione complonis frig̃e
epatē sunt solutio ventris cū mollicie
corporis et corruptio coloris cū tumo
re faciei et paruitas appetitus et di
gestionis cum grauitate et dolore
aliquo sub latere dextro Cura ca
resie ex causa calida est ut sumat paci
ens bis in die in aurora et ante cenā
sy̆ᵐ acetosum uel oximel cū aqua decoc
tionis cicoree endiuie solatri sarco
colle aut acetose uel cucurbite Come
dat assatos super prunas uel in veru
piscium de bonis aquis carnes que sūt
absq; viscositate et sunt fragibiles et
sunt boni odoris et si cum istis dictis
pisces essent q̄ squamosi tunc carnes
eoꝝ essent meliores hec sūt dictē bo
norum piscium Comedat carnes castr̄i
et edi et arietis Annal' et pullorū et
vitulorū conditas cū aceto uel ag̃ stā
aut vino de granatis aut sumach

aut berbere Bibat vinū limphatū odo
riferū album cū aqua decoctionis en
diuie stariole cicoree aut lactucaꝝ
purgetur sepe cum reub' et turbit
et aqua decoctionis prunoꝝ stariol'
vel solatri endiuie aut portulac' uel
ordei super epar ponat̄ emplm̄ fc̄m
ex absinthio solat' acetosā floꝝ ca
moill' et farina ordei et succo eupatorij
uel herbam eius Posset comedē herbā
feri· petro· lactucaꝝ atriplicꝫ portu
lacaꝝ uel stariol' et aquā ciceꝝ et
farinā ordei et debent ista cibaria
condiri cum puluere specieꝝ qui fit
ex cardamo gariof folio et galanga
Cura caresie ex frigida causa est ut sumat
vinū odoriferū clarum absq; aqua pon
ticum Et comedat carnes assatas et
frixas et allia cocta et nuces cū fiuib
siccis et h̃bam feri· petro· serofolij an
et aneti et vitellos ouoꝝ Et condiant̄
ista cū pipere lon· et cardamō et cinamō
garioꝝ nucꝝ mus· et croco aut sinap
uel aliquo alio condimento calido sapo
rato Recipiat etiā mane in aurora
et ante cenā oximel cōpositum uel squil
liticū cū aqua decoctionis api cappari
acori ameos amoī aut asari seu eupa
torij et mell' Nūtrit̄ ficer cū pill' fetid
uel stomatic' alkandij uel cū reub et
turbit mixt̄ et incorpat̄ cum melle
et aqua decoctionis apeii cappari mil'
acori aut asari seu epatorij aut ameos
uel amoī Vngat̄ epar cum oleo de
spic et ponatur emplm̄ super epar qd'
sic fit R̄ assari absinthij apei cappari
acori farine lupinoꝝ an̄ o· 1· terāt̄
et cribrent et incorporentur cū oleo de
spica et oleo de semine lini Sepe co
medat dyacurcuma aut dyatrion pi
pereon uel elect̄ de cardamō Semper
attendas q̄ caresia siue fiat ex calida
causa siue frigida semp habūdat ibi ma
frigida et opilatio et pp hoc conuenit ut in
alteratione et mūdificatione procedat̄ cū rebꝫ
apientibꝫ et mouentibꝫ mām frigidam et opi
lationes Sequit̄

Caplm̄ cxix de ycte ricia defectu epatis R̄

Margin notes (left): [illegible] · [illegible] · assumaf · [illegible] · [illegible] calida · ̄mudat · de bonis piscibus
Margin notes (right): P̄ge · Emplm̄ · Cura [illegible] ex frigida · + · [illegible] · [illegible] · Emplm̄

Et tercia est de secundario citrina absque ipsius inequalitate. Et est alia citrina vel viridis et alia nigra. Et fit citrina vel viridis vitio epatis, sed nigra vero ut plurimum fit vitio splenis. Fit autem ictericia vitio epatis quandoque propter multam caliditatem epatis in se ipso natam. Aut quia calefactum est ex cibis aut ex medicinis calidis vel apostemate calido vel opilatione aut propter multitudinem colere in eo aut propter ea quod natura eam expellat ad exteriora aut ex morsione vermium venenosorum aut propter debilitatem fellis a bibitione colere. Signa ictericie propter multam caliditatem epatis in se ipso natam sunt colores citrini semper et in albugine oculorum est semper citrinitas et non accidit eis magnum nocumentum nisi cum illud superfluit in eis et eorum vene sunt valde ample et manifeste et urina semper intensa valde videtur. Signa ictericie propter apostema calidum sunt quod fit ex cibis calidis vel potionum fortis putri et quod ad ipsum sequitur febris continua et dolor in latere dextro sub costis. Et quod urina est rubea spissa vel viridis et pulsus diversus et velox frequens cum quadam asperitate quam faciunt in pulpis digitorum tangentes. Signa ictericie ex multitudine colere in quantitate sunt quod egreditur in vomitu colera ipsa et solutione ventris sed ictericia semper remanet in eodem statu et urina apparet rubea et spissa et etiam viridis etiam multociens absque febre. Ictericia vero que fit ex opilatione cum caliditate diversis opilationibus et varias et diversas habere significationes nam opilatio que inducit ictericiam aut est in orificio cisti quod adheret epati et in ipso epate. Aut est in orificio per quod expellitur colera ad intestina. Aut est in orificio quo colera mandatur ad stomachum. Signa ictericie propter opilationem factam in ipso epate sunt gravitas in latere dextro et quod egestio fit alba paulatim et urina paulatim alba et hoc habet locum cum epar retinet propter suam debilitatem debilitatem totam coleram itaque nichil de

ea remittit cum urina. Aut quod virtus digestiva epatis non facit illas distinctiones in superfluitatibus. Itaque tota colera retinetur in epate et venis cum humoribus et nichil de ea mandatur cum urina quod fit multotiens et sepe in ista opilatione sicut urina in ista ictericia ex ista opilatione apparet urina turbida spissa rubea et est infirmus absque vomitu et amaritudine oris sicut eo quod nichil de colera aut quia nichil vel parum mandat ad stomachum. Signa ictericie propter opilationes meatus quo colera mandatur ad intestina sunt quod fit subito egestio similis egestioni cinis et quod illa ictericia fit fortis subito et difficultas exitus fecis et intensio ictericie. Et si epar maneat multum debile in expulsione superfluitatum ad loca alia vel virtus discretiva epatis tunc cum illis signis fieret et videretur urina citrina et remissa. Sed si predicta duo non contingeret in epate fieret urina valde tincta et spissa propter duplicem colere que mittitur cum urina quam consueverat mandari ad intestina et nunc propter opilationes non mandatur sed remanet in epate cum urina et apparet aliquando vomitus colere et oris amaritudo in ista ictericia et oris amaritudine quam in ictericia que fit propter debilitatem corporis fellis a bibitione de qua inferius dicemus. Signa ictericie propter opilationes meatus quo colera mandatur ad stomachum sunt quod urina et egestio sunt consimiles sicut bolum propter multitudinem effusionis colere ad intestina et quod infirmus est absque omni amaritudine oris et ~~stomachi~~ sine vomitu colere et doloris quod non est in aliis ictericiis ex toto. Signa ictericie que fit in modum crisis sunt quod fit post febrem et die critica et fit subito et spergitur per totum corpus et fit aliquando non in die critica vel ante septimam diem et hic est malum signum specialiter in febre acuta. Et hoc vult Ypocras particula iiii. Ictericia ante quartam diem fit nature debilitatem et habundanciam vel multitudinem materie quam tollere non potest ipsa natura. Signa ictericie ex morsu

vermis sunt manifesta ex recepta quia subito
advenit et infert lesiones in membris et
dolorem per vermium viam. Signa yte
ricie ex debilitate corporis fellis ab attrac
tione sunt nausea et vomitus colere abs
que gravitate in epate et amaritudo oris
et sitis et urina tincta valde. Signa
ytericie nigre cum non fiat secundum philoso
phi insistit reclinatione melie ad epar per
opilacionem factam in meatibus quibus melia
mandatur ad splenem. Et yctericia nigra
aliquando fit ex epate etiam sicud manifestum
erit inferius iam sunt quia in yctericia nigra
duricies et gravitas splenis et inflatio
et humor in latere sinistro sub costis in
venitur. Et urina apparet magis et istam
ytericiam venientes vicio splenis urina
atum eius non antecedit nisi raro ytericia
citrina vel viridis vinio incipit primo. Si
Signa ytericie nigre que fit vicio
opilacionum meatus colere vel epatis ante
cedit ytericia citrina vel viridis et do
lor dextri lateris sub costis et gravitas
et urina citrina vel viridis antecedit uri
nam nigram que in ista ytericia magis
nigra facta vicio epatis apparere solet
Sanas ut vult auic. li 3o ca de ytericia
quod urina viridis vel nigra in omni ytericia
cuiuscumque generis fuerit quanto magis
spissa et nigra fuerit tanto epar magis
sanum et forte in expulsione malarum sup
fluitatum sunt. Et ita verum est et videbit
si sapiens in hoc recte meditaverit
Cura ytericie propter caliditatem mitti plura
tum in ipso epate per naturam est quod alteret
epar et infrigidetur cum rebus acetosis videlicet
cum vino de granatis acetosis et agresta
vel succo berberis aut aqua decoctionis
eius cum qua in sirupum recipe debitum in mane et
sepe oxizacharam vel sirupum acetosum com
positum vel aquam acetose. Bibat vinum
album debile limphatum valde ita quod aqua
sit dupla ad vinum. Comedat carnes
coctas cum cucurbitis vel lactucis aut por
tulacis et conditas cum agresta vel vino
de granatis seu aceto et sumach vel
berberis herbas lactucas spinac sen
comedat cum aceto et etiam elixatas et
vitellos ovorum cum supradictis admixtis.
Et pisces valde bonos electos conditos
ut dictum est in carnibus sed pisces in isto

cum non debent elixari cum acetosis rebus
habentibus acetositates. Super dictum
ponatur oleum rosarum mixtum cum aliqua
(?) aceti sed epithimet epar vel penna
vel filtro in succo solatri aut acetose
vel lactuce in quo succo ponatur pul
vis sandalorum rosarum et ad acetum vel
pulvis aliarum rerum consilium et erit
hoc utile valde. Cura ytericie propter api
calum est primo flebotomia de salvatella man
dextre si corpus fuerit pletoricum sed
si non fiat flebotomia ex eadem parte et mundi
ficatio cum rebus et aqua decoctionis
primorum predictum et potum in unctionibus
et emplastris fiat ut dictum est supra in cura
apostematis calidi epatis. Illa ytericie ex
multitudine colere est ut sepe solvatur cum
decoctione que sic fit Recipe mirabolanorum cit
rinorum ℥ .i. pistentur et bulliant cum x prunis
in vi ℥ aque donec consumpta sit me
dietas coletur et in colatura illa ponantur
℥ .v. cassie et dimittatur sic per horas xii
et postea coletur et fortiter exprimatur et
cum illa colatura addantur ℥ ii sirupi de violis
vel sirupi rosarum et detur hoc totum in
matutinis et si rheubarbarum ponere volueris
ponas in decoctione loco eius ℥ .i. sca
monee electe vel grana viii vel x quod melius
est. Et si scamoneam coquere nolueris po
ne duo grana vel tria in decoctione et
erit valde bonum et utile. Bibat mane
ante prandium et ante cenam oxizacharam
vel sirupum acetosum cum aqua decoctionis lac
tucarum vel endivie vel scariole aut ci
coree. Comedat sorbitium factum ex fari
na ordei vel avene supra quam ponatur
aliquid de agresta vel de vino de granatis.
Comedat etiam cucurbitas portulacas
lactucas conditas cum agresta vel vino
de granatis vel sumac aut berberis. Co
medat etiam carnes edi vitulorum cas
trati iuvenis vel pullorum conditas cum
eisdem succis et coctas cum herbis dictis.
Bibat vinum album debile multum limpha
tum aut bibat agrestam vel vinum de gra
natis seu acetum cum aqua decoctionis
scariole vel cicoree et salibus pisces bonos
et de carnibus assatis et conditis cum agresta
vel aceto et salibus comede. Post in unc
tionibus et emplastris fiat ut dictum est supra
in cura ytericie propter caliditatem multiplicatam

epar
Frugi
Cura pp apo calidi
Cura ex multitudine colere
Comedat

Cura ycteri ex opillatione epatis

in ipso epate. Cura ycterice propter opilationem facte in ipso epate est si fuerit cum calore manifesto febrili aut alterius conditionis et cum urina valde rubea fuerit et virtute debili purgetur cum aqua decoctionis endivie cicoree scariole acetose lactucarum et similium et detur talis aqua cum syrupo acetoso composito vel oximelle quod melius est vel sumat de syrupo qui sic fit. ℞ endivie scariole lactuce cicoree mellilotum ana ℥ i. scolopendrie acetose pollitrici cinamomi capillorum veneris ana ℥ i. prunarum nº xx. seminis melonis citrulli cucumeris cucurbite citroli cyperi capparis acori ana ʒ i. pistentur et bulliant in ℔ iiij. aque donec medietas sit consumpta colentur et in colatura illa addantur ℔ ij. zuccari vel mellis. Comedat carnes edi vel castrati arietum anniculis et pullorum coctas et elixatas cum herbis predictis vel in pastillo aut in testula conditas cum aceto vel vino de granatis vel succo herbe aut simach et pulvere qui sic fit. ℞ cinamomi cardamomi ana ʒ iiij. gariofilorum croci galange folij ana ʒ i. fiat pulvis cribatus. Comedat etiam herbas spinachie et feniculi et cucurbitas sumat farine ordei avene vel spelte conditas cum vino de granatis vel agresta aut comedat aquam ciceris in qua cocta sint semina herbarum dictarum. Bibat vinum album diureticum odoriferum lymphatum cum aqua decoctionis acetose vel cicoree. Comedat sepe de sandalo mixto cum rosata novella posset purgari et bene et utiliter cum reubarbaro et turbit mixtis et dissolutis cum aqua decoctionis acetose et cicoree.

Experimentum contra omnem ictericiam de opillatione

Experimentum probatissimum contra omnem ycteriam de opilatione in qua non reperitur aliqua deceptio sic fit. ℞ piculis viridis ortulanam ℔ i. pistetur bene et perfecte deinde coquatur in ℔ vij. vini albi donec remaneat ℔ v. coletur et de tali colatura sumat patiens in aurora ℥ iiij. omni die et ante cenam ℥ iij. curabitur ycterica in paucis diebus cum observatione diete et quidam addunt propter abilitationem in decoctione ℔ ij. mellis non nocet confortat appetitum et assellare facit. Sed aqua decoctionis pollitrici multum valet in hoc. Si autem ycterica est ex opilatione absque febre et

Si est ex opilatione absque fe

calor non manifestus fuit omni die sumat et in aurora ℥ i. et ʒ ß oximellis compositi cum ℥ iij. aque decoctionis seminis epithimi polipodij et mellis purgetur sepe cum pillulis fetidis aut cum pillulis fetidis turbit aut dissolutis et mixtis cum vino albo et melle rosato colato aut cum aqua decoctionis seminis epithimi scolopendrie et polipodij et squinanto et asari et reubarbaro fiant clisteria ex aqua blete oleo melle et colloquintida ʒ ß et aliquantulo salis. Comedat autem brodium caulium vel porrorum vel sicle caulium apij et sit in quantitate circa ℔ ß et carnes coctas cum eisdem vel cum eis utatur sinapi vel sapore facto ex allijs cortice cardamomo et aceto fortissimo. Comedat etiam carnes arietum coctas cum feniculo et petroselino et porris vel caulibus perdices fasianos pullos columbarum et pullos gallinarum et gallos coctos in pastillo vel testula aut veru in quibus cocta sint allia cum passulis et semine feniculi condiantur cum pulvere qui sic fit. ℞ cinamomi ʒ i. cardamomi gariofilorum piperis longi nucis muscate galange folij ana ʒ i. croci ʒ ß. fiat pulvis cribatus semper in omnibus istis et consimilibus condimentis ponatur acetum quia multum facit penetrare omnes medicinas et condimenta ad membrorum profunditatem. Bibat vinum clarum odoriferum in quo non ponatur multum aque aut parum ponatur de aqua decoctionis feniculi aut capparis seu acori seu squinanti. Utatur sepe et ante prandium et ante cenam electuario de cardamomo vel dyacinamomo maiori. Confortetur epar cum emplastro facto in cura apparitionis in epate. Cura ycterice facte ex opilatione meatuum quibus colera mandatur ad intestina et ad stomachum ut fiat cum clisteribus lenibus in principio et postea curantur et specialiter cum opilatio istis meatibus fuerit absque febre. Clisteria lenia et convenientia ad istam opilationem in istis meatibus sive fuerit cum febre sive absque febre fiunt ex aqua sicle vel caulium et ex oleo olive vel oleo violarum mellis vel zuccaro et aliquantulo salis et ʒ ß agarici et ʒ ß colloquintide. Purgetur etiam sepe cum reubarbaro cassiafistula et turbit et aqua decoctionis prunorum seminis epithimi vel aqua decoctionis pollitrici agarici pollipodij radicis apij petroselini sparagi et brusci hidiciti et posita in electuarijs et emplastris et saporibus

et pulueribus q̄n est cū fe. et q̄n est absq;
fe. Fiat ut dictū est in cura superiori yctericie
ne fiat et flobotomia in omni ycteritia de sal
uatella manus dextre que est inter anu
larē et auricularē digitum siue sine fe
siue absq; fe. postquam urina inflam
fuerit spissa colorata multū quamuis spis
sa non fuerit quia utilis erit ualde. Cu
ra autem ycteritie facta sunt cū medicinis
intrinsecis et mundificatiuis et remanet
citrinitas in oculis et facie tunc illa ha
bitur tinctura in oculis et facie cū bal
neis rosarum et ablucionē cū aqua rosarum et aceto
Cura ycteritie que fit in die critico uel ex
pulsione colere ad cutim est ut iuuetur
natura in expulsione illius colere ad exteriora
uel eius extractione cū aquis decoctio
nis camomille et aneti et quod sepe et continue
recipiat sirupum acetosum compositum uel oxi
zacharam cum aqua calida aut oximel cum
aqua decoctionis primorum et radicum feni
et apii et purgetur cū reub et aqua decoc
tionis primorum et obseruet dietam in po
tu dictā superius q̄n est cū fe. Cura ycte
ritie ex morsu uenenosorum est sumere
in potu tiriacam aut olim amigd. deinde aquā
granatorum uel uinum de granatis cū aqua
endiuie uel acetosa que melior erit. Clis
teria etiā cū clisteri leniuo et mundificatiuo
cū reub et regantur sicut ycteritiis cū feb.
Sed de ista cura h. 3°. parte illa de ue
nenis largius et melius loquemur
Cura ycteritie propter debilitatem corporis
fellis ab attractione est eadem cū illa que
est propter opilationes meatuum adherentium epati
nam omnia que confortant epar etiam confor
tant fel et econtra et que conferunt epati multo
magis conferunt felli propter alligationem et affini
tatem istorum membrorum ad inuicem. Unde cura
ycteritie prouenientis ex istis causis
diuersis in situ que prosunt uni prosunt
alteri et econtra ex natura affinitatis alligationis
et positionis. Cura ycteritie nigre uitio
splenis fit et fieri debet secundum quod dictum est
cura de magnitudine et duritie splenis
cum fe. et absq; fe. Fiant tamen sepe cliste
ria que ualde utilia sunt ex aqua decocti
onis porri uel caulium uel sicle sene epithi
polipodii cuscute et seminatii cum melle et
oleo oliue et aliquantulo salis. Fiat aliquando
flobotomia de saluatella manus sinistre nam

flobotomia huius uene sanguinem minuit melius
et per hoc alleuiat ycteritiam nigram et
confert egritudinibus splenis specialiter
cū fuerit urina rubia spissa siue febre
siue non. Sequitur

Capitulum cxx de ydropisi

Ydropisis penes phisicorum inten
tiones est egritudo materialis
cuius causa est materia exuberans
frigida et est membra ingrediens
et crescunt per ipsam membra frigida
aut membra omnia manifesta aut loca
priuata in quibus sunt regimina nutrimenti
et humores. Et fit hec egritudo ex
multis causis primitiuis uidelicet ex potu
aque frigide post coitum aut nimium laborem
aut in ieiunio aut balneum. Cause autem
antecedentes sunt complexionales et composi-
tionales nutritiuorum et epatis specialiter ex quibus
innascitur debilitas epatis que est potentis-
sima causa ydropisis et ex debilitate epatis
fit error in mutatione humorum et sequitur
tione superfluitatum que cum non separantur
retinentur propter naturam in epate et uicini
tatibus eius et membrorum adiacentium eidem
et replentur uene et redeunt ad simul. Cu
natura uero est potens in expulsione superflui
tatum et replentur uacuitates que sunt
inter mirach et siphac et fit ydropisis
unde manifeste quod debilitas epatis est
potentissima causa et necessaria in gene
ratione ydropisis quamuis aliqua ydropisis
species incipiat fieri uitio digestionis stomachi et
propter debilitatem primam naturam misto et alia uitio
digestionis membrorum et tertia uitio digestionis
epatis tamen immediate oportet quod unaqueque
causarum inducat debilitatem et errorem
in epate et ex parte digestionis eius et sequitur
tionis antequam ydropisis generetur uel fiat
ex hoc erit manifestum quod possibile est quod
curet ydropisis absq; epatis curatione.
Sunt enim eius species tres tympanites
asclites et yposarcha. Causa tympa
nitis antecedentes sunt mala complexio frigida
stomachi uel calida excedens que debilitat
uirtutes ita quod cibos inuenientes chilum
uel huiusmodi conuertentes ad nutrimentum
membrorum mutari non potest et cibi uentosi
indigestibiles et debilitas uirtutis stomachi
respectu eius que sunt corruptio digestionis

resolvunt ventositates expellendo humiditates. Bibat vinum album odoriferum limphatum cum aqua decoctionis seminis feniculi vel ameos seu amomi. non dormiat in die. parum comedat et cibaria valde digestibilia ut sunt carnes castrati vel edi aut pullorum vel gallinarum perdicum fasianorum et omnium avium degentium in arboribus et in pratis assatas ut plurimum vel elixatas aliquando cum feniculo vel petrocilino conditas cum vino de granatis vel agresta seu succo de berberis aut aceto et cinamomo et cardamomo et croco vel vitellis ovorum cum eisdem condimentis aut oleribus factis ex herba feniculi vel petrocilini. Si autem fuerit absque caliditate manifesta in epate et sine febre curetur cum clisteri quod sic fit. Recipe ameos amomi karui siseleos seminis feniculi ana ʒ ß mellilotti camomille centauree ana manipulum i colloquintide agarici ana ʒ ß pistentur et bulliant et colentur in illa colatura ʒ iii mellis et ʒ ii olei de aneto et ʒ ß salis apponantur.
Aliud ad idem. Recipe centauree maioris herbe feniculi eupatorii camomille mellilotti seminis endivie cicoree lactucarum ana manipulum i colloquintide ʒ ß mellis ʒ iii olei de spica vel de lilio ʒ iii salis ʒ ß fiat ut dictum est de aliis. Super epar ponatur emplastrum quod sic fit. Recipe succi absinthii eupatorii aut solatri ana ʒ iii sandali rubei rosarum rubearum ana ʒ ß olei de mastice ʒ iii aque rosarum et aceti ana ʒ i terminis et pulverizentur etiam corporentur omnia simul cum farina ordei vel lupinorum et ponatur tepidum super epar.
Aliud ad idem. Recipe rosarum rubearum sandalorum albi citrini et rubei ana ʒ ß succi plantaginis et eupatorii ana ʒ iiii mastices nucis muscate capilli ana ʒ iii olei de spica ʒ iii aque rosarum et aceti ana ʒ ß farine lupinorum quod sufficit vel ordei fiat ut dictum est supra. Emplastrum siccum vel vaporem cum seminibus karui ameos feniculi dauci amomi mixtis cum milio furfure et sale mixtis cum siseleos dauci caru et semine feniculi et an pungetur cum pillulis stomaticis alkandi vel pillulis vel cum pillulis que sic fiunt. Recipe hermodactilorum cimini turbit ana ʒ i reubarbari ʒ ii siseleos karui dauci ana ʒ ß agarici colloquintide scamonee ana ʒ ß fiant pillule cum succo eupatorii aut succo cicoree dosis earum est ʒ i usque ad ʒ ii. Scias quod

usus camedrios origani et siseleos sanant timpanitem et eam diminuunt de proprietate. Bibat patiens vinum forte album odoriferum clarum absque aqua non dormiat in die et parum comedat panis eius sit fermentatus salitus et bene coctus in quo semper si est possibile ponantur semina feniculi cimini karui aut pulvis camedrios et origani vel ameos aut amomi. Scias quod comestio carnium assatarum absque pane et cum vino dicto est melior quam cum pane. Carnes dictas supra comedat assatas preter quas vide in medicine. In die vero medicine comedat carnes elixatas cum feniculo petrocilino vel cimino et similibus frangentibus ventositates et condiant sua cibaria cum pulvere qui sic fit. Recipe cinamomi ʒ ii cardamomi ʒ ii cimini karui seminis feniculi ana ʒ ß gariofilorum nucis muscate piperis longi piperis nigri ana ʒ ii croci ʒ i fiat pulvis cibatus et addatur in isto condimento vinum de granatis vel agrestam aut succum berberis vel vinum sumach. Utatur sepe triaca cum vino decoctionis cimini aut ameos mane in comedat dyacuminum vel diacalamentum vel diagalanga mixta cum dyacinnamomo. Si autem non curatur hoc modo procedendum est a principio huius cure et per ordines procedendo. Cura asclitis est quod est cum fe vel epate calido et urina valde rubea cum aqua endivie cicoree et lactucarum et syrupo acetoso composito aut oximelle et aliquando cum eo quod evacuat vel extrahit humiditates absque calefactione ut est aqua cardamomi et aqua infusionis mirab. et ut sunt trocisci de berberis quos facimus aut trocisci de reub. quibus curabatur asclites cum fe. et opate calido ut narrat avicenna in 3° can. de cura asclitis hoc non est separatur quam virtus erat debilis. Cibabat infirmum cum carne edi assati et carne perdicum et carnibus avium silvestrium degentium in arboribus et in pratis assatis et etiam pane de simila ordei et spelte et cum ablutio facto ex lentibus et aceto et croco et hoc faciebat ut virtus conservaretur et nullo modo dabat ei neque cibaria elixata nisi die medicine et solutionis per medicinam et dabat cum medicina per unam diem et die

medicine predicta ubi zia cum aceto medie
fortitudinis et non minuebat sitim ita
libraz et solvebat ipm cum de coctione que
sic fit R mirabo. cit. ʒ. vij. fumiterre
ʒ iiij absinthij ʒ ij eupatorij ʒ ij endi
me ʒ j. spic aromatice ʒ ij. decoquat
in iij lb aq donec redeat ad ij et colet
et misceantur cum ea ʒ iij zucari et sic
bibat. Et iterum cum pill' que sic fiunt cum pre
parabat R lac esule vel laureole et mis
ceat cum sucro et lacte ficuum tamdiu
quod inspissetur et fiant pille de quibus
dabat duas vel iij. dabam magnas ut
citer ante prandium et dabat post illud
in potu infirmo rob de agresta vel sucum
acetose vel de berberis et super ventrem
faciebat hoc emplastrum quod sic fit R
boli armeni vel terre rubee et aqua
et farina ordei et milij et stercus pu
tinum et fimi caprinum et cineres quer
cus et nitri et baurach et sulfur et mis
cebat simul et solvebat infirmum omnia
cum aceto super epar ponebat aliud
quod sic fit R sandal' al. rub. et ru. rosarum
succi solatri succi eupatorij et absinthij
farine ordei an et aliquantulum aceti
et miscebantur simul et solvebat infirmum
eundem unctiones cum sy° in quo infu
debat mezereon et mirtus aut vinum cum
aut lac esule aut laureole et credebat
de fructibus ficus siccaz et nuces et
zucarum et percipiebat ut sustineret et sitim
Et quando ut dixit credebat folia mezereon
.i. laureole et permiscebat cum melle fi
cuum et dabat ei ante comestiones et
post per mel ficuum intelligas dulcedinem
ficuum cum eius humiditate vel mel in quo
ficus involvitur. Et ad ultimum non omnino
liberaz ipm die uno aber pulsione her
sunt verba priora. Et hic est modus cura
tionis quem multotiens fecimus ponemus
Sed sciendum est hic quod quando asclites fuerit
cum fe et virtute debili et eius urina
fuerit rubea et tincta et mixta cum
difficultate quod male aut nunquam curabitur
et hoc meis temporibus fuit verificatum
Sed si urina fuerit multiplicata in quanti
tate. fuerit et absque difficultate expulsa
et color omni die fuerit remissius bene
asclites cum fe. pot beneficio medicinali
curari si deus voluerit hoc modo paz

comedat et hora comestionis non bibat
si est possibile sed post comestionem per
duas horas vel tres Si vero a potu
comestionis abstinere non pot parum
comedat et parum bibat et nullo modo
in die dormiat nisi propter necessitatem sicut
quando esset nimis debilis aut quando non dor
miret de nocte Et si sitis ante pran
dium vel post nimis eum infestaret ab
luat os suum cum aceto vel gargarizet ace
tum medie fortitudinis cum aliquantulo
vini albi odoriferi et erit utile Sed
hoc aut omnem sitim minuit et removet
per viam sui Comedat panes de simula
spelte vel ordei conditi in cardamo et
amo et se. feni. Comedat carnes edi vel
castrati vel arietis animal' coctas cum vino
de granat' aut agresta vel succo berberis
aut succo acetose et aquaz ciculum vel
lentium. aliud comedat in aqua ponat pul
vis aloes amoi cinamoi cardamoi croci
et se. feni et lon. piperis Comedat carnes
animalium silvestrium non degentium in aquis
assatas vel coctas in testula vel pastillo
conditas cum vino de granat' vel aceto
aut agresta vel succo berberis vel acetose
et dicto pulvere Scias quod comestio
carnium conditarum ut diximus bone ante
pane et potu esset melior quam cum pane
et potu Sed potius per duas horas vel
tres esset magis util' quam hora comes
tionis et multiplicatio carnium assatarum
vel coctarum in pastillo vel testula condi
tarum ut diximus est melior quam comes
tio carnium elixatarum et etiam quam co
mestio brodij herbarum dictarum et cura
ducens ad sanitatem Sumat pro
potu asclites cum fe. vinum al. odori
ferum clarum optimum in sapore limphatum
cum aqua decoctionis corticis acetose et
dinie berberis et apij aut capparis et
sit quantitas aque ut erit quantitas vini
et plus si vinum fuerit bonum vel minus
si vinum non fuerit ut scriptum est Super
epar et super ventrem emplastra dicta
ponantur post duas aut tres purgati
ones Nam non sunt bona ymo mala in
ydropisi omni nisi post quam urina et cum con
victa manifeste incipit minui et hoc
per longum usum manifestum est nobis et
meis annis quando usi sunt. hec purget semel

Bibere quando 3
Gargarizet ... absque ...
sitis minuitur
Comedat
Carnes assate meliores
Potus
Emplastrum
Nota

inebdomada uel bis aut ter si tenor
est virtutis et purgetur cum medicinis
que ut plurimum ducunt per urinas. Na
in omnis ydropisis et specialiter asscli
tes non fiat nisi ex materia quam natura
colorica deputata expellere non pot
uel in qua natura sequestratorum facere non
potuit unde remanet in epate in partibus
nutritivarum et implent ex illa materia
uel humiditate concavitates epatis et ce
lera nutritivorum tam diu quod bene in
trat uiter in venis et siphac in nisi sint
et sic inflatur venter et fit ydropisis
patet ergo per iam narrata causam
et per id quod dictum sunt in primo quod
medicine urinam provocantes cum
solutione ventris omnibus aliis in hac
passione utiliores et meliores sunt. Et
hoc apud nos manifeste sunt verifi
catum per usum et per dicta phorum.
Pille que resolvunt ventrem cum provo
catione urine sic fiunt. Recipe reubarbari ʒ
i turbit agarici colloquintide ʒʒ ana
ʒ i endivie lactuce acetose apii ana
ʒ s. informent pille cum succo lactuce
uel endivie dosis earum est ʒ i et s uel
ʒ ii. Ad idem Recipe scamonee ʒ s rosarum
rubearum ℈ s seminis endivie lactuce acetose
apii ana ℈ ii colloquintide reubarbari ana ʒ
ii fiant pille cum succo endivie uel lacht
ucarum uel acetose. Dosis earum est ʒ i uel
ʒ i et s ad plus et minus secundum virtutem.
Si autem pillas recipere non posset sumat
decoctionem que sic fit. Recipe aque decocti
onis seminis endivie lactuce seneriosi
prunorum seminis apii ana ʒ iiii et super
duas ʒ pulveris ʒ s turbit fundatur
aqua ipsa dum fuerit fervens et totum
hoc dimittatur sic usque ad horas vi. hic
coletur et detur cum ʒ ii sirupi acetosi.
Utatur sepe in die dyacurcuma mixta
cum sirupo rosarum veterum et seruum bibat tria
cochlearia dicti sirupi sicut supra posset aliquis
sumere de pulvere qui fit ex epate lu
pi exsiccato et pulverisato ʒ ii vino
decoctionis passularum uel vino decoc
to quod appellatur rob quia de proprietate
et per naturam suam hanc curat infirmita
tem. Hec est cura que est conveniens
asscliti cum febre uel calitate extrinseca.
Cura asscliti que est absque materia rubra

uel febre aut absque forti calitate est ut pur
getur cum pillis fetidis uel cum pillis que
sic fiunt. Recipe foliorum mezereon ʒ ii castor
ei ʒ i reubarbari ʒ i et s rosarum rubearum masticis
ana ℈ i turbit agarici colloquintide
ana ʒ s fiant pille cum succo eupatorii
uel absinthii dosis omnium istarum pillarum est
a ʒ i usque ad ʒ ii. Si autem pillas istas
recipere non posset purgetur cum medici
ma que quod sic fit. Recipe reubarbari pulverisati
et cribrati ʒ ii et super ipsum fundantur
ʒ iiii aque decoctionis seminis apii feni
culi petrosilini capparis acori lactuce scariol
le acetose seminis dentis leonis ʒ ii. oximell
compositi in manibus. De complexione
post purgationes super epar super stomachum
ut dictum est supra hic in die comedat
diacurcuma ad modum nucis magne
ante cenam et ante prandium et post illud
bibat ʒ ii vini veteris puri aloderisi
uel nobili fortissimi uel magistri uel dya
lacca uel de elacio de scorzia ferri que
omnia fient mandoratio. Si autem
hec egritudo esset cum fluxu ventris
uel solutione nimia [illegible] solum cum medi
cina que sic fit et preter quod sumat aliquam
medicinam solutivam uel purgativam. Recipe
spodii cerusse galle balaustiarum sumach
seminis tamarisci et acetose ana ʒ i api
sqinanti ana spice reubarbari lacte coriandri
rubee capparis ana ʒ s endivie seminis
ʒ s seminis agni casti seminis porri ana ʒ
i opii ℈ s camphore sextam ʒ s fiant
trocisci cum succo berberis uel citoniorum
et sit quilibet trociscus ʒ ii uel i et s ad
datur cum vino decoctionis citoniorum
uel berberis uel sumach si fuerit habunt
fluxum ventris rob uel succum citoniorum
cum vino uel sirupo de mirtis uel de agresta
aut trociscos stelle cum eisdem sirupis et erunt
meliores. Curavimus quemdam asscli
tum qui vocabatur dominus azo de gaudiis bon
ebat de civitate parme solum cum trocisis qui sic
fit et continuo usu diacurcume maioris.
Recipe turbit ʒ i zuccari ana ℈ ii scamonee
electe grana viii et terunt et incor
porentur cum vino hoc recipiebat trocis
cus semel in ebdomada in matutinis et as
sellabat quater uel quinquies omni die ante
prandium et ante cenam sumebat ad modum
nucis dyacurcuma et post illud bibebat

Quomodo hydropis fiet dicit ydropisi
pille ydropicorum sic fiunt
alie
Decoctio
Dyacurcuma
pul
Cura asscliti absque materia et fe

at optimum vinum albi odoriferi et sicut
emplastris dict7 supius et dieta bona li
beratus fuit per fre per mediam viam
infra menses sex et vixit in bona sani
tate longo tempe Et erat eius etas
tempe infirmitat7 plus annis xl erat
etiam in infirmitate sua sat7 bone vir
tutis et eius appetit9 satis bonus et
erat absqz febre et absqz fluxu ventris
sed eius venter et testiculi erant in men
se inflationis et eius urina erat bene
rubea et semp bone quantitat7 Die
ta eius fuit talis sicut narrabit hic
multum fricabat et abluat os suum et gar
garisabat aceto medie fortitudinis et
aliqn miscebat cum illo aceto de vino
et aliqn panis ergo asclit7 absqz fe et
absqz caliditate sit talis ut scriptum est
sup et modus comedendi silr cu tempe
Comedat carnes assatas auius silues
trium non degentium in aquis et intestina
et in pastillo conditas cu allijs et pet°
et carnes edi et ariet7 annalis uel cas
trati assatas siliter gallos capones
et gallinas conditas cu allijs et petro
Comedat pisces salitos siccos cu sina
pi et allio nuces et ficus siccas sepe
et vitellos ouoz7 Nullo mo comedat
carnes elixatas nisi die purgatio
nis et tunc elixent carnes et sua ciba
ria cum porris et caulibz sed comedat
ipas res et carnes elixatas cu sinapi
uel cum allijs coctis ficubz siccis uel
nucibz aut passul' Condiant omia
sua cibaria cum puluere qui sic fit R
piper lon garioff nuc muss galan
ge folij ana ʒ ij carda moi ʒ iij croci
ʒ i fiat puluis cribatus Nam hic pul
uis aperit et resoluit aquositatez et re
tinet appetitum In omnibus suis comme
tis ponat vinum de granat7 aut agresta
aut succus berberi aut acetum si non
presto est aliud Bibat parum et ne dor
miat in die et abluat sepe os suum cu
aceto medie fortitudinis s' cu aceto
mixto cum vino quia hoc extinguit
sitim valde ydrop sepe et non bibat
hora comestionis si est possibile aut
per duas horas uel tres Nam tollerar
sitim in veritate in ista egritudine a
quositatez desiccare facit Sit

vinum eius odoriferum clarum subtile aliqn
et vetus si est possibile inveniri debi
nans ad rectitudinem in quo non ponat
aliquid aque nam nisi aq ydrop no
cet ut dicit auic li iij Circa asclit7
ne dum bibe puluis epat7 lupi ex siccat7
si sumat ieiuno stō cu vino suo uel
rob sanat ex proprietate hanc passioz
et in hoc conueniunt omes phi Emplast'
epar et venter cum emplastris dictis
supius et spaliter post purgationes
erit multum utile sed ante purgatioz
modicum repletur Sumat tiriacam cu
rob aut vino sic per interualla et
post purgationes multum confert et
est bonum Iet est uera cura asclitis
absqz fe et vehementi calit7 epate
et qn est absqz fluxu ventris Nam ydr°
pisis que e cum fluxu ventris et
fit vir tut7 debilitate et urina pauca
et rubea nunquam curat aut male pt
curari et si cum virtute fuit satis forti
Nam pp fluxum medicus non inveni
tam ex siccationis humiditat7 reclu
se inter mirach et siphac intrinseci
eo q si cum exiccatiuis et resolutis
procede voluit fluxus multiplicabit'
et debilitas virtut7 augmentabit'
et nescit et h' habet locum qn fluxus
ventris fuit absqz infirmi alleuiatoe
Si vero fluxus fuerit in ydropico
cum causa manifesta alleuiationis
infirmi tunc est utilis et conseruandus
Nam signum est quia sic ingenio et
pp melius hoc patitur Scriptum tn
est supius qualiter medicus debet
procede in ydropisi cu fluxu ventris
comodo assend' ut dicit auic li° 3° circa
asclit7 q flora non est conueniens ali
cui ydropicor7 nisi qn fit ydrop ex re
tentione san aut accidit mulieribz
pp menstrua aut habentibz emor
roidas et constringunt' vnde in alio
ptla vj emorroidas antiquas sine
vna relicta fuit periculum est ydro
pisim fieri aut per ptisim et in hoc
casu flora prodest ydropisi et silibz
Almansor li° diuin et auic li 3° ca° de
cura asclit7 voluit q qn venter aug
mentatur ydrop et bibite medicine non
multum conferunt uel conferre videntur

Auic

Emplastr

Curam

De fluxu ventr
ydropico cum
fluxu ventr

De flora in
ydropico

ydropi

Almansor
Auic

Nota bn

et etiam ex tisice empliatur quod incisio
sub umbelico per tres digitos continu
os fiat vel circa etc. Sed hic modus cu
rationis non michi placet sed relinquere
infirmum melius est et honorabilius
et quod aqua non extrahatur subito sed
paulatim et per longum tempus successi
ve quia cum eius evacuatione spiritus
vitalis et calor resolveretur fieret sinco
pis et mors finaliter nam cum omni su
perfluitate naturali bona vel mala vel innaturali
que expellitur extra corpus semper semi
de calore naturali et spiritu aliquid expellitur
ex resolutione quorum debilitatur ut
vult Avicenna libro primo fen 3a capitulo de regimine
adolescentium. Sanum et utile consilium
videtur omnes incisiones in ydropisi dimit
tere nisi virtus sit multum fortis
dicens quia secundum hoc plures meo tempore
vidi mori ydropicos in quibus facta
fuit incisio manualis aut cum ferro
sed vidi aliquos liberari qui per fri
cationem ventris vel scalpillationem pel
lem vulneraverit ita quod aqua exibat
tam diu quod venter omnino detumesce
bat et sanitati post hoc infirmus resti
tuebatur. Sed si post exsiccationem
aque vel resolutionem medicus vel in
firmus non instabat cum confortatione
nutritivorum et epatis et restitu
tionis complexionis debite et compositionis
quod in brevi rendebant in pristinas dispo
sitiones et moriebatur. Sciendum est
hic quod quidam antiquorum dicunt quod as
chites est deterior tympanite et quidam
dicunt econtrario. Tamen enim dicunt quod aschites
est deterior tympanite respiciunt cau
sam antecedentem in epate scilicet opilationem et caliditatem
in epate vel multiplicatam ex parte cole
que non mundatur ad loca sua. Nam talis
dispositio inducit medicum ad hoc ut
utatur contrariis in cura istius scilicet calidis
contra opilationem ut fiat deopilatio et
frigidis que colerum retentam in epate propter
opilationes ne inflammet et hoc est
gravius et difficilius quam uti rebus ca
lidis tantum vel frigidis in curatione alicuius
infirmitatis. Sed si vellet in cura as
chitis tantum considerare causam coniunctam que
est aquositas multiplicata inter mirach
et syphac que inducit curationem ad hoc

ut cum rebus calidis et siccis resolutivis proce
dat hic utitur tantum rebus simplicibus tantum calidis
et non contrariis et hoc est levius curatori
infirmo et nature. In tympanite e
contrario considerando contraria quod qui dicit tympan
ites est deterior aschite respicit causam
coniunctam que est ventositas non pura
sed mixta cum humiditate vincente in com
mixtione ventositatis et est reclusa
inter mirach et syphac intrinsecum con
quam causam si solum cum calidis procedere
voluerimus curando ventositatem multi
plicabit eandem resolutionem humiditatis in fumum.
Si vero cum frigidis vel debilibus calidis pro
cedere voluerit nunquam removebit vento
sitatem sed eius materia multiplicabitur et sic
eius cura nunquam terminabitur. Sed si
causam antecedentem que est mala digestio
stomachi solum considerare voluerit non requiritur
in cura istius nisi multiplicatio rerum que
habent confortare digestionem et stomachum et
sic respectu istius cause bene curaretur
et eius fines medicus leviter absque
difficultate consequetur. Unde dicendum
est illis qui dicunt quod aschites est deteri
or tympanite verum est ratione cause antecedentis
considerate in epate. Illis vero qui dicunt
quod tympanites est deterior aschite verum
est ratione cause coniuncte que est utrumque
inter mirach et siphac internus que
egritudinem retinet in esse immediate
et hoc totum est manifestum ex causis
narratis hic. Cura yposarche est
omnibus aliis levior et potest in paucis diebus
absque difficultate fieri et nullus quasi
ex ea moritur nisi aut per ignorantiam
aut per inobedientiam. Si autem hec pas
sio attingeret mulierem propter retentionem
menstruorum que est ad epar et ad membra
redundaverint. Vel supervenerit viro
qui consuevit habere emorroidas et modo
non fit flobotomia de saphena que est in his
in talo erit valde conveniens et bona et
maxime si mulier fuerit eius etas infra an
nos xxxvi et etas viri infra xl annos.
Aliter autem flobotomia in ydropisi non lau
datur neque fieri debet. Purgetur cum pillulis
que sic fiunt semel aut bis in ebdomada. Re
agarici colloquintide mezereon turbit ana
℥ anisi seminis feniculi apii ana ʒ i reubarbari
ʒ ii fiant pille cum succo absinthii dos

an aschites sit dete-
rior tympanite et
econverso

Cura
[illegible]

flobotomia

pill

albuginis oculorum vel cum lividitate vel plumbeitate et carens appetitus eo quod nichil de melancolia mandatur ori stomachi ut confortetur appetitus ut consuevit mandari quia nihil attrahit splen de melancolia ab epate propter debilitatem eius et quod locus qui est circa splenem frigidus sentitur per tactum et urina apparet turbida et clara supinus. Cura debilitatis splenis ex caliditate est confortare splenem cum oleo rosarum mixto cum capparo cipero et croco et succo eupatorii vel endivie aut cicoree vel lactuce et absinthii et aliquantulo aceti et succo acetose vel cicoree. Ponatur ventosa magna super splenem absque incisione et hoc sepe. Fiat flobotomia de salvatella manus sinistre que est inter anularem et auricularem digitum. Bibat vinum album forte et bonum in quo ponatur de aqua et comedat carnes castratorum et edi et arietum et pullorum et similium conditas cum agresta vel succo berberis aut vino de granatis seu aceto et pulvere specierum qui sic fit ℞ cinamomi ʒ i. cardamomi ℈ ii. croci ℈ i. fiat pulvis et utatur rosarum novella in qua pro qualibet ʒ miscetur trocisci stelle et ʒ i. vini de granatis. Si autem materia aliqua videretur multiplicata in loco purgetur cum reubarbaro sive epithimo et polipodio et prunis aut cum reubarbaro simplici et aqua calida. Cura debilitatis splenis propter frigiditatem est in motu et fricatione eius vel super locum sub quo continetur cum manu et equitatione et exercitio. Confortetur cum emplastris factis solum ex armoniaco vel ponatur super ipsum unguentum quod sic fit ℞ succi absinthii ʒ iii. aceti ʒ ii. armoniaci ʒ. bdellii oppoponaci serapini ana ʒ ß olei de oliva ʒ ii. dissolvantur gummi in aceto et succo et postea reducantur ad ignem cum oleo et succo et aceto et cum omnia fuerint dissoluta addatur ʒ ß cere cum eisdem et liquefiant omnia et colentur cum stamine et de hoc omni die ponatur super splenem hoc enim calefacit ipsum et confortat et removet eius debilitatem. Ventose magne absque scarificatione super ipsum aliquando ponantur. Indicatur per istum modum confortatio attractionis super splenem et in splene et dilatant vie eius et aperiuntur. Bibat vinum odoriferum atque vetus vel novum clarum. Comedat carnes dictas supius elixatas cum caulibus et porris. Et de brodio ipsarum herbarum et earundem carnes comedat multotiens assatas vel coctas in pastillo vel testula. Et condiantur cibaria sua cum vitellis ovorum et croco et pulvere qui sic fit ℞ piperis longi ana ʒ ß cardamomi capparis gariofili nucis muscate foliorum galange ana ʒ i. croci ʒ ß fiat pulvis cum [illegible]. Si autem materia melancolica vel flatica habundare visa fuerit purgetur cum pillulis fetidis vel stomaticis alkandii vel ex decoctione que sic fit ex ℈ i. elleborini ʒ ii. reubarbari dissolutis cum aqua feniculi decoctionis prunorum sive epithimi et coletur hoc totum cum datur et sit quantitas aque in qua infundantur ista et reubarbarum ʒ iiii. postea dari solum reubarbarum cum vino puro et erit utile et bonum. Nam ista medicina confortat epar et splenem et aperiunt omnes opilationes harum nutritionum et miseraicarum et excitant appetitum et confortant removendo melancolias et flegma et digestionem instrumenti et membris omnibus et removent debilitatem a splene et ab epate. In hac passione et similibus bonum et utile est non dormire in die. Sequitur.

Capitulum cxxii. De magnitudine splenis. R.

Magnitudo splenis quedam est cum febre et quedam est sine febre et hec que est sine febre quedam est que est antiqua et diuturna quedam est que non est antiqua neque multum diuturna. Fit autem semper ex materia multiplicata in ipsa que est faciens opilationes in meatibus ipsius splenis et per hoc eius substantia quantitate huius multiplicatur ad tactum et durescit cum nichil a parum de illa materia infiltrata in splene vel multiplicata materia resolvatur et fit per hoc inconveniens in splene ad recipiendum et ad trahendum superfluitates que in epate generantur vel fiunt. Signa magnitudinis splenis sunt manifesta ex tactu super latus sinistrum et ex duritia eius et ex apparentia sive eminentia in dicto loco. Cura magnitudinis splenis cum

se est ut nocet febris simili quod fuit ut infe
rius 2° dicemus non negligendo magni
tudinem splenis qui fiat ad curam eam quod
se non noceat aut parum noceat non sen
sibile sed vaporet splen cum aceto forti in
fide imponatur super ipsum filtrum vel pecia
infusa in aceto decoctionis mellilotu
ros rub. flor. camomille vel absinthiu
sumat sirupum acetosum cum aqua decoctio
nis capparis aut radicis cicoree endivie
lactucarum scilicet recipiat aliquando dyarodon
abbatis aut ros novellarum aut trociscorum
de ros qui sunt in febris. Cura eius
quando fuerit cum successione aliarum febrium
aut contingerit post se est vaporatio cum
aceto forti in quo bulita sint ruta et
calamentum assari et capparis et super ipsum
ponatur filtrum infusum in eodem sepe ante prandium
dium et ante cenam bibat oximel compo
situm vel sirupum acetosum cum aqua decocti
onis capparis radicis capparis asari api
et mirtillorum et sumat trociscos capparis
vel agni casti sepe cum sirupo acetoso vel oxi
mell et aqua cicoree vel endivie. Sumat
electuarium de ciclamino aut galan. Bibat
vinum album odoriferum in quo ponatur denique
decoctionis scilicet lactucarum endivie vel
cicoree. Comedat carnes coctas cum
feniculo et petro. conditas cum aceto et
pulvere qui sic fit: ℞ cinamomi ℥ i. car
damomi. lon. piperis. garios. ana ʒ ii. cro
ci ʒ s. fiat pulvis cribratus. Cura ma
gnitudinis et duriciei splenis absque fe
bre quando antiqua non fuerit est ut sumat omni
mane trociscos unum ex trociscis de agno
casto cum sirupo acetoso de zuccaro qui sic fiunt:
℞ seminis agni casti seminis tamarisci am
borum ana ʒ x. scilicet endivie et portula
carum ana ʒ v. conficiantur cum vino et sit
pondus unius cuiusque ʒ iii. Si autem esset
multum repletus fiat flebotomia ex salvatel
la que est in manu sinistra. Abstineat
omnis spleneticus a rebus unctuosis et
grossis viscosis et dulcibus. Bibat vinum
clarum odoriferum vetus vel novum clarum
absque aqua. Comedat carnes castra
ti arietis annual et edi et carnes galli
narum pullorum et caponum masculorum cum
incipiunt cantare et carnes caprarum et ca
prioli et carnes omnium avium degentium
in arboribus et in pratis et non in aquis

et specialiter vitet carnes avium habentium
longa colla et crura longa sicut sunt ali
quando cum feni petro. porris et caulibus
et aliis coctas intestina vel pastillo aut
in veru potest comedere brodium lenticularum et
vitellos ovorum et allia cocta nuces et
ficus siccas et pisces assatos cum sinapi
in quibus cocta sint allia. Condiantur omnia
sua cibaria cum aceto vel vino de granatis
et sinapi vel pulvere qui sic fit: ℞ piperis
℥ i. piper lon. cinamomi galange ʒ ʒ. gar
iof. foli ana ʒ ii. croci ʒ i. fiat pulvis.
Super splenem ponatur filtrum infusum in ace
to calido in quo dissoluta et decocta sint
armoniac et nuces tamarisci et cap
paris et semen endivie et staziosi aut
flor. camomille mellilon et absinthii.
Cura magnitudinis splenis cum durcie
quando antiquata fuit est ut sumat unum
de trociscis capparis qui sic fiunt: ℞
corticis radicis capparis scilicet agni casti
ana ʒ x. scolopendrie ʒ vii. aristolon
foliorum rute et scilicet nasturcii acori megelle
ana ʒ iii. dissolvatur armoniacum cum aceto in
quo cetera conficiantur et informentur tro
cisci pondus quorum sit ʒ iii. ex quibus unus
cum oximell composito vel apozimate
de radicibus in potu sumantur. Aliud ad
idem ℞ fructus tamarisci ana iii. piperis
albi spice armoniaci ana ʒ ii. terantur omnia
preter armoniacum quod dissolvatur in aceto
squillitico et cum ipso conficiantur trocisci
et sit pondus unius cuiusque aurei 1 dantur
in potu ut superiori. Fiat emplastrum super sple
nem ex armoniaco vel ponatur filtrum
in aceto decoctionis asari armoniaci
capparis acori api mirti cipressi absin
thii fumi terre et fricatur aliquando cum oleo quod sic
fit: ℞ succi eupatorii absinthii cicoree
aceti ana ℥ ii dissolvatur gumme in aceto
et succis et post dissolutiones reducantur
omnia ad ignem et dissolvatur et addantur
pinguedines et dissolvatur cum eis et
post dissolutionem coletur totum et ponatur
hoc mollificat durities et aperit opila
tiones splenis et diminuit magnitudines
et confortat et mollificat nodositates
in cibo et potu et regimine omnia fiant ut scrip
tum est supra. Attendendum est hic quod in omni
magnitudine et egritudine splenis purga
tio fiat cum pillis fetidis vel cum decoctionibus

de rob' dictis et ellô nigro et pillis sto
maticis est utilis et conveniens postquam ma
medico fuerit manifesta et etiam flobo-
tomia salvatelle manus sinistre si habitudo
fuerit carnosa et bene forti non erit
mala primo conveniens Omnis splenet
icus abstineat a sompno diei pro posse
et erit bonum Sumat sepe dyaturtima
dialacca et electuarium de scoria ferri et dya
curcumomum confectum cum limatura a
cinis abluta cum vino aceto et hoc specia
liter post purgationes in libra una cum
libet elli ponant' ʒ ij vel ʒ iij et s(imi)li(ter)
hanc ... plus Signa inflationis
pp ventositates sunt tensio sub latere
sinistro absque ... dico et quando premitur
si super ipsum sit planum preter quod doleat
et provenit ex eo cum vehementer premitur de
super eructuatio aut rugitus Cura istius
inflationis est ut sumat trorisc' de cap
pare cum vino veteri et ex melle composito
Et sumat dyacuminum et diagalangam
et electuarium de scoria ferri et vapore hu
cum vino decoctionis mentastri carvi
satureie siseleos et origani et cimi(ni)
vel cum milio calefacto et furfure et sale
torrefacto facto in sartagine Dimittat
omnia unctuosa et bibat vinum album optimum
absque aqua et utatur dieta et aliis cortis
ut dictum est supra et cumino in suis condi
mentis feniculo et carvi origano et
satureia laboret et abstineat a sompno
diei et quiete pro posse Sumat quoque
de bravia cum vino decoctionis cimini vel
carvi aut ameos vel amomi origani satu
reie Sciendum est quod usus troniscorum
capparum dissolvit magnitudinem dura
tionem opilatione et crossiciem splenis de
proprietate ut vult serapion et omnis iunior
conveniunt curatur et dicit quod si peroral vel
~~...~~ ... iste troniscus per longum
tempus et post hoc quod splen invenitur
... pp causas non credimus Sequitur

Capitulum cxxiii de reten cione fecum

Et passio fit aliquando ex re
tentione fecis fit ex et
retentio fecis fit ex sicci
tate et siccitas fit aliquando

pp siccitatem ciborum aut pp multitudinem
urine itaque tota humiditas actualis ciborum
transit cum ipsa urina Aliquando pp caliditate
ventris que humiditates fecium designat
aut accidit colerici et laboratoribus
Aliquando accidit ex nimia caliditate aeris vel
laboris seu sudoris in balneo quod trahit
humiditates fecum ad cutim Aliquando con
tingit ex siccitate ipsorum intestinorum Aliquando
fit ex flate crosso agregato in intesti
nis fit etiam ex paucitate effusione colere
ad intestina unde excitatur virtus ex
pulsiva et fit vasitatem siccitas in fecibus
pp longas moras Signa retentionis
fecis pp multiplicationem urine est difficul
tas et raritas egestionis et sic cum cali ...
sensibili circa renes Signa retentionis
fecis pp ventris calitatem sunt veheme
na sitis et fecis siccitas semper et sensibilis
ardor hora egestionis Signa eius
que fit ex vehementia calitatis aeris
aut laboris vel sudoris in balneo sunt quod
fex retinetur et ex siccatur post cibos
sumptos sicut ex siccatur post sudorem
multiplicatum in balneo aut post laborem
vel calitatem aeris tangentis corpus
Signa eius que fit pp siccitates corporis
sunt paucitas fecis in omnibus digestionibus
sue sanitatis et squibale cum emittuntur
cum eis Squibale sunt egestiones que
emittuntur in modum nucum et multitudo
famis et vehementia appetitus et sic
citas fecis plurima semper Signa
eius quod fit pp siccitates ipsius intestini sunt
extenuatio mirach ventris et subtili
tas et ut non inveniatur causa siccitatis
fecis et difficultas exitus eius et est
cum ea sitis et ardor cum excoriatione
hora egestionis Signa eius que est
ex crosso flate agregato in isto et intesti
nis est illa que fit frequenter plurimum quod fit post
sanctitatem nauseativam plurimam et fex
retinetur et ventositas et odor multiplicatur
et fetet eructuatio desuper et multiplicatur
nausea et fit dolor fortis et sudat sudore
forti et fumo infirmus Et eius urina
est alba spumosa valde Signa eius
que fit pp paucitates colere que effunditur
ad intestina sunt difficultas exitus fe
cis et albedo egestionis et inflatio ven
tris et commotio cum vomitu colerae vel

cu rubedine urine uel eius siccitate
Cura colice q pronenit ex siccitate no
est ut eger sumat in potu iulep aut sy
viol' uel sy de nenufare aut decoctionem
onem ficuu uel passulaz uel rob dulce
aut oleu sisaminu in quo dissolutu sit
de zuccaro quantu ipm est super ignem
de penidiis Fiat sepe clistere lenitiuu qd
supius diximus et quod dicemus in hoc
ca inferius Bibat vinu limphatu
albu cu aqua de corticibus lactucaz uel
endiuie uel spinachie aut violaz aut
nenufaris aut cu aqua calida Et come
dat spinachia maluas mercorellas in
quibus cocte sint carnes castrati arietis
et edoz et comedat brodia gallinaz
et pulloz pinguiu et abstineat ab oi
bus stipticis et ponticis et constrictiuis
Cura colice que fit pp siccitates fecu
dirigentez ex multitudine urine est
ut patiens comedat carnes passulaz
et anatis et dathilos et sisamos factos
cu amido et butiro cocto cu farina ordei
et butiz crudu et penidios et ficus siccas
cum butiro et assiduare acceptionem
medulle cassiefistule et mane et sy viol'
vel de nenufar et prima infusa in pala
tione meatuu Comedat marcorellam
spinachia maluas cucurbitas in quibus
coquant carnes pingues et pinguedi
nes auiu et aialiu et comedat de ipis
carnibus cum rob uel zuccaro mixt cu
vitell' ouoz et butiro Vngat renes se
pe cu oleo de nuz uel ros mixt cu pul
uere bo ar et aliquantulo aceti Bibat
vinu dulce claz limphatu uel rob mixt
cu aqua Cura colice que fit ex siccitate
fecu dirigente pp calitates ventris est
ut comedat cerasa humida recentia et p
sica humida recentia et melachia i cum
machos et prima mollia recentia et ficus
humidas recentes et uuas recentes et silia
Et de herbis spinachia atriplices et mal
uas et lactucas portulacas et cucurbi
tas et melones et silia Et carnes vituli
nas et agninas et porcellinas coctas in
eisdem herbis et extremitates aialiu
Condiant oia ista cu aceto agresta uel
vino de granatis et succo berberis et de
mirtill' Bibat vinu debile limphatu
multu Clisterizet cu clisteri lenitiuo
quasi omni die Cura colice ex siccitate
fecu dirigente pp labores uel aerem ca
lidum aut pp sudorem in balneo est in
vngere totu corpus cum cera et oleo
ros uel de nuz uel intrare balneu factu
ex aqua de corticibus ros foliez salicis
uel aque frigide de corticibus solatri et san
daloz et dimittere labores et alterare ae
rem cum frondibus arboz frigidaz et ro
rare corpus sepe et aspergere aquaz ros
in cibo et potu et sta clisteribus frigi
diuz humidoz fiat ut est hic sup immediate
diate Cura illius que fit pp inanitatem
est ut sumat in cibo carnes pingues
s. porcoz habentiu pinguedinez multas
Et bibere vinu dulce crossu nouu in
quo ponatur de aqua Et comedere se
pe et multu hora vna et quiescere et
dormire et abstinere ab omni labore
et motu et coitu est conueniens et tunc multu
quiete et sopno et vngere totu corpus
sepe cu oleo ros et cera mixt uel oleo de
nuz et cera et itez intrare balneu aque
dictaz illic est util' et conueniens et uti clis
teri lenitiuo si no assellaret die quolibet
Cura colice que fit pp siccitatez intestinoz
est administrare vinuz dulce nouu sepe et
multu et vuas recentes et cerasa et come
dere brodia pinguium auiuz et aialiu stre
iemino et sumere aliquod in potu de oleo aliquo
ante cibum semp uel ut plurimu Come
dat faseolos et aquas eoz coctas et
conditas cum carnibus pinguibus et
aquas lenam in qua butirz uel pingue
do cocta sit Clisterizet cu clisteri
facto ex oleo viol' uel de nenufar et
aqua violaz et maluaz et mercorelle
in qua ponatur aliquod mell et parz salis
et intrare balneu tepidu tone dolo
ris et est util' aliter non Cura coli
ce que fit ex flatu grosso aggregato in sto
et intestinis est ut hora accessionis uel
exacerbationis fiat primo clistere lenitiuu et si
non sufficiat fiat 2o magis forte et si hor
dolor non remouet clisterizet cu acuto
Confertho clisteri lenis qd fit in febribus
et est ei conueniens sic fit Rx aq decoctio
nis blete lb i uel ℥ sal' ʒ i uel ij olei viol'
ʒ iij supponatur tepidu Si aut infirmus
fuit absque fe in predicta aqua ponatur pulmo
fistice et ʒ iij mell uel zucri ros ʒ ij

sal' et ℥ i olei de oliva Clistere for
tius isto sic fit ℞ fenis cicinas mio
xlv. furfuris pugillum unum et pugil
lus unum altee sicce ℈ i et coletur et
conficiat' super eam ʒ i sal' uel ii et ℥
i olei uel ii uel iii Et super fortius fac
uoluis ponas cuneo aut i uel ii de sup
positorio albo uel colico quod sic fit ℞
sal' duri ʒ x colloquintide stamonee an̄
ʒ ii et ʃ terantur et puluerizentur hic ē
puluis suppositorii albi et cum isto puluē
fiat suppositoria longa cum aliquo licore
Nam remouent colicam uentosam et hu
moralem ex materia grossa uiscosa frigida
Clister fortius et quod dicitur acutum sic fit ℞
colloquintide ʒ x centauree minor ʒ v
rute calamenti origani barbe maie sa
turegie an̄ ℈ i decoquantur deinde
dissoluatur in ea olei uel sepi arietis et mell'
an̄ ʒ i castorei ʒ ii sap ʒ i oppopo
nac ʒ ʃ uel i suppositorii albi aut i
olei de spica uel de lilio ℥ ʃ fiat ex
omnibus clistere dissoluit colicam uba
cam cum est fortis et hoc est clistere
acutum Et si dolor fortis uel difficul
tas minus ponatur in ipso quantitas cicere
opii Confectio alia clister' frangen
tis uentositates ualde coquatur cuminum
in oleo tribus uicibus deinde sumatur
ex eo ʒ xx et dissoluatur in eo castorium
opponac' sap a ʃ ʒ usque ad ʒ i et
clisterizetur Et si fuerit dolor forte
ponatur in eo quantitas cicere opii re
mouet per hoc clistere in eadem hora
ut plurimum dolor et fit sompnus et de
tur post hoc ei triaca cum uino decoc
tionis ameos uel amomi uel karui uel
siseleos aut origanum uel piperis seu cum
uino puro calido Utatur sepe electuario dema
damo aut diacimino uel dyamargari
ton et similibus Ungatur uentrem et totum
corpus cum oleo de spica uel de lilio in
quibus aloes dissoluatur hora doloris
intret balneum aque decoctionis
mellilotum flor' camomill' aneti et ab
sinthii et origani et incipit debilitari
exeat et quiescat et iterum cum medicinis
et balneis tamdiu fiat quod dolor
remoueatur et sedet Bibat uinum
uetus et forte absque aqua et yeme ca
lidum actu Et comedat allia cocta

et nuces et ficus siccas et fisticos et pe
ndocos et dimittat fructus humidos et
recentes et agrestam et sumachet omnia
que uentrem stringunt Comedat carnes
coctas cum caulibus et porris et bletas
cum sinap et puluere qui sic fit ℞ piperis
℥ ii nucis indice ʒ ii piper' lon' ʒ iii cro
ci ʒ ʃ fiat puluis Cura illius que fit pro
pauncitate colere effusionis ad intestina
est eadem cum illa que fit in yctericia ex op
ilatione meatus quo colera mandatur
ad intestina de hac plene dictum est sup
sufficiat quod dictum est ibi Sequitur

Capitulum cxxiiii de apostemate in intestinis ℞

Postema in intestinis
et aliis locis semper fit ex
materia currente per uenas
ad loca debilia sed hoc
apostema quod inducit colicam
semper est calidum ad quod fere semper sequitur
continua et est eius cura impossibil' post
quam egritudo fuerit confirmata et
uocatur nomine proprio de colica ylios
i domine miserere ut plurimum fit in subti
libus et in inferioribus intestinis Curatur
tamen in principio si medicus recte consideramit
et hoc usque ad proximam prodinsque finit
in die quarto Signa colice propter apostema
calidum sunt febris continua et sitis et uomitus
colere et maxima inflatio et dolor et
in superioribus uentris et pulsatio in uen
tre et si sit fortior euomit infirmus
fecem et fit anhelitus eius fetidus
et est eructuatio eius fetida quandoque et
corpus eius totum similiter et est infirmus
cum omni inquietudine et reuolutionibus
Cura illius colice est ut statim in principio
fiat flobotomia basilice de saphena et post
ea sorbeat infirmus de aqua foliorum
altee et malue et cassiafistule in humiditate
in qua dissoluta sit medulla cassiefistule
et fundatur desuper oleum amigdalinum
dulce Et ungatur locus dolorosus
cum oleo anethino uel camomillino uel
ex succis herbarum lenium s. ex succo mal
ue mercurelle et atriplicis spinachia
et similia et ex decoctione cicerum et aneti
Et confortetur cum aqua decoctionis pullorum

inqua ponat ad coqui et tunc mox Et bibat sy^m viol' cum aqua decoctionis herbarum dictarum vel aquam psillij et aq' atroli' Clisteri sepius sepe cum aqua or dei et altee et rob quod si fortior sit sim mis clisterizet cum aqua ordei et rob tm̄ Et si fortior fiat inflacio clisterizet cum aqua ordei et albumine oui et mu cillagine psillij aut cum aqua violarum et mercurielle et psillij et oleo viol' vel nenufar et zucaro al. et oleo de papa uere In fine post omnia ista ponantur emplastra maturativa et mollificativa super locum sicut est emplastrum quod fit ex mucillagine fenugreci seminis lini et rob et altee mixta cum oleo amigdalino vel de aneto aut de lilio et similibus Fit in ylios ex mala materia non aperante intestina sed adherente villis stomachi et intestinorum superiorum Et fit etiam ex exiccatione ster coris in ipsis intestinis superioribus Signa ylios ex materia adherente villis stomachi et in testinorum sunt vomitus plurimus absque fe bre plurima nausea et inquietudo eius quod est in concavitate ventris et dolor et punctura et aqua invenitur in superiori bus ventris eius et commovetur post comes tiones non sedatur nisi cum vomitu et sit cum eo tristicia et frigus extremitatum quoque Signa eius que fit ex exiccatione stercoris in intestinis superioribus sunt tor sio dolor et punctura et commotio in superio ribus intestinis Cura eius que fit ex materia adherente est eadem cum superioribus et quod sepe recipiat trociscum stelle cum rob Cura eius que fit ex exiccatione stercoris in superioribus est eadem sitir et cum hoc recipiet sy^m violarum cum sero aut oleum viol' cum eodem In omnibus aliis fiat ut dictum est superius in capite Sequitur

Capitulum cxxv de retenti one ventositatis et colica

Colica autem ventosa que fit ex retentione vento sitatis quedam fit propter multi tudinem quantitatis eius quia multiplicatur aut propter cibos inflativos quorum qualitas est multa Aut propter superfluitates ciborum plurium Aut propter debilitatem caliditatis ventris Quedam fit ex constrictione ventositatis inter duas tunicas intestinorum et hec est illa quam laici et mulieres appellant malum matricem in viro et in muliere malum matricis vel ventositatis Queda fit ex flatu qui paulatim resolvitur et in flat Quedam fit ex melia que effun ditur ad ventrem et inflat ipsum Signa colice ventose ex cibis inflativis sunt quod est rugitus in ventre aut inguinibus quod non sanatur nisi cum desuper vehe mentius deprimatur et dolor difficilis in umbelico ledens et difficilis evacu acio plurime quantitatis retentio et egreditur extra ad cum qualitate que dolorem sedat vehementer et cum hoc est quoque lenitas cum ergo inveneris ventrem lenem aut equalem et dolorem vehementem hunc colica erit ventosa for tis et quod accidit per usum fructuum vel her barum Signa eius que fit ex constrictione ventositatis inter duas tunicas intesti norum sunt vehementia doloris et quod non egreditur extra ventositas omnino et quod non egreditur per compressionem desuper fricatur et figitur dolor in uno loco tantum et non movetur in aliquo tempore cum quiescat Signa eius que fit ex flatu quod paula tim resolvitur sunt quod dolor sedatur quando et commovetur post duas horas aut tres et quoque commovet eam vaporatio et di mittere vaporationem confert Signa eius que fit ex melia que effunditur ad ven trem sunt aretositas eructuationis et in flacio ventris subito cum dolore vehementi vel absque dolore vehementi Et omnia ista senciuntur circa splenem et os stomachi plus quam in aliis partibus ventris Cura colice ventose ex cibis inflativis vel multis est quod fit post multum usum fructuum et herbarum ut sumat eger de diacimi no cum vino vel aquam decoctionis ci mini et carui vel satureie et origa ni aut siseleos aut feni Si ergo suf ficit bene est et si non detur confectio de baccis lauri et si fortior sit dolor sumat filonium omnia ista fiant Si autem ista non conferunt purget cum pillulis fetidis aut cum eisdem trit' et dissolutis cum melle ros' colato aut melle sim' et

vino calido et si hoc recipere non potest sumat medicamen quod sic fit Rec. turbit ʒ i hermod. ʒ ß scamonee grana vi diagr. ʒ i et mell. ℥ i misceantur et detur cum vino calido Sumat post purgationem triacam cum vino decoctionis gariof. et lon. piperis Fiat clistere quod fecimus supra c° de colica ex fece sicca quod fit ex ruta oleo et castoreo Bibat vinum forte al. purum absque aqua yeme calidum estate frigidum Comedat carnes laudabiles qualium et ciborum de quibus multociens fecimus mentionem supra coctas cum feni. petro. et allijs vel coctas in pastillo et testula cum allijs et floribus siccis conditas cum sinapi pulvere qui sic fit Rec. piperis ℥ ij lon. pi. gariof. nuc. indi cinamomi nuc. mus. ani ʒ i croci ʒ i Comedat ficus siccas nuces et allia cocta et ova sorbilia cum pulvere supradicto vel sinap. Abstineat ab omnibus fructibus humidis et spal. apijs et psidijs et similibus post purgationem intret balneum et etiam ante si dolor fuerit vehemens aut intollerabilis ponat ventosam parvam super locum dolorosum absque scarificatione aut cum incisione Vngatur locus dolorosus cum oleo de spica aut de costo et evaporetur locus cum milio calefacto et furfure et sale mixtis et in sacculo positis Cura erit eadem si contingerit ex multitudine ciborum Cura eius que provenit ex retractione ventositatis inter duas tunicas intestinorum est eadem in omnibus cum supradictis et abstinentia et positio ventosarum et vaporatio super locum doloris et vinum purum et forte et bonum sunt magis propria in hac retentia quam in superiori Cura eius que fit ex flate quod paulatim resolvatur est ut vaporetur locus dolorosus cum milio et sale et furfure et si non allevatur per hoc dimitte evaporationem et purga ipsum cum pillis fetidis vel stomaticis alkandi per se aut dissolutis cum melle et vino aut cum medicamine de turbit aut cum pigra quam faciemus et post purgationem precipe infirmo ut somnum prolonget et a cibo abstineat per diem unam si est possibile

aut per magnum tempus et hic iterum vaporet cum eis que diximus et si non confert hic iterum minuigat ieiunium et clisterisetur cum clisteribus dictis et purgetur et postea vaporet et sic fiat usque ad finem cure In dieta et potu et condimentis ciborum satis supra dictum est Cura illius que fit ex melia que effunditur ad ventrem est ut homo potissime coquatur calamentum api et ruta et origanum et nigella et satureia et siseleos cum aceto forti et fiat evaporatio et bibat aquam caliam decoctionis cimini carui et siseleos et clisterisetur cum clisteri facto ex ruta oleo et castoreo et alijs rebus dictis supra Nam hoc clistere de proprietate exiccat ventositates et eas carminat et resolvit fla. et melias purgetur cum pox. et post cum decoctione exsene epithimo polipodio elle. nigro et ʒ ... vel rob Dieta et potus misto cum non variant ab hijs que supra dicta sunt de eodem ca° Sequitur

Capitulum cxxvi de vermibus marcidis et putrefactis in intestinis

Vermes semper ut voluit philosophus generantur ex materia frigida marcida et putrefacta in intestinis superioribus vel inferioribus vel in fine longaonis Et generationem ipsorum semper antecedit nauseativa sacietas Nam vermes locis dictis sunt trium specierum videlicet longi qui fiunt in gracilibus et superioribus intestinis et lati sive cucurbitini in grossis et inferioribus minuti et medio sunt in fine longaonis Signa colice ex vermibus sunt multiplicatio cibi et nausentiva sacietas et mordicatio circa ventrem hora ieiunij et accidunt abeis ... et conditio quasi sincopis et mortis et obscuritas oculorum et narium fricatas et pruritus et oris odor est odor vermium Cura colice ex vermibus melius dicetur ca° de vermibus sanat cum cum tribus interficientibus vermes et eos ex educentibus sicut cum succo

absinthii et sticados et polii et aqua lupinorum aut aqua amigdalarum amararum vel aqua nucleorum persicorum aut aqua rute vel vino decoctionis rerum dictarum. Ungatur stomachum et totus venter et ani cum re que sic fit. Rx olei de amigdalis amaris vel de nucleis persicorum vel olivarum ʒ ii. aloes ʒ i. ℈ aceti boni ʒ i. simul coquant super unctum ponatur. Hoc Rx absinthii rute ana i. pistentur bene et bulliant cum aceto et farina ordei insimul et ponatur calidum super ventrem. Recipiat aliquando mane omni diem cum vino calido de medicamine quod sic fit. Rx turbit ʒ x. zuccari ʒ xv. ana ʒ v. fiat pulvis cribatus. Dosis eius est ʒ i vel ʒ i et ℈ i vel ʒ ii. Sumat aliis diebus de electuario quod sic fit. Rx sticados polii sicci ana ʒ iii. farine lupinorum ʒ i. fiat electuarium cum melle dato ad modum nucis. Post illud bibat aliquod boni vini. Utatur alliis coctis, porris et in cibariis suis que exterunt materiam verminum et resolvunt et ipsam ex corpus expellunt et removent. Bibat bonum vinum et utatur bona dieta carnium et similium secundum quod dictum est supra. Rx

Capitulum cxxvii De fluxu ventris cum sanguine et sanie. Rx

Fluxus ventris fit aliquando cum sanguine et sanie et fit aut propter apostemationem in intestinis aut propter venarum scissionem. Aut propter debilitatem epatis aut propter excoriationem in superioribus aut inferioribus intestinis aut in ano. Aliquando sine sanie et sanguine fit. Et hoc aliquando fit propter debilitatem epatis a bathrachone aliquando propter debilitatem a digestione aliquando fit ex decursu colere acute ad intestina. Aliquando fit propter acuitatem descensus cibi a stomacho et intestinis et hoc fit aut propter multitudinem flatus in eis aut propter repletionem eorum et mollitiem ipsorum aut propter lubricitatem accidentem in eis. Aut propter pustulas vel bothor accidentes in superficie eorum. Aliquando fit a multitudine effusionis colere nigre ad os stomachi. Aliquando fit ex catarro vel flate descendente a capite ad partes inferiores vel ad stomachum et hoc multum patet philosophi la. vii ubi dicit quibuscumque egestiones spumose fiunt his a capite flegma defluit. Aliquando fit propter multitudinem cibi aut quia est solutivus in natura sua. Aliquando propter errorem ordinis eius aut propter motum post ipsum. Aut propter multitudinem potus aque super ipsum. Aliquando fit propter paucitatem resolutionis corporis. Signa ista communiter continentur ex tribus conditionibus observatis in re que expellitur videlicet ex substantia eius quod evacuatur et per horam evacuationis et per dispositionem commixtionis et etiam per dolorem et modum doloris. Nam quando fluxus fiunt propter apostemationem in intestinis erit cum febre continua et dolore ventris et siti et erit vomitus et inflatio in parte superiori vel inferiori secundum quod locati fiunt et pulsatio manifesta in loco et cogitur multotiens infirmus et specialiter cum apostema fuerit in parte superiori vomere stercus et non retinere cibum et fit hoc stomacho ieiuno anhelitus fetidus et eructuatio specialiter fetida et in principio non emittit egestionem sanguinolentam sed cum rumpitur emittit per inferiora specialiter et aliquando per superiora saniem et hic febris et omnia alia accidentia minuuntur manifeste. Unde patet philosophi la. ii. circa generationes saniei dolores et febres accidunt magis quam facta sanie. Exit etiam vel emittitur sanguis vel sanies in fluxu ventris propter scissuram vene et propter excoriationem intestinorum et propter debilitatem epatis exit similiter sanguis sed non sanies que veniat ab epate. Differentia autem inter ista manifesta reperitur quia sanguis qui exit cum fluxu propter excoriationem exit cum puncturis et est cum rasura intestinorum et humores etiam eveniunt cum eodem. Unde sanguis in tali fluxu paucus est. Et si hic fluxus fuerit propter excoriationem intestinorum superiorum id quod evacuatur insubtile et parum et per longum tempus postquam senserit dolorem et puncturas in umbelico et ventre exit aliud et evacuatur et est valde mixtum totum illud quod evacuatur insimul sive sit sanguis vel rasura aut humores sive egestiones et hoc contingit propter longitudinem transitus

inquo mixtio melius pot fieri Si autem propter excoriaciones inferiorum vel grossorum fuerit intestinorum illud quod euatur cum sanguine est grossum multum in quantitate et immediate cum sentit dolorem infirmus in umbelico et ventre emittit illud quod euacuatur Et propter hoc oportet ut non sit mixtum nisi quod euacuat uel exit sed quasi unaqueque res sit separata a sanie qui prouenit ab inferioribus intestinis Sanguis autem qui venit cum fluxu ventris propter venam scissam cum sit purus et satis in quantitate ipsum comitatur dolor ventris absque punctura aliqua Obseruantur tamen condiciones sibi et hore commixtionis secundum quod dictum est in fluxu ventris Fluxus vero ventris qui fit propter debilitatem epatis est cum defectu appetitus et cum grauedine epatis in latere dextro Et illud quod diminuitur est simile lotiure carnis recentis et sic apparet quod in tali fluxu sunt multiplicate macule sanguinis Sanguis autem qui ab emorroidibus prouenit subito euenit et est niger grossus et apparet eminencia circa anum a quibus venit et est in loco illo grauitas et dolor et specialiter quando emorroides sunt extrinsece Si vero intrinsece fuerint tunc dolor et grauitas est intra anum et sanguis qui exit antecedit omnem exitum egestionis Signa autem fluxus propter debilitatem epatis ab attractione aut a digestione sunt quod fit absque sanguine et sanie et est fluxus albus et viridis et corpus fit molle cum eo et minoratur sanguis in venis eius et citrinatur color et albificatur et plumbescit et deficit appetitus et fit nausea et laxitas vniuersalis Sequitur

Capitulum cxxviii de fluxus signis R

Signa fluxus propter effusionem colere acute ad intestina sunt quod fit post febres ardentes Aut post acceptionem medicinarum acutarum Aut vini puri et omnium que calefaciunt epar et mordicant ipsum et faciunt sequi excoriacionem cum prolongantur Signa fluxus ex necessitate descensionis cibi a stomacho et intestinis sunt quod fit post motum laboriosum post cibum et quod cibus in se ipso facit esse necessitatem quando est lubricus viscosus subtilis vel pinguis aut plurime quantitatis Aut in ipso virtus solutiua est et ibi multitudo flatus et fluxus albus uidetur et est cum multitudine sputi et est cum eo paucitas nausee et sitis et vomitus flatus et exitus eius cum cibo commixta egestione cum eis et egestio in qua non est plurima alteracio huiusmodi species diarria appellatur et lienteria Cum vero accidit propter inuolucionem et repleciones sunt illa eadem signa preter quod cum eo non est vomitus flatus neque egestio flatus Si autem propter bothor vel pustulam contingentes in superficie intestinorum euenerit dolor tunc excitatur in stomacho post cibum et intestinis in loco in quo non eueniebat ante cibum Cumque cibus descendit ab illo loco sedatur dolor ille et commouetur in loco inferiori illo deinde sedatur et non cessat permutari secundum hoc et quod est in egestione minus subtile Et cibi etiam cum sunt dispositi non sunt alterati omnino aut non sunt alterati ultima alteracione et sunt velociter exitus et descensionis et proprie si mouetur infirmus Si autem infirmus non mouetur sunt tardiores exitus et sentit grauitas cibi descendentis subito precipitantur ad inferiora sicut lapis cadens et hec species in veritate lienteria appellatur Signa fluxus facti a multitudine effusionis colere nigre ad os stomachi sunt quod mouetur in ore stomachi et sedatur illud apud comestionem aut apud potum parum olei et aliis et non sedatur nisi cibis vnctuosis sedacionem quam habet cum vnctuositate Signa fluxus ex catarro capitis sunt quod fit post sompnum et diuersitatem egestionis deinde detinetur venter dum uigilans perseuerat uigilans et in suis egestionibus flamma manifeste apparet Signa eius qui fit propter multitudinem cibi et maxime solutiui sunt quod virtus appetitiua fortior est retentiua et quod vehemencia appetitus est absque mordicacione oris stomachi Cumque comedit hic appetitum generat cum quasi natura resoluitur Signa eius qui fit propter errores in ordine sunt quod antecedunt ante cibum res velocis exitus ut sunt pruna et cerasa et silia Et quia ille res que non sunt solutiue sunt cum lubrice vel

pingues ut sunt brodia pinguia et mollia
Signa eius qui fit propter uiscositudines po
his aque fere super cibum extrema nota
sunt Signa eius qui fit propter paucita
tem resolutionis corporis sunt multi
tudo carnis et paucitas appetitus et lon
gitudo quietis et dimissio motus Cura
fluxus cum sanguine propter apostema aut fit aut
factum est Aut cum sanie post apostema quod
rupitur aut quod diruptum est si habitudo
fuerit conueniens et uirtus fuerit constans
est ut fiat flobotomia de saluatella manus dex
tre que est inter anularem et auricularem
digitum Et fiat clistere confortatiuum quod
fit ex oleo ros. et ros. et mirti coctis
et bulitis simul et fiat hoc bis in die aut
semel Emplastretur locus apostemosus cum
emplastro quod fit ex farina ordei rosis
mirti et balaustijs et oleo ros. et ex succo
acetose et plantaginis fiet uel semperuiue
Post primum uero apostematis super locum doloro
sum ponatur emplastrum quod fit ex malua
uisco farina seminis lini fenugreci et
uitellis ouorum durorum et pinguedine por
ci uel butiro et hoc emplastrum ualde matu
ratiuum est et ponatur ad maturandum
adhoc ut natura saniem generet et rumpatur
apostema et apiatur Nutriatur usque ad tempus
in quo rumpetur apostema sanies per emissionem
saniei et per cessationem doloris cum succo
facto ex farina ordei uel fabe fracte
uel spelte uel auene aut mica panis ab
luta cum aqua et dulcorata cum syrupo ros.
et agresta aut cum uino de granatis Bi
bat aquam ordei decoctam cum mirtis
aut sumach uel cum berberis syrupus de agresta
uel de mirtis aut de sumach cum aqua de
coctionis mirtillorum uel berberis condi
tas cum uitellis ouorum et agresta uel ui
no de granatis aut succo citoniorum uel pru
norum secundum fructum exeis Et posset bibere uinum
stipticum limphatum cum aqua decoctionis
predictorum rerum Post apertionem apostematis et
rupturam et emissionem saniei fiat sepe
clistere cum aqua decoctionis fabarum mir
tillorum ordei et mellis ros. et sumach per
hanc decoctionem que sic fit Recipe rob.
ʒ ii fiat puluis in quo ponantur ʒ iiii
aque decoctionis mirtillorum uel sumach
et dimittatur sic per horas vi et postea
coletur et dulcoretur cum ʒ ii uel iii syrupi

de mirtis uel ros. et detur ad diem omni
mane post mundificationem sumat unum tro
ciscum de mirtis uel de berberis cum syrupo de
agresta uel de mirtis et uino rubeo stipti
co et carnes dictas et carnes hirtinas
et perdicum coctas in ueru et in retibulo et
in pastillo conditas ut dictum est et risum
et succum fabe fracte et diacitoniaton cum
puluere qui sic fit Recipe mirtillorum spodij
ana ʒ ii galange cinamomi cardamomi
ziniberis ana ʒ s. croci ʒ ij hic appetitum con
fortat et digestionem Scias hic quod diste
ria magis conferunt in egritudinibus
intestinorum inferiorum quam superiorum immo in
egritudinibus subtilium inferiorum uel supe
riorum parum aut nichil conferunt sed me
dicine sumpte per os magis conferunt
egritudinibus subtilium intestinorum factis
mundificationibus firmetur locus in quo
fuit apostema uel excoriatio uel in quo erat
sanies cum trocisco qui sic fit Recipe mumie
boli armenici mastices dragaganti ana ʒ s. terantur
et incorporentur cum uino decoctionis
mirtillorum croci hic trociscus cum ore sumptus
sanat ulcera intestinorum et excoriationem
que est in superioribus intestinis sed si
supponantur cum clisteri dicto conferunt
excoriationem et ulceribus inferiorum intes
tinorum Datur per os rob aut in uino ci
toniorum uel syrupo de agresta uel de mirtis
Cura fluxus qui fit absque sanguine et
sanie et fit propter debilitatem epatis ab at
tractione aut a digestione est ut confor
tetur epar cum unctione que fit de oleo
de spica et oleo de mastice mixtis Et po
nere super epar emplastrum confortatiua et
aperientia sicut est emplastrum factum ex
succo absinthij uel eupatorij mixtis cum
uino in quo dissolutum sit armoniacum cum
quibus puluis ros. et sandalorum mixtis
sit Ponatur sepe uentose magne super
epar absque incisione mundificetur cum reubarbaro
sicut in eo quod dictum est supra Comedat ante
prandium et ante cenam diatrion pipe
reon cardamomum diacalamentum et dia
galangam Bibat uinum purum odoriferum
clarum uetus uel nouum Sumat carnes
dictas superius conditas cum puluere
qui sic fit Recipe piperis longi ʒ s. cinamomi
ʒ i cardamomi galange mirtillorum foli
gariofilorum cubebe ana ʒ ij croci ʒ s. Utatur

Cura c. propter multitudinem colere acute

trorum stelle cum rob aut vino decto stomachi le
nino et fiat hoc sepe. Cura fluxus
propter multitudinem colere acute effuse ad
intestina est ut sumat sepe in die syrupum
de agresta aut syrupum de mirtis vel oxiza
caram et comedat succum factum ex fa
rina ordei vel avene vel risi. Et sumat
trociscos de acetosa qui sic fiunt. Recipe rosarum
rubearum spodii ana ʒ v. seminis acetose
vel berberis sumach balaustie gummi ara
bici seminis portulace ana ʒ ii et ʒ s. opii
grana vi. inforentur cum succo ace
tose et trocisci in pondere ʒ ii. sumatur
in mane unus cum ℥ i vel ii de rob
citoniorum vel carne. Sumat lac acetosi
decoctum cum lapidibus et ferro ignito.
Purgetur cum decoctione que sic fit.
Recipe mirabolanorum citrinorum et emblicorum ana ℥ ii. ace
tose portulace ana m. i. pistentur et bu
liant in ℥ v aque donec medietas sit
consumpta coletur et in colatura illa
addantur ℥ iii zucari rosati et bulliat iterum
et coletur et detur ante diem. Hec enim de
coctio mundificando materiam colericam ven
trem restringit. Si autem infirmus
esset debilis et longitudine prolongaretur
et cideret virtus et medicina non videretur
multum conferre tunc cura eius esset ci
bare egrum cum cibariis levibus pingui
bus in die multotiens dando in vice
coclearium unum aut cum brodio galli
narum valde pinguium in quo ponantur mi
ca panis cum vitellis ovorum absque albu
mine et addatur de pulvere cardamomi galan
ge et non comedat in vice nisi tria vel
iiii coclearia valde parva et nichil cum
eo bibat. Sepe tamen in die et nocte come
dat. Et si a potu abstinere non posset
bibat vinum stipticum rubeum limphatum
cum aqua decoctionis granorum granatorum
vel berberis. Cura fluxus ex violente
expulsione a stomacho vel intestinis est cum talis
fluxus fiat a diversis et multis causis si
cut iam apparuit in signis et in suis
apparentibus est ut omnis fluxus talis
curetur cum suo contrario semper et ex parte
cibi et potus et ex parte medicinarum.
Convenit enim ut penes unamquamque causam
per nomina propria cura ponatur aliter
enim posset error incidere in cura fluxus.
Si autem fluxus contingerit ex expulsione

cibi a stomacho et intestinis et propter motum labo
riosum cura propria erit ut fiat sompnus
et quies post comestionem et ut cibi eius
sint confortativi cum rebus stipticis que
faciunt eos cibos in stomacho et intestinis lon
gius permanere et sunt condimenta que fiunt
ex sumach vel agresta et mirtis et berberis
et similibus et ut infirmus bibat bonum vinum
rubeum stipticum cum cibo parum tamen et ut ciba
ria sua sint non elixata sed in veru et
similibus et que stiptica et grossa comedantur
ante subtilia. Confortentur etiam ciba
ria sua cum pulvere qui sic fit ex galan
ga piper longo et croco. Si autem fluxus
fuerit quia cibus in seipso quoque faciat
illud quia est lubricus viscosus subtilis
aut pinguis aut plurime quantitatis
aut est in ipso virtus solutiva et hoc totum
medicus scire debet ex inquisitione super
infirmum de natura cibi preteriti plusquam
preterita perfecta. Curetur si cibus est lubri
cus viscosus cum rebus assans vel coctum
in pastillo vel testula condiatur et confor
tetur cum pipere et longo pipere gallia cubebis
carpobalsamo cinamomo nuce indica gari
ofilis nucis muscate et croco cum agresta vel
sumach mirtis et berberis vel vino de
granatis et similibus. Bibat bonum vinum
optimum in modico aque parum tamen bibat et quies
cat et dormiat post comestionem. Illud
idem fiat si fuerit cibus pinguis vel
solutivus. Ponatur in balneo ille qui pa
titur fluxum propter fluxum solutum et sit
balneum tepidum aque decoctionis camomille
melliloti rosarum et foliorum salicis et nespilorum.
Sumat post exitum de balneo ʒ s. tiria
ce electe cum ℥ ii syrupi de mirta aut de agresta
aut de berberis vel de sumach et erit bonum.
Ille vero qui patitur fluxum propter multam quanti
tatem ciborum assumptam non indiget nisi
abstinentia et confortatione stomachi cum dya
galanga vel electuario rosato novella vel diacitoniten.
Bibat bonum vinum rubeum parum calidum ye
me frigidum estate. Cibaria eius sint valde
digestibilia et pauce quantitatis ut sunt
carnes perdicum fasianorum turturum avium
parvarum et gallinarum et similium et condiantur
et coquantur ut dictum est supra. Illarum
brodia istarum carnium pinguia possunt
sumi in parva quantitate in isto casu et
erunt valde utilia satis. Si vero fluxus

fuit propter multitudinem flatum in eis quod sentitur ex albedine fluxus et multitudine spume et paucitate nausee et sitim et quod in egestione erit viscositas curabitur cum vomitu et cum purgatione expigra uel cum purgatione que fit ex mirabo. kebul' seminando mastice uel cum meditamine de turbit et vino rabio stiptico calido actu et cum cibis et potibus dictis supius et sine condimentis. Vtatur hic patiens si vomit ex isto casu dyatrion pipeon et diagalanga et diacitonitem parum comedat et sepe et optima cibaria narrata. Si autem propter maliciam stomachi et eius repletionem fluxus contingerit cuius signa dicta sunt supius propter quam in isto casu non est ventus flatum neque egestio. Curabitur cum electuariis dictis et non purgabitur neque per vomitum neque per clisteres et recipiat sepe trisandalum cum mina de citoniis et vino pontico et eius dieta erit sicut dieta dicta. Si autem propter pustulas que sunt in stomacho et intestinis prouenit quod scies quia excitatur post cibum dolor in stomacho et intestinis in loco in quo non inueniebatur ante cibum et cum cibus descendit ab illo loco sedatur dolor et mouetur in loco alio inferius ab illo deinde sedatur et non cessat per mutationem simul hoc. Et quod est in egestione minus subtile et cibi etiam cum sua dispositione non alteratur sunt non digesto aut non alterati plurima alteratione. Curabitur cum cibis acetosis et stipticis ut sunt carnes cocte et condite cum agresta et sumach et rob citoniorum et pirorum et vitell' ouorum et aliquantulum lacte et sicut vinum de granat' et sir' eius et agresta eius sir' et rob uel sir' mirtillorum. Vinum eius erit ponticum limphatum cum aqua cisterne aut aqua decoctionis mirtill' aut citoniorum aut pirorum. Sumat sepe trociscos de aretesa de quibus iam supius fecimus mentionem et pulueres de granis granatorum ut granis dathlorum et de granis mirtorum cum mina de citoniis uel cum sir' de agresta uel de mirt' et hoc ante prandium et cenas aut sir' de nenufare vel rob quod sit li°. iiij. cu° de rob. Purgetur cum reub' et mina citoniorum uel sir' de mirt' et silibus. Cum autem fluxus contingerit propter lubricitates accidentes in superficie

stomachi et intestinorum quod scies per exitum ciborum non alteratorum aut parum alteratorum et quod sunt velocis exitus cibi et descensionis et proprie si mouetur infirmus. Qui vero infirmus non mouetur sunt tardioris exitus et sentitur grauitas cibi descendentis stomachi et precipitati ad inferiora sicut lapis cadens. Curabitur cum electuario de siliquis quod sic fit. Rx siliquarum .i. balaustiarum thuris thamarisco ana ʒ. x. amoos ʒ. xvi. passularum granorum contritorum ut alchoal lb. ß. fiat electuarium cum zuccaro uel electuario de thure et electuario de gall'. Et sumat pulueres de granis granatorum et silium. Dimittat aquam talia omnino et sumat aliquam aqua vero frigeris. Et nutriatur cum carnibus assatis super prunas et in vero conditas ut supius dictum est. Et bibat vinum ponticum mixtum cum aqua frigida. Purgabitur cum decoctione facta ex mirabo. kebul' et emblic' et amoos et mirt' et dabitur cum mina de citoniis et sir' de agresta et silibus. Cura eius que fit a multitudine colere nigre ad os stomachi est ut fiat floria basilica et soluatur cum decoctione epithimi et mirabo. indo. sene et ros' vii et zucc' ros' veti et post illud ponatur ventosa magna absque incisione super splenes. Sumat sepe trociscos stelle mixtos cum zuccaro ros' ueteri quod cum ros' nouella aut cum dyantoniites cum zuccaro. Fiant sepe clisteria mundificatiua ex aqua epithimi cum mell' ros' ad quas subsequantur clisteria stiptica que fiunt ex aqua decoctionis siliquarum et gallarum et mell' ros' et vino pontico. Vtatur sepe mundificatiuo puluere de epithimo cum rob aut cum mina de citoniis. Tamen cura debet sumere de sorbitionibus ventosis seu sorbitionibus seu brodiis factis ex gallinis pinguibus et caponibus. Nam tales sorbitiones confortant naturam et impinguant et incarnant intestina et eadem defendunt a corrosione quia ista colera nigra sua acuitate et ventositate corrodendo intestina mortem inducit. vnde p' p'la iiij. afforismorum disinteria si a felle nigro incohauerit mortale. Potetur ex vino stiptico limphato cum aqua decoctionis pirorum uel citoniorum uel mirtillorum. Comedat carnes anim

et gallinaꝝ coctaꝝ et conditaꝝ cum rob' vel ag'sta et mirt' vel sucto berbere et coquatur in pastillo vel veru aut testula et aliqn̄ in lebete cū pnis et ci tonijs et mirt' In isto fluxu requit' sepissima mūdificatio mē cū ꝯfortatōe intestinoꝝ et stōi et incarnatōe et extinctione acuitatꝭ eiusdē mē ne inci dat in corrosionē mēbri et fiat ut dix' ꝟ. Cura eius q̄ fit ex catarro vel flate descendente a capite ad stōm et intestina est p̄mo mūdificare cap̄m cum pil' aut cum pill' cochijs et comedere sepe de elctō de thure et comedē carnes anatꝭ et vituloꝝ coctas non in aqua et anisiꝫ conditas et pulloꝝ cū pulvere qui sic fit ℞ cubebe car pob' an̄ ʒ. ij. piperꝭ lon. piperꝭ gall' nuc' mus' gariof' an̄ ʒ. i. croci ʒ. ß. abradatur caput et fricet' fortiter cū pāno aspero et emplastretur cum sinap̄ et allijs ita ut vesicet' cum eufozbio et fiat sternutatio cū ello' al. gargarism' cū melle ro. et sinap. et mastice et thure vel cū oximelle ꝯposito et elctō de thure Non dormiat in die neqꝫ super cenam et spāliter post repletionē Et fiat vomit' cū aqua calida post expergefactionē bibat vinū valde lymphatū et sit non acutū talem recipiat dietā ut supius dcm̄ est Scias q cū ista verificant' et fit per curam etiā catarri sm̄ quod in ca° de catarro fecim' mentioē Cura eius qui fit pp multitudinē cibi est ut mensuret' comestio cū quātitate que non soluat nā et non ledit' pp vehementiā appetit' accipiat ex cibo dulci pistacioso buccellas et ex pingui carne proprie vel buccellas panis infusās in aliquo oleo Et comedat aliā rem modicā ex luto aliquo vel luto armeno Cura eius qui fit pp errores in ordine comedēdi est alteratio illius ordinis et ꝯfortare stōm et intestina cū potib; et cibis dictē Cura fluxus qui fit pp multitudinē potus aque frie super cibū est bibere vinū per mixtū ut festinet sedatioē et minoratio aque in cibo et ad sōpnū currē et uti diacitonite ante ꝯmestiones vel elctō de thure aut de citonijs coctis aut piris aut castaneis et tenē ac̄ in ore qd' sedat sitim est ꝯueniens in hoc multū Cura illius qui fit pp paucitates resolutionis corpis est exercitiū forte et longū et fricatio fortis cū panno aspero et sudar' in balneo sicco multū et paꝝ comedē res que de facili resoluūt' ut carnes pulloꝝ et edoꝝ et pulloꝝ columbaꝝ et non quiescē in die sed pro posse ꝯtinue laborare et moueri Scire hic ꝯuenit q clisteria mūdificatiua sunt valde utilia in omī fluxu ventris. Eque suc cedūt clisteria confortatiua stiptica et spāliter qn̄ sanies vel rasura intestinoꝝ expellit' ut in excoriatiōe et post ruptiras apatꝝ ꝯtingit De quib; clisteriis in anti° plenā faciemus mentioē et maxīe si egritudo fuit in inferioribus intestinis hoc h̄t locū qd diximus Sequit'

Caplm c xxix de fluxu ventris pp errorem in ordinate comedēdi

Ei isto ca° de fluxu absolute dicto superius facta est mentio unde in hoc ca° pau cioꝛa dicem' Scire tū hic ꝯuenit q error in ordine in comestione facit indigestioē et indigestio est cā multiplicationis superfluitatū in stō et intestinis et multiplicatō sup fluitatū in loc' dict' villos intestinoꝝ et stōi mollificat et relaxat et p hoc fluxū inducit Et conditiones que impe diūt digestioē sunt quatuor p̄ma quaꝝ ē qn̄ multa cibaria et diuersa ꝯuersaꝝ naꝝ sumunt' in una hō 2a est qn̄ grossa sūt ante subtile vel eōu' 3a qn̄ multa cibaria cū inter habente mictas panis sumunt' 4ta qn̄ inter pn̄m et finem prandij multa fit moꝛa et hoc mlt al' mans' li° iij. ca° de regimine cibi et omīs alij etiā manifeste apparet que erroꝛ in modo comedendi ventris fluxū inducit vel inducē pot Signa flux' pp errores in ordine sunt q res subtiles et molles et pingues antecedūt in comel

tione et in fluxu debet fieri contrarium et
quod virtus expulsiua est fortis in eo ut
est notum in infirmo et virtus retentiua
debilis et quod infirmus sentit et scit quod ci
baria non faciunt moras in eo nisi sint
stiptica et dura et specialiter quando subtile
comedit et liquidum et pinguem cum nos
sint et stipticum. Cura eius est ut infirmus
sit contentus in vice vna in prandio et cena
et sit eius cibarium stipticum assatum intesti
la vel pastillo conditum cum agresta et vitell
ouorum et speciebus vel cum vino de granatis
aut berberis. Bibat vinum rubeum stipti
cum absque aqua et hoc yeme estate vero
sit limphatum cum aqua in qua sint sumach
vel berberis. Confortetur stomachus cum dyantom
tum facto cum speciebus vel diagalanga seu cum
electuario de thure parum bibat et comedat
in vice vna et sic per se curabitur. Sequitur

Capitulum cxxx de fluxu ventris propter apostemata intestinorum etc.

De apostemate quod generatur in in
testinis quod in stomacho quod in
membris que affinitatem habent
cum intestinis et stomacho. Et de
apostemate ut dictum est multotiens
fit ex cursu materie male per venas ad
locum apostemosum et a principio usque ad
tempus rupture patitur febres et dolor
augmentatur et sitis facta sanie et
erupto apostemate omnia accidentia incipiunt
debilitari et desistere. Signa fluxus
propter apostema quod diruptum est in in
testinis vel alibi sunt minoratio febris
et cessatio doloris et pulsatio in loco
in quo adherebat apostema et remanentia ali
qua grauitatis in eodem et post grauitatem
accidit infirmo aliquis tremor in membris
et alleuiatur grauitas et sanies expellitur
ad stomachum et intestina per vias aliquas
et sic fit fluxus inductus et inducitur in
esse per medium istud. Cura fluxus propter
apostema quod ruptum est in intestinis aut
stomacho si fuerit illud quod emittitur de sanie
plurime quantitatis et infirmus fuerit
valde debilis est ut cibetur omni hora de
aqua carnis et brodio gallinarum prin
cipaliter cortice cum pane usque ad disso
lutiones carnium post aliquam decoctionem

membrorum gallinarum ita quod membra galline na
tent super aquam ut panis nam si hec aqua
vel brodium ex hac decoctione acquirit
magnam virtutem et infirmum valde con
fortat et adiuuat. Ad mundificandos locum
saniosum et intestinorum et excoriationi
et multum confert in carnationem loci vlce
rati et excoriati in aqua vel brodio
ipso possent poni vitelli ouorum vel puluis
cynamomi cardamomi mirtillorum et croci
et addere ista manifeste in confortati
one virtutis ut non caderet. Mundificet
cum aqua mellis sumpta per os vice vna et
medicamine incarnatiuo vice alia ut est
electuarium de thure et similia vice alia et hoc
donec consolidetur et hoc maxime quando sa
nies venerit ex ruptura apostematis intesti
norum subtilium vel superiorum. Si autem euene
rit hec sanies ex intestinis inferioribus sup
ponatur aqua mellis calida cum clistere et post
aquam fiat clistere incarnatiuum et conso
lidatiuum. Nutriatur et ex pullis assatis et
positis in testula et pastillo nutritur et
confortatur cum agresta et rob et succo
berberis et mirti et vitellis ouorum et speciebus.
Bibat vinum rubeum limphatum cum aqua.
Si autem sanies que expellitur fuerit pra
ue qualitatis et infirmus fuerit debilis
ut dictum est regatur etiam ut dictum est. Si
autem satis fortis fuerit sumat lac extinctum
ex quo extincti sunt lapides inflammati vel
ferrum. Et sumat sepe troscisci stelle cum
minima vel sirupus de agresta. Vngatur sepe
locus dolorosus cum vnguento facto ex
oleo de mastice cera et oleo de aneto
in aliis regatur ut dictum est. Si vero
materia saniosa que facit ventris fluxum con
tracta fuerit in epate propter apostema quod ibi rup
tum fuit vel in partibus que habent affini
tatem cum viis vrinalibus mundificetur
per vias vrinales cum semine apii feni
et citrori et endiuie et similium que mundifi
cant per vrinas et sic per deriuationem
materie saniose ad alteram partem curabitur
fluxus et de istis medicinis multum sen
tiemus in egritudinibus renum et vesice
in dieta et potu clisteribus et medicinis
ducentibus ad intestina fiat similiter quod scrip
tum est. Sed si materia apostematis rupti esset in
pectore vel partibus illis quamuis ad intesti
na declinet per vias occultas mundificetur

Brodium gallinarum ad consolidandum
In fe bo [illegible]
[illegible]
Si apostema rumpitur per vias vrinales
Si fluxus ... ex apostemate rupto in pectore

cum rebus dictis in capitulo de ptisi non negli
gendo intestina et stomachum quin confortet
cum rebus supradictis Et si materia contine
atur in locis aliis quam in stomacho et intesti
nis quod scietur ex gravitate et dolore
loci et ex alleviatione eius hic fiat cum
mundificatione propria et convenienti ad
illum locum non negligendo tamen intesti
norum et stomachi et sic curabitur si deus voluit

Capitulum cxxxi de fluxu ventris ex catarro

Catarrus est egritudo que fit ex materia subtili vel viscosa descendente a capite ad stomachum et intestina mollificans villos et impedit digestionem et sic fit fluxus ventris Signa fluxus qui fit ex catarro sunt quod fit post sompnum et diversitates egestionis et post repletiones ciborum et potum aquarum sequitur sompnus immediate donec retinetur venter cum pervenerit homo evigilans Cura istius fluxus est ut curetur catarrus secundum quod fuerit ut dictum est capitulo de catarro superius Abstineat a diversitate ciborum et sit contentus hora comestionis in re una tantum scilicet quod comedat carnes arietum annalium vel castrati vel perdicum et fasi anorum aut pullorum aut gallinarum condi tarum cum sumach vel mirtis aut cum ber berte et cum rob de vino aut mina ci toniorum que fit ex lb. i. citoniorum et lb. i. zuccari et ʒ iii aceti bulliant simul usque ad spissitudinem et coletur Et bibat vinum stipticum limphatum secundum medietatem nullo modo in die dormiat neque super reple tiones Comedat sepe de electuario de thure quod fiet capitulo de fluxu ventris et post illud bibat vinum de citoniis Co medat vitella ovorum alium cum speciebus pur getur cum pillulis cochiis pigra subfu migetur thure et mastice sepe comedat de cubebis et vitet coitum post pillulas quia fiunt magis cilias cum rore adinfer ora et in aliis fiat ut dictum est capitulo de ca tarro Sequitur

Signa cum fit ex catarro

Cura

cum ana citoniorum fit

purgetur

Comedat de cubebis

Capitulum cxxxii de diarria

Diarria communi sermone est fluxus ventris simpliciter cum quo humores aut virtute nature aut violentia acci dentium emittuntur quia aliquando sunt cali aliquando frigidi et hic modus diarrie aliquando fit corpore existente in firmo vel in fine infirmitatum in modum crisis Aliquando fit corpore existente sano et in utroque accidit diarria Hic autem fluxus fit aut virtute nature ut dictum est et eius intentione aut violentia ac cidentis Signa diarrie corpore ex istente infirmo quando accidit in intentio ne naturali sunt constantia virtutis respec tu infirmitatis et bonitas appetitus et expulsionis et quod antequam accidat diarria visa sunt in urina in superflui tatibus signa digestionis complete vel di minute et quod in die indicationis signa satis bona apparuerint et in sequenti die crecitica supervenit diarria vel fluxus cum alleviatione infirmi corpore vero existente sano si diarria supervenit in tentione naturali sufficit solum ut alleviatio manifesta vel melior subsequatur ad ipsam diarriam vel fluxum et cum hoc ap petat melius et magis sapidum et etiam melius digerat et cum maiori quiete Signa diarrie que fit ex violentia accidentis in corpore existente infirmo an eius eventum non apparuerint signa digestionis perfecte neque diminute in aliquo die indicativo vel cretico et fit in tali diarria vel fluxu cum destruc tione appetitus et digestionis et debili tate totius corporis et confirmatur ta les significationes omnes per affo rismum v. particula i. ubi dicit in perturbationibus ventris et vomitibus qui sponte fiunt si quidem qualia oportet purgari pur gentur et confert et bene ferunt si vero non non Si autem humores qui emittun tur fuerint cali in ano sentitur dolor ar dor et punctura et color humorum erit ci trinus et eius substantia fluida vel viscosa et infirmus patietur sitim et amaritu dines oris manifeste Et si habitudo et complexio totius corporis fuerit signi ficancia caliditatem i. in estate et cum hoc urina tincta signa magis certa erunt Si vero humores frigidi fuerint omnia

Signa diarrie corpore existente infirmo quando accidit in intentione naturali

Signa diarrie que fit ex violentia accidentis

aphorismus

Signa humorum

diacitonites et trocis stelle et similibus
aut cum vino quod sic fit ℞ duas an[illegible]
storaces vini vi. sophia ℥ iii. zucari
ros. veteris et ℥ ii. mirtill. consortium
granorum xl. et pistentur et misceantur
omnia ista simul et bulliant ad invicem
in lebete donec medietas sit consump
ta coletur hoc et reservetur. Datur
de eo . inter cenas et prandium ℥ iiii
vel vi. yeme calido estate frigido esse
convenit. Sequitur

Capitulum cxxxiii. de fluxu ventris cum sanie ℞

Circa hic convenit quod sanies
in colore est ut proveniat
a membro excoriato vel
ulcerato et cum sit prod[ucta]
vel post tempus breve
vel magnum inter suas accessiones
vel apparitionis tunc presumat me
dicus quod veniat a membro vel loco
excoriato vel ulcerato quod liberum
transitum non habet ad intestina vel
stomachum. Et ex hac causa facit prod[ucta]
vel inter pollationem. Illa vero sanies
que est continua sive sit cronica aut
non venit a stomacho vel intestinis aut a
membris que liberum continuum transitum
habent ad intestina. Fit ut omnis sani
es ex actione caloris naturalis et innaturalis
vel equaliter dominantes super conversione
humorum cum in sanies convertuntur.
Signa sanie producal. sunt quod fit pro
ex [illegible] vel apostemata que fuerunt ma
nifesta in aliqua parte corporis
et hoc totum sentitur per dolores loci
et tumores et gravitates et punctu
ram et afflictiones in loco in quo sa
nies generabatur aut fluxum ventris
aut in quo membro generatur. Signa
vero saniei que est cronica aut non
cronica continua sunt ex re ipsa ma
nifesta et etiam ex narratione infir
mi. Circa fluxus ex sanie prod[ucta]
cali est ut consideretur locus in quo
sanies fluit vel existat et si est de
clinans ad partes urinalium mundificetur
cum aqua decoctionis a[l]pis[?] passarum
et fen. graecum[?] et endivie et mell[is]

vel zucari aut cum aqua mell. vel zucari ubi
decocta sint liquiricie, ysopus, yreos
et aliquantulum croci et sic de aliis
partibus et confortetur stomachus et intesti
na cum trocis stelle aut de spodio vel
de berberis mixtis cum zucaro ros. veteri
aut cum ros. novella. In renibus et pectoribus
fiat ut dictum est in diarria. Super locum
in quo continetur fiat in unctio cum unguento
facto ex oleo de mastice et cera aut
fiat emplastrum ex malvavisco et cera
preparata et farina et fenugreco et semi
num aneti flor. camomill. mixtis cum
farina ordei et butiro quod sit suf
ficiens et incorporentur omnia simul. Cum
die mundificetur locus saniei propos
se in aliqua hora et in alia hora con
fortetur et incarnetur cum rebus et
troc. et electuariis dictis et dieta et sic fi
at successive donec sanies fuerit ex
siccata. Circa fluxus cum sanie
cronica et continua sive veniat ab in
testinis seu a stomacho aliud abunde est
ut fiat mundificatio intestinorum et
stomachi per os aut cum clistere cum aqua
mellis actu calida vel tepida aut cum
aqua mell. ubi dissoluti sunt duo vel
tres vitelli ovorum et ad pinguedinis.
Et post illas ablutiones fiat clistere
taliter incarnatum et consolidativum quod
sic fit ℞ eupatorii barbe yrcine vel
succi eius glandium aut cortices glan
dium an. ℥ i risi abluti ℥ ii coquantur
in aqua et accipiatur de ista aqua lb
i et dissolvatur in ista aqua cum fuit
calida et colata de medicamine quod
sic fit ℞ thuris, san. dra. cerusse li
thargiri an. ℥ i. opii ʒ i. terantur
et cribentur iste medicine et misceantur
cum duobus vitell. ovorum vel tribus et
fiat inde clistere. Aut post mundificati
ones sumat per os de electuario quod sic
fit ℞ granatorum passulatorum contritorum
ut alcohol aut in illo ℥ iii balaus
tie i siliquarum de spinis et balaustie
de granatis thuris fructus vel ligni
thamarisci an. ℥ v. amcos ℥ viii
fiat electuarium cum zucaro et hoc est electuarium
cum thure conveniens ad sustinendum
ventrem et provocans appetitum et
removens ventositates et consolidans

vel ab initio fluxu dentur aromatici
ypi pueri sanies
alii faciunt pollationem
aliqua gravia
ypi p[illegible] sanies
Signa sanie producal
Signa [illegible] cronica
Circa producal[?]

ulcera et excoriationes et fit ex dictis rebus absque dubio cum que conficiunt. Bibat cum siruppum limphatum cum aqua mirtillorum vel sumach aut berberis. Dieta et conmestio et sapores sint ut dictum est supra. Sequitur

Capitulum cxxxiiii de dissenteria

Dissenteria est fluxus ventris cum excoriatione intestinorum. Et omnis excoriatio aut est noua cum qua non est putrefactio aut est antiqua cum qua est putrefactio mala. Fit aut noua et antiqua semper aut ex colera pura aut ex colera nigra aut ex flate salso. Signa dissenterie et excoriationis que fit ex colera si fuerit lesio in superioribus intestinis et fuerit absque putrefactione non antiqua sunt punctura in ventre et egestione in qua sunt viscositates et mucillago et dolor super umbelicum et quod descendit fex post dolorem per horam unam aut post longum tempus et color egestionis est croceus et subtilis et odor eius odor colere et est substantia colere mixta valde cum fecibus et mucillaginibus et superfluitatibus propter longum transitum cum eis de. Si autem fuerit in superioribus intestinis et fuerit cum putrefactione et fuerit antiqua erunt cum mucillagine sanies et sanguis et erunt ista mixta multum ad inuicem et cum fece et erit cum ea tristicia et sitis. Et si cum istis signis dictis et dicendis fuerint urina et color et habitudo et complexio et pulsus significantia coleram tunc signa magis erunt vera. Si autem vulnus vel excoriatio fuerit in intestinis inferioribus non erit admixtio superfluitatum et fecis ad inuicem propter transitum breuem et sequitur exitus fecis puncturam. Si autem fuerit absque sanie et cum sanie fuerit magis antiqua indicabit et si ad dolorem umbelici et puncturam sequitur exitus fecis et superfluitatum erit absque dubio egritudo in inferioribus intestinis cum alijs signis omnibus equatis supra. Signa dissinterie vel excoriationis que fit ex colera nigra vel melia sunt punctura assidua et egestio nigra ex qua cum de ea in terram proicitur bullit et odoratur terra odor aceti. Et si fuerit in superioribus intestinis admixtio eius cum melie est multum cum fecibus et non emittitur statim post dolorem sed post tempus aut horam. Si autem in inferioribus fuerit intestinis statim post dolorem emittitur et non est admixtio eius cum fece neque cum superfluitatibus. Et egritudo erit in inferioribus intestinis. Et si color urine et habitudo ipsius quoniam melius conuenerint supradictis melie meliora et magis manifesta erunt signa. Quod egritudo si antiqua fuerit numquam curabit. Si vero noua curatur secundum almansorem secundum ij. 4. particula afforismorum non curatur siue noua siue antiqua fuerit. Dixit enim dissinteria si fel nigrum aut sursum aut deorsum exiuerit mortale. Et hoc est verum si incepit cum ulcere vel excoriatione manifesta et istud uult ypocras. Si autem incepit non cum ulcere vel manifesta excoriatione et ei cito cum cura diligenti subueniatur bene curabit et hoc uult almansor cum alijs qui curam ponunt. Signa dissinterie et excoriationis que fit ex flate salso sunt quod accidit post corrizam et catarrum et non est tunc in egestione sanies plurima neque colera neque rubedo neque viriditas ymo fla et viscositas neque multa acuitas ymo que pungat multum et ventositas cum ea est plurima. Et si fuerit in superioribus vel inferioribus intestinis accidit de admixtione cum fecibus et de admixtione ut dictum est in alijs. Et si haberet pruritum et scabiem vel habuisset in preterito esset fortius signum super hoc. Cura dissinterie que fit ex colera pura est ut confortentur intestina et stomachus cum puluere de bolo qui sic fit. Recipe psillij assati ℥ xx. se. portulace. se. mirti ana ℥ x. terantur et sit dosis ʒ iii. in mane et ante cenam cum rob de citoniis. Nutriatur cum vitellis ouorum et riso aut cum succo ordei aut cum lacte in quo extinctum sit ferrum aut lapis ignitus. Condiantur ista cibaria cum adipe renum capriorum vel edi

almansor ii parti

Signa eius que fit ex flate salso

Cura eius que fit ex colera pura

mascar

Cono ad...

Bibat rob citoniorum vel sirupum eius cum aqua decoctionis mirtorum vel sumach vel berberis. Si autem sic non confert mundificentur stomachus et intestina cum decoctione que sic fit cum mirabolanis citrinis et emblicis et mirtis et berberis. Et nutriatur cum dieta dicta et pullis assatis cum ambobus quod non degant in aquis vel cocturis intestina et pastille nutritis et conditis cum vitellis ovorum et agresta aut mirtis seu succo citoniorum vel cum nespilis sorbis et sicubus et cum puluere facto ex cinamomo macis dancis mirtis et croco et aliquantulo aceti. Scias quod acetum est valde malum per se et cum aliis rebus si ibi fuerit excoriatio quia ulcerat et corrodit sed si non fuerit cum excoriatione nocet in fluxu colerico sed misceat cum suis condimentis quia destruit colera. Posset comedere vitellos ovorum coctorum in aceto cum suis techibus et per se et cum suis condimentis dictis. Fiant clisteria mundificatiua et incarnatiua que fiunt cum aqua mellis et vitellis ovorum et adipe renum caprarum vel edi et sint tepida hora sumptionis ad quod clisteria mundificatiua et incarnatiua succedant constrictiua et confortatiua que fiunt ex aqua decoctionis mirtorum fabe et sumach cum aqua misceatur adeps renum caprarum et edi et puluis boli armeni dictus supra in eodem capitulo. Posset etiam bibere vinum stipticum limphatum cum aquis dictis ita quod aqua sit dupla ad vinum. Et hec formula curationis habet locum cum febre et absque febre. Cura dissinterie que fit ex melia est ut comedat acetum oleo et condimentis quod fit ex eo et comedat vitellos ovorum et cibum decisum cum adipe renum caprarum et edi et amigdalis frixis et cum papavere et portulacca et eius seminibus et cum semine ameos et anisi. Bibat sirupum de piris vel citoniis cum aqua pluviali vel decoctione ista aut aqua mirtorum vel de sumach. Comedat succum ordei vel avene. Bibat aliquantulum vinum stipticum cum aquis dictis. Sumat sirupum de nenufar vel de rosis cum puluere boli armeni. Postea si fiunt necessaria quam non curatur mundificetur cum ℥ i reubarbari et aqua decoctionis sene et epithimi et cum imbol mdorsan ameos mundificet sepe cum clisteribus mundificatiuis factis ex aqua mellis et adipe renum caprarum vel edi et fiat hoc bis in die aut ter. Postea fiat clisteria constrictiua cum aqua decoctionis eupatorii succi liberis ytrine et glandium et risi abluti in qua aqua ponatur de pulvere qui sic fit: ℞ thuris sanguinis draconis cerusse litargiri ana ℥ i opii ʒ i et addant cum isto puluere duo vitelli ovorum vel iii et fiat clistere mundificatiuum una vice et constrictiuum vice alia. Et ita in omni fluxu ventris fiant clisteria primo mundificatiua prima vice et constrictiua vice alia. Confortetur cum cibis dictis supra in quibus nullo modo ponatur acetum omnia alia sic. Cura dissinterie que fit ex flate salso est ut bibat aquam decoctionis sumach et ordei cum sirupo de citoniis vel aqua decoctionis mirtillorum et ameos et anisi cum eisdem sirupis. Comedat risum conditum cum adipe renum caprarum vel edi et vitellis ovorum et lac in quo extincti sit ferrum vel lapides igniti et carnes conditas et coctas ut dictum est capitulo isto supra. Clisterisetur bis aut ter in die cum clisteri facto ex aqua decoctionis sicde polipodii fumi terre mellis et ordei et cum oleo de mastice vel oleo de camomilla aut cum aqua mellis et sicle. Et post ista successiue fiant clisteria cum aqua decoctionis sumach mirtillorum boli armeni in quo dissoluatur trocisci stelle vel trociscus de spodio aut puluis de bolo. Sumat sepe mazorca diu os trocisci stelle cum sirupo de citoniis vel de mirtis et aqua decoctionis mirtillorum vel nespilarum et similium. Et ponat mediciniis mistis clisteribus stipticis et constrictiuis semper vitellos ovorum et pinguedinem renum caprarum et edi et aliquantulum vini stiptici. Sciendum est hic quod clisteria mundificatiua et incarnatiua siue constrictiua in omni fluxu ventris et dissinteria que fit vino intestinorum inferiorum. Medicine vero que sumuntur per os magis valent quam fluxus et dissinteria que fit ex excoriatione in uino superiorum quam e contrario. Regula ista est utilis cum febre et misce cum multotiens curam de isto fluxu ventris et de dissinteria facta mundificatione cum clisteri lenitiuo et mundificatione solum cum clisteri facto cum vino rubeo stiptico decoctionis

Bibat

Mundificent

Acetum malum in excoriatione

Clisteria mundificatiua incarnatiua

Clisteria constrictiua confortatiua

Cura eius que ex melia

Bibat

Comedat

Mundificet

magis valent

Clisteria

Clisteria constrictiua

Cura ... ex flate salso

Comedat

Clisteria

Clisteria ex vino rubeo

mirtillorum et cum rubeis ovorum et hoc ultimum ad tenasmonem. Sequitur

Capitulum CXXXV de excoriatione et tenasmone R/

Tenasmon est difficultas assellandi cum conatione et pondere semper fit ex dominio flatus viscosi adherentis intestino cum ad mixtum est ad colere mordicantis non obedit et fit nascitur diversitas motus in isto cum ex diversitate dictarum causarum et fit dolor in loco et gravitas et excoriatio fit ex causis dictis supra. Signa tenasmonis sunt frequentia assellationis pauce resolutionis et dolor sedens prope anum et illud quodque egreditur egestio non est permixtum cum fece et minantur habentes cum suppositione colliri plusquam reliquis curationibus et si est ibi excoriatio nova emittitur sanguis manifeste. Si vero de his fuerit sanies cum sanguine vel sequitur mixta cum fece. Firmandum est hoc quod in omni fluxu ventris adquem sequitur alleviatio sive sit cum febre sive absque febre sive sit accidens sive egritudo per se, ante sit medicina vel non est significatio super bonum et in futuro. Si vero a principio non sequitur alleviatio neque in parte neque in toto est mala significatio super futurum et timenda est debilitas virtutis naturalis cum operationis. Si non sequitur alleviatio et si fluxus constringi non possit per medicinas hic a principio absque aliqua medicina virtute existente forti vel constringeres in augmento debilitatis virtutis morietur in processu experturbit absque dubio nam talis constrictio significat quod natura in suis operationibus est destructa et annullata et quod nullum posse habet contra accidens vel infirmitatem contra corpus. Nam propter hoc nichil expellit vel expelli potest ex vel infirmitas cor quantum prima filia et mitem in sera intendit destruere et potest. Cura tenasmonis est ut sedeat infirmus ter vel quater in die in aqua calida decoctionis lenticum ameos flores camomille mellilotum aneti et supponatur postquam exierit ab aqua linimentum quod sic fit Recipe croci thuris mirre liquiritie ʒ i opii ʒ s. fiat linimentum porcina imponde ʒ i et supponatur hoc cum linimentum dolorem sedat et sompnum inducit. Et scias quod sompnus in fluxu et tenasmone est de melioribus rebus. Dimittas in mane unum de troiscis qui sic fiunt Recipe seminis iusquiami ʒ ii seminis aneti feniculi cum ʒ v ameos ʒ ii et s. opii ʒ i seminis apii ʒ x fiant hoc cum vino pondere i ʒ vel auri et administretur cum rob vel sirupo de citoniis. Mundificetur cum clisteribus mundificativis dictis in dissinteria ex flate salso et cum constrictivis. Summat per os de trocheo que sic fit Recipe mirabolanorum citrinorum et emblicorum cum ʒ vi meti feniculi ameos cum ʒ i pistentur et bulliant in ℔ viii aque donec consumpte sint partes due coletur et in colatura illa addantur ℔ ii rob vel sirupo de citoniis et detur cum diem purgando cum constringens tenasmonem regatur cum dieta et potu dictis circa dissinterie de flate salso

Capitulum XXXVI de vermibus in intestinis et ano R/

Vermium quidam sunt parvi quidam sunt lati et alii longi. Longi nascuntur in subtilibus et superioribus intestinis lati nascuntur in inferioribus et grossis intestinis parvi in ano et longaone ubique sunt et nascuntur. Causa vel materia omnium est flegma viscosum et humiditates male que generantur ex fructibus et malis et grossis ciboriis per viam indigestionis et gulositatis et multiplicatio ciborum in quantitate impediendo digestionem dat causam ad hoc. Signa vermium parvorum qui sunt in ano et longaone sunt pruritus in ano et commotio et quod apparent aliquando ex in modum vermium casei. Signa vermium latorum qui in intestinis grossis et longis nascuntur sunt citrinitas coloris vel palliditas et velocitas commotionis famis et ipsius tollerantie paucitas et vehementia mordicationis et sincopis et dolor in ventre famis et sensibilis elevationis eorum et involutionis eorum in illa hora et aqua currens ex ore et egestio eorum aut ex inferiori regione aut superiori aut labor est aut febricita et cum accidit dolor in ventre vehemens facit inde epilensiam sincopim spasmum et mortem et multotiens interficiunt

pp siccitatem vehementiam et pruritus nasi
et fricatio mordicata ipsius et circui-
tus oculorum et sentitur odor vermium in
anhelitu manifeste. Cura vermium qui

Cura cucurbitinorum

in fine longationis et ano nascuntur et ap-
parens est ut abluatur locus cum aqua sal-
sa vel moris calida aceti et supponere oleum
ablutum quousque fiat album aut inungere
locum cum oleo de persicis vel de amigdalis
amaris. Confert quoque multum lavare locum
cum aqua rute vel absinthii aut calamenti
vel lupinorum seu persicarie vel matricarie
confert multum est et est conveniens tingere
locum et extra et intra cum felle vaccino et similibus
aut cum oleo rosaceo in quo sit additum aloe aut cum
oleo de amigdalis amaris aut nucleis persi-
corum. Mundificet si est possibile cum clistere

Clistere

facto ex aqua absinthii et oleo aliquo ex
dictis et aloe vel aloe et picra et aliquo sal-
Bibat vinum limphatum et comedat res assa-
tas et carnes bone carnis et allia cocta.
Cura vermium longorum et latorum qui in in-

Cura longorum et latorum

testinis nascuntur est quia oportet in primis
ut non cibetur in matutinis id est ante horam
et tollerare famem deinde sorbeat aliquid lacte
aut cum fecerit illud duobus vel tribus diebus
dissolvatur medicamen in lacte cum aliquan-
tulo quod sic fiat. Recipe cortinum citri et semi-
git et nigelle harbe ana ʒ ii farine lu-
pinorum ʒ ii sticados arabici ʒ s. confi-
ciantur omnia ista simul cum aceto et dantur
ʒ iiii cum lacte quum fames est valida. Aliud
est melius. Recipe farine lupinorum ʒ ii cen-

Aliud melius

tonice ʒ iiii fiat pulvis cribatus et con-
ficiantur cum melle et dantur ʒ iiii ana die
cum aqua calida vel vino. Abstineat ab
victuosis et dulcibus crossis et grumibus

Abstineat

maxime dictum sicut a pasta et cibariis que
fiunt extra et piscibus et faseolis et fructi-
bus humidis. Bibat vinum album odoriferum

Bibat

limphatum aliquantulum. Si cum febre infirmus
fuerit ungatur venter cum oleo quod sic fit.

Unde ungatur venter

Recipe olei rosacei vel de ruta aut de amigdalis
amaris aut de nucleis persicorum ʒ iiii
aceti ʒ s. pulpe colloquintide rute fellis
vaccini aloes ana ʒ iii. Fiat autem ungu-
entum ex aliquo oleo eorum vel oleo rosaceo
mixto cum aloe et aliquantulo aceti
et super unguentum vel unctionem ponatur
emplastrum quod sic fit. Recipe absinthii rute

Emplastrum post unctionem

ana m. i. pistentur et coquantur in aceto
et cum eis misceatur de farina lupinorum et
ponatur calidum super ventrem purgant alia
parvi et maiores cum aqua que sic fit.
Recipe medulle cassiefistule ʒ i. dissolvatur cum

Aliud

ʒ iii aque decoctionis herbe in maiori-
bus coletur et detur ante diem et in infan-
tibus et lactantibus dissolvatur cum ʒ ii aque
decoctionis nucleorum persici vel amigda-
larum amararum sola aqua decoctionis a-
migdalarum amararum vel nucleorum persicorum post-
quam bene pistata fuerint expellit ver-
mes lactantium vel puerorum et in unctione
dicta. Comedat res assatas vel condi-

Comedat

tas cum agresta aut cum aceto et sale. Et
bibat ut dictum est aquam decoctionis per-
sicorum id est nucleorum persici in qua additum aceti
ponatur. Sequitur

Capitulum cxxxvii de debilitate in renibus f

Debilitas renum fit aliquando ex
alteratione complexionis aliquando ab
extenuatione eorum aliquando propter
dilatationem viarum ita quod superflu-
itates deveniunt plusquam
debeant ad ipsos et sunt crosse albe mix-
te cum albedine. Signa debilitatis renum

Signa primum

ex complexione sunt signa significantia calidi-
tatem aut frigiditatem renis vel loci calidus
vel frigidus cum dolor et quod usus rerum
calidarum aut frigidarum nocet aut confert aut
coloratio aut discoloratio urine cum multi-
tudine aut cum paucitate. Nam multa uri-

urina

na et sitis continua caliditatem renum signi-
ficat. Et si cum hoc non humectetur per os
per potum aque et semper mingit post potum
aque et urina fuerit alba subtilis quasi
aqua et raro mingunt hic vero caliditatem
renum significabit et est timendum
ne iste ad ethicam convertat. Contraria signa
significant frigiditatem. Signa debilita-

Signa secundum extenuationem

tis propter extenuationem sunt signa significan-
tia extenuationem corporis sicut sunt
et extenuatio membrorum. Et quod usus rerum
impinguantium corporis confert. Et urina
est multa et alba et limpida absque
superfluitatibus contentis in ipsa. Signa

Signa tertium

debilitatis renum propter dilatationem viarum
per quas humores et superfluitates
mandantur ad renes sunt quod urina appa-

cū sup fluitatib; albis uel rubeis immodū
lotiū crassus et est absq; doloze sensibili
quasi sed sentit in dorso aliquē dolorē
non intensū et paucitas appetit' coi-
et q mingit sepe super fluitates dictas
cū urina pallida ut plurimū Curia de
bilitat renū ex complone frigida est q de
bilitas ex ista causa magis manifesta et p
seuerans est quā ex causis aliis et deteri
oratur Si aūt debilitas ex complon
frigida est confortent renes cū oleo de spi
ca et oleo de mastice et cera mixt in mo
dū unguenti Et nutriat cū carnib; cas
trati arietis et edi cū feni· petro et be
tonice et carnib; auiū coctis in pastillo
et testula aut ueru conditis cū menta
petro· et sinap· fro cum rob aut cū pulue
specierū qui sic fit Rx piper long· ʒ ij· cina
moi ʒ· i· amcos· amoi· ʒ· i· cardamoi ga
riof· nuc· muscat· an· ʒ· i· et ß· croci· ʒ· ß· fiat
puluis cribatus Bibat uinū clarū odori
ferū medie rubedinis limphatū cū aq
decoctionis mell' et galange Comedat
etiā uitellos ouorū conditos cū dictis spe
cieb; et de libis fem'''' petro'''' et borragi
nis et mentastri et solatri Si aūt ma
fuit ibi frigida apparens uel permanens mu
dificet' cum aqua decoctionis turbit
aqua veri frigoris in qua ponant psil
lium et galle et mirti et silia. Sumat
sepe sirupum de agresta vel de mirtis aut
de citoniis et [anabulas] matrisilvas dissolutis cum
succo plantaginis vel solatri et cum eis
misceat aqua pluvie vel cisterne aut
aqua decoctionis mirtorum vel sumach
vel pirorum vel sorbarum vel nespilarum
et similium. Utatur ligaturis ad iuncturas
et coxarum cum binda ita quod doleant. Cum
vero acciderit fluxus per casum vel per
cussiones tunc fiat flebo de basilica q̄
est in manu inter anularem et auri
cularem. Et sumat sepe trocis. de karabe
qui sic fiunt. R. karabe gum̄ hedere ul'
arabice an̄ ℥ iii et s. balaustie ypoq
quidos acacie an̄ ℥ i. seis api an̄ ℥
s. informent trocis. pondere ℥ i. et
s. cum succo citoniorum vel pirorum vel nes
pilorum aut plantaginis vel solatri et det
cum sirupo de agresta vel de citoniis aut
sumach vel de mirtis et aqua decocti
onis alicuius istarum rerum. Ita trocis. isti
valent contra omnem fluxum menstruum ex
causa calida et fluxum ventris calidum
facta mundificatione stringunt men
strua et vomitus etiam emplastrum et epi
thima constrictiva superius dicta in ca
pitulo fluxus men. urine. colere et vomitus sub
stitutis san. ligature extrema que in hoc
casu valde erunt utile post flebotomias spatulas.

Capitulum clxv. De aposte matibus matricis

postemata matricis aliquando sunt
calida aliquando sunt frigida dura sed
sine calida aut frigida fuerint sed
fiunt ex materia decurrente per ve
nas occultas et manifestas ad
locum in quo apostema apparet et oritur et
tale apostema matricis sive sit calidum sive
frigidum accidit quoque aut ex retentione
men. Aut ex contrarietate partus. Aut
ex percussione super matrices aut ex
concussione in matrice. Signa apost.
cali. in matrice ex quacumque causa con
tingerit sunt febris acuta ut in pluribus
et nigredo lingue et dolor capitis et loci
qui est inter umbelicum et pectines et
dolor cathim. i. renum et iliorum et diffi
cultas urine et egestionis et frequentia
pulsus et anhelitus urina rubea ut plu
rimum et paucum eo quod mulier cogitur
ad emittendum eam sepe et fit humidas vel ite
riens retinent egestio et urina in ista
passione. Et signa quod apostema est acutum
non san. est quod cum febris acuta non videtur
signa san. multiplicata. quanto magis multipli
cantur calitates multum plurima sunt
Sed si apostema acutus non resolvitur subti
le calidum in medio convertitur ad saniem vel ve
nenum et fit diminutio doloris et febris in
gravitate loci. Et quod emittit per vulvam
saniem manifestam aut venenum et di
stinguunt inter saniem et venenum per
fetorem putredinis et debilitatem in
firmi. Nam in conversione apostematis in venenum
est fetor manifestus intollerabilis
in conversione eius in saniem est odor
gravis non sic intensus et conversi
onem apostematis matricis in venenum sequitur
debilitas virtutis regentis totius corporis
et vulnus. Cum vero ad saniem convertitur
sequitur confortatio virtutis regentis
totum corpus et vulnus. Et scias quod con
versio in venenum est signum mortalitatis
et mortis eo quod removere talem
corruptionem cum mundificatione veneni
et remotione loci putridi est impossibile
propter cavernositatem loci et in eius tuni
cis loci eius. Signa apostematis duri
in matrice sunt quies doloris caloris
febris et acuitatis eius cum reliquis gra
vitatis et specialiter quando apostema durum fit
post calidum a quo calidum et subtile resolvitur

et apparet cum portis magnitudo i
pectine et simile ita q tangit diu
ries et fit exitus urine et stercoris
difficilis cum frequentia exitus vri
ne Cura apat tali in matrice ex
quantitas causa est ut fiat flobo de sa
phena aut de vena basilica Clistere
zetur matrix cum mucillagine phil
lij aut ex oleo ros cum aqua amo
glosse et lactucaru imponitur talia
liquida et silia myrtinas insisto casu
et in omnibus egritudinibus matricis
inquibus mundificatio et alteratio et il'
confortatio loci requirit cum clisteri
quod appellatur pessarius qd est fcm
ad modus virge hominis in cui' vna
extremitatis uel summitatis est fora
men parvum rotundu ut est foramen
virge in alia uero extremitate ul'
alio capite est foramen amplu ha
bens magnas latitudines in cui' fora
mine in ligno ponit' lignu involutu
cum pecia uel stuppa et cu illo extra
hendo ligno et imprimendo fortiter
et violenter repletur humidis et liquid
et expellitur in vulvas et in hoc dif
a clisteri quod ponit in ano qr diuz
habet maximas clisteri uel pessariu
trahit ad se aliqua cu illo ligno quado
bene strictus intenditur in foramine
per quod transit et illa humida lig'm
expellit per violentiam inductum ab
eodem cum violent' et fortiter in
primit in foramen pessariu cu trahe
tur humida ad se alteretur locus matri
cis cum aqua decoctionis mell' ros
dissoluti cum camphora et psillio
Emplastrentur etiam os vulue cu mu
cillagine psillij malue et viol' mixt
et inspissat cu mell' ros et campho
ra et farina ordei Bibat etiam
usque ad femoru mitigationes aquam
ordei uel aquas decoctionis ordei
et prunoru Comedat lactucas cu
cucurbitas portulacas et sumit ordei
uel auene inquibus ponat degranat
vinu uel agresta seu succus berbere
uel ribes Vel comedat carnes edi
uel pullorum conditas et coctas cu eis
rebus Si aut calor fe et feruor loci
per ista non remouerentur addant'

in poris aquis semen papaueris albi
uel mucillago eius et oleu de mandra
gora uel de papauere uel de nenufar
Si vero male dormiuerit inungatur
caput cum inferiori parte in fronte
viz et in margine cum oleo de papaue
uel de mandragora uel de nenufar'
uel viol' aut ros cum aqua ordei uel
lactucarum seu endiuie uel portulace
seu prunorum et ordei Si aut dolor
esset intollerabil' sedeat infirma in
aqua decoctionis flor' camomill' fenu
greci se lini aneti et mellilloti et papa
ueris et psillij et mandragore et non
transeat aqua istius balnei uel fomenta
tionis vmbelicu Cum vero cessauerit
dolor et fe minuta aut conuersu erit i
sanies aut duritiem Cum vero sanies
fuerit generata ordinet' q mulier sedeat
sepe in aqua calida decoctionis mellilloti
uel camomill' et vngatur locus aposte
mosus cum oleo de camomilla uel de ane
to aut de lilio et ponat' intra vuluas
cu pessario uel tenta et ambulet descen
dendo per scalas uel ascendendo et
propesse cum omni ingenio vis saltim
positione digiti uel nisi fiat ut apiet'
et sanies fluat Cum vero inceperit
fluere mundificet' cum mell' ros mixto
cum farina ordei fenugreci lini et ter
bentina mixtis simul aut cum farina
ordei mell' ouorum et mell' ros mixt
simul cu mell' ro farina ordei et mirr
mixt' seu cum vngento aplorum quod po
nitur in licinio usque ad locu ulceratiuz
Si fuit possibile post mundificaciones incar
netur et consolidetur cum re que sic fit
R mell' colati ros colati lb s thuris
minutis gall' a psili mumie an' ʒ s psil
uerizentur et misceantur abluatur lo
cus et vulua tota intra usque ad locu ulce
ratus sepe cu vino rubeo stiptico calido
Nutriatur ex bonis carnibus et bono
vino tim mundificationis et incarnati
onis et consolidationis comedat q
arietu et oua gallinarum et carnibus
inquibus coquuntur h'ba sen' petrosel
gimis spinachiorum uel cum pos'set pa
tiens mundificari in principio medio
et in fine cum aqua prunorum in qua
dissoluetur manna et tamarindi ul'

reub'. hec enim mundificatio in talibus tollet mala currentes ad apostema hora principii et hora mundificationis cum apostema fuerit sa niosum et ulceratum. Una apostematum duri sine illa duricies fuit ipse radix sine fi erit per resolutiones partis calide apostematis cali post cuius resolutionem remansit et ad duricies est ut mundificet duricies illa et totus locus cum sessione quasi con tinua in aquis radicum maluavisci malue et rosarum hazbe aut in aquis decoctionis aneti flor' camomille radicum maluavisci et malue et cimeis ponat ad olei sp ponatur super locum dacilo ad strophu las quod fiet mantum vel emplastrum de bdellio armoniaco et storace et oleo de se mine lini vel de lilio aut de camomilla dissolutis ad invicem et cum cera clisteri zetur matrix sepe cum rebus mollifi cantibus sicut cum oleo de camomilla et cum mucillagine seminis lini vel fenugreci aut cum oleo de aneto mixto cum storace liquida clisterizetur cum aqua decoctionis maluavisci et mellilotum in qua dissoluatur vel rosata et oleum de se. lini et aliquantum ar moniaci vel bdellii. Ungatur sepe locus exterior durus. Et clisterizetur matrix cum ungento quod sic fit ℞ pinguedinis anseris galline anatis ana ℥ i. butiri ℥ iii. bdellii armoniaci ana ℥ ß. olei de ca momilla vel de semine lini ℥ ii. dissoluantur gumme in oleo et liquefiant cum pingue dinibus et butiro dictis in carola ad ignem et coletur et reseruetur usui. Si per istam viam non resoluitur neque molli ficatur ita quod veniat ad fines et neque ap erit ut possit mundificari sed magni ficatur eius duricies et dolor et gravi tas loci et fe. tunc scias quod apostema durum factum est cancer et non amplius curatur sed moritur mulier cum cancro in loco illo specialiter non recipiat curacionem et hoc mul- tum. phi^la vi Cuiuscumque abscondit can cri fuit non curare melius est curam vo cauis perent. Si aut alleviaret dolor et minoraret apostema et gravitas et fe bris aut resolueretur totaliter aut con verteretur ad sanies et tunc confortaretur appetitus et digestio in omnibus melius et fieret somprius et tranquillitas et alleviatio manifesta. Si aut non

resolueretur totaliter sed per mollificationem ad sanies converteretur hinc erit necesse ut fiat mundificatio et incarnatio et consolidatio loci ut dictum est. Comedat spinachia feniculum boragine et lactucas et cucurbitas carnes edi cari etis et castrati et pullorum et gallinarum et aliorum degentium in arboribus et perdicum et mica ovorum et vitellis ovorum et ova sor bilia et condiant cinnamomo et saba et zucaro et pulvere cardamomi et cinnamomi liquiritie nucis muscate gariof. et croco. Bi bat vinum clarum dulce in quo semper ponatur aque. Si autem fieret cancer vel mu taret ad cancrum conseruetur et blandi atur cum ungento quod sic fit ℞ olei rosarum ℥ iii. cere ℥ ß. camphor. ℥ ß. fiat unguentum ex istis. Continue fomentetur locus cum aqua decoctionis psillii semi num fari et rosarum et papaveris albi et sedeat in ipsa dum tepida fuerit et post ablutionem fiat unctio cum ungento de camphora dicto. Possit hec mulier patiens apostema durum in matrice mundificari quomodo a prin cipio usque ad fines cum aqua decoctionis prunorum in qua dissoluantur manna et tamarindi et medulla cassie fistule. Dabitur talis decoctio ante diem per horas duas removens materiam melius currente ad locum adhibitis. Sequitur

Capitulum clxvi de ulceribus in matrice et pruritu et priapismo mulieris

Ulcera in matrice et pruritus et priapismus in muliere quandoque fiunt aut ex materia salsa decurrentia ad locum que propter suam salsedi nem corrodit et ulcerat vel fiunt post apostemata salsa saniosa que rumpunt et omnia ulcera huius loci aut fiunt cum humidi tate multa aut non accidit quandoque etiam ex istis humoribus salsis et acutis qui ita superfluunt donec devitant virtutes et quandoque accidit illi mulieri que habet huius impe ritates ex humoribus dictis ut si non sa netur vel faciet extoicii et advenient ei priapismus et quotiens cum ea fit coitus additur malicia et coitus similiter convenit et

priapismus aduenit in muliere ex ea
more et causis dictis capitulo de satiriasi
et priapismo in viro bene curatur ut
dictum est illic et accidit ex causis et hu
moribus acutis et salsis que mordicant
propter desiderium fricationis in locis illis
multiplicant quod eadem in muliere ut sati
riasis in viro quamuis coitus offendat et
non conferat eis ita accendit collum
matricis ut in aliis causis ut virga hominis
in homine et dicere uidetur admirantur
et mortes mulieres et viri unde signa
priapismi et pruritus et ulcerum in ma
trice et cura eadem sunt in omnibus quantum
sit ex istis causis dictis hic de priapismo
Signa ulceris in matrice quando non fuerit
multum humida siue fuerint ex flate sal
so siue ex materia combusta sunt pruritus loci
non bene tollerabilis uel ardor uel in
flatio et primario superfluae humiditatis
currentis ex loco et fetor cum quadam
acuitate et quod ex matrice emanat san
mali coloris mixtus cum veneno uel sa
nie indigesta Signa ulcerum matricis
quando fuerit multum humida sunt fetor malus
et intollerabilis et ardor cum pruritu non
sit intensus ut in superioribus et cursus
humiditatum multarum quasi continue in
quibus est venenum indigestum nigrum uel
viride aut liuidum mixtum aliquando cum sanie uel
sanie Signa ulcerum que fiunt post
apostemata saniosa iam dicta sunt supius
capitulo de apostemate sanioso calido uel duro
Cura ulcerum non habentium multam
humiditatem est ut comedat carnes cas
trati arietis edi gallinarum pullorum et
omnium auium degentium in arboribus et in
pratis et oua sorbilia et vitellos ouorum
spaliter boragines spinachia lactucas
et similes herbas feni petro mixtam
cum aliis aquas cireas aues partinas
et condiantur omnes carnes eius et
cura racenni cum rob et vitell ouorum
et puluere cardamomi mirtorum cina
momi liquiritie zuccari et ros et in
vino granatorum dulcium uel mizarum
Bibat vinum album lim bene mundificet
bene sepe cum aqua decoctionis sem
epithimi ros cum mirtibus modo et dul
coretur cum zuccaro uel cum mell ros
et clarificet propossit Summat de

quacto in quartum in mane ante diem
ʒ vii uel v de ista aqua plus et minus
sim quod assellarie Mundificetur
locus ulceratus si fuerit parum
humiditatis cum melle ros mixto
cum farina ordei et terebentina
Clisterizetur sepe cum aqua tepida
decoctionis seminis epithimi summitatum
florum camomille et ros in qua dissolue
tur terra sigillata et in aqua dissoluta
non fuerint sedeant sepe et abluat os
matricis cum eadem aqua quando tepida fue
rit Aliud mundificatiuum ualde bonum
in hoc Recipe mell ros ℔ ß farine lupi
norum siliginis et fenugreci sarcocolle
ana ʒ ß misceantur per se ponatur mox
matricis cum linimento uel dissoluatur
in aqua porri et ponatur intra matri
cem cum clisteri seu pessario Si autem
feruor ardor et pruritus essent in
tollerabilia uel multum intensa in omnibus
istis aquis et clisteribus aut pessariis
et mundificationibus ponatur semen pa
pauerus et iusquiami et de camphora
in bona quantitate miscendo cineris
uel de coquendo in aquis in quibus sede
debet patiens uel cum quibus matrix
debet clisterizari Facta mundifica
tione incarnent et consolidentur
ulcera cum rebus dictis in incarnatione
ulcerum que sequuntur ad apostema calidum et
durum Medicamen utile et bonum
incarnatiuum et consolidatiuum ulcerum
matricis specialiter post mundificationem
totius corporis et loci sic fit Recipe aloes
hine emathitis puluerizatis mitte combuste
pulueris cinnabaris duri et sicca ad
busta ana ʒ i puluerizentur et cribentur
et ponatur hoc medicamen super locum
cum linimento uel cum clisteri quod fiet ex
decoctione aqua tepida et isto medicamine
Cura ulcerum matricis habentium multam
humiditatem est ut in omnibus fiat ut dictum
est supra dicta vis mundificationibus
loci ablutionibus fomentationibus et
pulueribus et medicinis incarnatiuis
et consolidatiuis propter quod mulieribus
istis habentibus multam humiditatem
requirit mundificatio loci de terno in
tertium diem uel omni usque ad perfectam
mundificationem cum vngento apostolorum aut sic

aut cum miscet cum unguento viridi quod
fiet in antidotario. Aut cum eisdem mixtis
et dissolutis in aqua decoctionis fu
miterre vel rosarum et hinc debent imponi
cum clistere. Cum vero dissolvuntur in aqua
vel re liquida debent imponi in matri
ce cum licinio et hic fortius et melius
unumquodque operabitur ex siccatis humiditate
et facta mundificatione debita incar
nentur et consolident vulnera vel ulce
ra ut supius scriptum est. Sequitur

Capitulum clxviii de cancro in matrice R

Alis egritudo videlicet cancer
ubicumque fiat semper nascitur
et generatur ex materia que
per admixtiones ad genus
melancolie mutata est infiltra
ta et inserta in venis circumdantibus
locum cancri et ipse vene ad ipsum cancrum
semper exprimunt humiditates melancolicas quas
in se habent et ad eius augmentum mali
cie et quantitatis continue mandare con
sueverint. Signa cancri sive succedit
ad apostema vel ulcus antecedens sive sit egri
tudo per se incipiens sive quando est inci
piens quia in eius principio apparet in
modum ciceris vel fabe et vene apparent
circa locum sue nativitatis nigre et li
vide vel terree et fit continue augmen
tatio ipsius cum durities et caloris et
pulsatione in loco quo usque ulceretur
tempore quo vero ulcerationis aut quando suc
cedit ad apostema dura seu maliciosa
aut ad ulcera antiqua seu fraudulenta
hinc emanat aber virens viride et ni
grum liquidum fluens ut aqua vel aceti
et fetet locus cancrosus et venenum
emanans fetet fetore veneni exeuntis
a cadavere quod est in via putrefactionis
et ebulitionis. Et labia eius ulceris sunt
dura nodosa infiltrata et tale ulcus fa
cit cum malicia sua de ambulationem
continuam lentam tamen et ideo quia radix
cancri est vene circumdantes ipsum plene
sanguine melancolico adhuste inserte in profundita
tibus et superficiebus membri in quo existit
non recipit curationem nisi cum remotione
membri in quo est et eius totali incisione

et facere istud in cancro et locis illis est im
possibile cum remanentia vite sit impossi-
bile per hoc cancer istius loci per artes me
dicinales curare et sic remanet incura
bilis in omnibus locis curatione perfecta nisi
secundum quod dixi et hoc videtur velle ypocras in pa^la
vi afforismorum ubi dicit cancri absconditi non
curare melius est etc. super illo commento
afforismi probat galienus quod narravimus
de cancro et radice eius. Cum ergo
manifeste probatum sit quod cancer non
recipit curationem perfectam nisi cum re
motione membri videtur conveniens ut
de eius curatione ad dicant absque
membri remotione que appellatur cura
blandiens et mitigativa malicie eius
mundificetur sepe patiens cum pillulis fe
tidis aut cum aqua decoctionis mirab-
olanorum sene epithimi cuscute fumiterre
et prunorum dulcoretur cum melle rosarum et
zuccaro et dissolvatur in illa aqua semper
ad mane. Semper omni die sedeat in aqua
tepida decoctionis rosarum malve et bis-
malve cuius in aqua ponatur aliquid olei
rosarum. Et ungatur locus continue cum unguento
quod sic fit. R olei rosarum vel nenufaris
aut papaveris ℥. s. cere ℥. s. campho-
re ʒ. s. teratur camphora et pulverizetur
et postquam cera dissoluta fuit cum
aliquo oleorum ad ignem et cum infrigidatum
fuerit hoc totum misceatur pulvis cam
phore in eo et ponatur etiam ad aque rosarum
Clisterizetur matrix sepe cum aqua decoc
tionis camphore nenufaris et papaveris
albi et rosarum viii et aliquantulo inspissanti
potest tum et specialiter si dolor ultra debitum
augmentaret. Abstineat a rebus
acetosis et agrestis et caulibus porris et
leguminibus caseo et rebus que sunt extra
sicco et carnibus salitis et acuminis. Utatur
vino dulci claro leni et dieta calida et
humida cum declinatione maiori multum ad
humiditatem quasi ad aliud. Fiat pro con
dimento in suis cibariis res in quo ponatur
parum vini granatorum dulcium vel musti vel
de agresta dulci quodammodo et ponatur cum
eis de pulvere qui sic fit ex cinamomo ligni
et croco et zuccaro misto cum quo recipiat
in suis cibariis vel condimentis aliquid
acetum vel fortitudine caloris. Sequitur
hic aliud capitulum videlicet

Cura blandiens et mitigativa

Balneum

Unctio

Clistere matricis

Abstineat

vinum

dieta

pulpa bona

Capitulum clxviii de ragadiis in matrice et apparitione virge et rei que nominatur furfur id est caro addita orta in ore matricis que quandoque prolongatur et quandoque abbreviatur et non prolongatur nisi in estate et abbreviatur in yeme

Ragadie sunt scissure cum quibusdam eminentiis carnosis a quibus per fricationem cum ligno et etiam per se emanat sanguis. Fiunt aliquando propter siccitatem eminentes loci et contingit in partu difficili aut propter apostema quod rumpitur et adveniunt quandoque que consolidantur et acquirunt formas verrucarum et porrorum et apparet ragadie matricis intra aut extra ita quod videri possunt. Quandoque propter ragadias oritur in ore matricis caro addita. Et quandoque apparet res super mulierem sicut virga commovens subcutem et quandoque advenit ut faciat cum mulieribus similiter quod fit eis cum quibus coeunt. Et quandoque est illud durum et magnum bothor vel eminentia. Et furfur quidem est caro addita orta in ore matricis que quandoque prolongatur et quandoque abbreviatur et non prolongatur nisi in estate eo quod calor facit in ea dilatationem et extensionem et yeme abbreviatur eo quod frigus eam constringat et corrugat. Signa ragadiarum intrinsecarum vel non intrinsecarum sunt dolor apud coitum et exitus virge sanguinolente. Et si ponatur sub muliere speculum concavum vulvam eius et aperiatur vulva vulnerata cum cippa absque strictione et consideretur super illud quod in speculo repraesentabit et quod apparebit in eo significabit formam et figuram et earum malitiam. Cura ragadiarum intrinsecarum est quod si fuerint cum siccitate calore et pruritu et scissuris in loco ut sepe in die fomentetur locus et humectetur sedendo in aqua tepida decoctionis camomille et malve vel linarie et malve aut in aqua decoctionis seminis lini et camomille et linarie. Facta fomentatione et ablutione loci in sessione aquarum predictarum ungatur locus lesus si apparet vel ponatur in lanam usque ad locum lesum unguentum de cerusa quod sic fit. Recipe olei rosarum ℥ iii, cere ℥ i, dissolvatur cera in oleo ad ignem et post dissolutionem ab igne deponatur et inspissetur cum cerusa pulverizata et cum inspissatum fuerit addantur duo albumina ovorum et aliquantulum aque rosarum et misceantur cum eis et in fine addatur de pulvere camphore et erit melius. Aliud ad idem valde bonum. Recipe populeon ℥ iiii, camphore ℥ s., cerusse ℥ i, albumina ovorum duo, misceantur simul absque igne et in fine addatur cum eis miscendo de aqua rosarum ad libitum. Talia unguenta removent calorem et pruritum a loco in quo ragadie sunt et mollificant et humectant et preparant ipsas ragadias ad digestionem et mundificationem postquam melior consolidatio fiet et breviori tempore cum dieta et potu dictis in mulieribus et matricis et cum hoc subtrahatur aliquantum sanguinis de basilica que est in manibus ex parte splenis aut in pedibus ex eadem parte. Nam talis subtractio sanguinis multum alleviat matricem a causa materie facientis et conservantis ragadias. Post mundificationem loci et remotionem pruritus abluatur locus ragadiarum sepe cum vino calido vel decoctionis myrti thuris et mirre apposite et aloes vel tutie aut mumie et sic firmabit et consolidabit locus. Cura ragadiarum que fuerint cum eminentiis et humiditate est eadem cum superiori ex parte flobotomie de basilica manus et pedis partis sinistre et etiam ex parte mundificationis cum medicinis. Et ex parte rerum que mitigant ardorem et pruritum et cetera et que incarnant et consolidant et muniunt preter quam iste

ragadijs que habent eminentias et
humiditatem debet fieri mundificatio
cum unguento apostolorum cum ponitur sup
ragadias per se aut cum unguento vi
ridi si fortior mundificatio fuerit ne
cessaria aut propter habundantem humiditatem
aut propter eminentias ragadiarum multipli
catas vel fiat mundificatio ipsarum cum
unguento facto ex cinere atramenti hoc istarum
inferatur in vulvam cum cura magna
ut manifestetur medico per visum quam
his cum infirmitatibus operatur et qualiter
et hoc habet locum si eas per visum aspi
cere non possit. Cura vero uerrucarum que
apparent in vulva et circa vulvam que
dicuntur ficus non est possibile fieri
a medico nisi cum ferro incidendo
eam vel urendo vel incidendo simul
et hec est via nobilior et melior et ma
gis secura. Sequitur

Capitulum clxix de egritudine que vocatur mola et dicitur inflatio matricis.

Cum mulier est plurimum sper
matis et est consueta viro
et etiam quamuis non sit con
sueta et illud sperma non
abscinditur ymo mulier re
movetur et privatur ab expulsione
spermatis per separationes a viro aut
per aliquas alias causas tunc congrega
tur illud sperma et corrumpit men
strua retenta vel ipsa menstrua per se cor
rumpuntur mutatur illud totum in ventro
sitates puras aut in humiditates mixtas
cum ventositate ita quod augmentatur
eius quantitas multum et inflatur per hoc
matrix tota et intumescit venter sicut
impregnate et plus et sic generatur
hec egritudo que mola vocatur in
mulieribus habentibus talem naturam
specialiter. Signa mole ex quantitate
causa fuit sunt magnitudo ventris et
inflatio sicut apparet in pregnante
et retentio menstruorum simpliciter
aut quasi totum et pro longatio temporis
post illum menses novem et per istam
prolongationem et mollities maxillarum
et per elongationem temporis in quo appa
rent motus mole sicut motus embrionis
et quod quamquam non movetur ymo quamquam
per mutatur a loco suo post operationes
vehementes deinde patet post labores
vehementes frustum carnis cum non est
forma et quandoque redimuntur extra ventosi
tas crossa et humiditates plurime tunc
et tunc detumescit venter et extenuatur
et destruitur evidenter. Cura mole
est ut mollificetur primo locus matricis
et os vulve cum aqua calida decoctio
nis malvavisci seminis lini fenugreci flor
camomille malve et aneti. Post mundi
ficationes fiat pessarium aut clistere
vel suppositorium in os matricis et
vulve cum aqua tepida decoctionis
rute vel calamenti seu mente in qua
dissolvantur trociscos de mirra qui facti
sunt supra in capitulo de retentione menstruorum.
Purgetur sepe cum pillulis fetidis aut
cum yera pigra. Utatur electuario de manu
dis. Supponatur malve vel malvavisc
ci aut tassi barbassi in uncto de oleo
de costo vel de spica aut de bdellio
et cum in uncta fuerit involvatur in
pulvere mirte rubee aut euforbij seu
castorei vel costi. Utatur menta et ca
lamento et origano et ruta in suis
cibis. Sumat cum aqua rute vel mente
℥ i vel ij triacre rubi et cum succo rute
vel mente quo ferimus in mane et de
eadem fiat pessarium vel clistere in ma
trice cum aqua rute vel mente. Ciba
tur aquis ciceris vel faseolorum et bro
dijs porrorum vel caulium et carne arietum
et gallorum condita cum sinapi ruta
pipere et salibus. Bibat vinum album
acutum diureticum quia erit utile. Ungan
tur femur et venter totus et vulva
cum partibus adiacentibus cum oleo de cos
to vel spica vel bdellio semel in die ad
minus. Cum enim incipit emittere frusta
carnium aut sanguinem vel ventositatem
detumescit venter et bene curatur.
Si autem per istas operationes nichil
emiserit de dictis super fluitatibus
erit signum male curationis vel diffi
cilis curationis et cum curationem
non recepit hec infirmitas cognosca
mus pro certo ex callositate matricis

Cura mole

clistere

pessario

Suppositoria

Cibus

Bibat

Unctio

sperma et virgo erectione et coitu de ma
tione satietatis illud quod invenimus in
hoc casu utile est ut mulier sepe su
mat ℥ i pulveris seminis agni casti cum ℥
i mellis rosati et aqua. Sequitur

Capitulum clxxi de hiis que constringunt vulvam

Causa et signa sunt manifesta
ex re ipsa. Sunt tamen quidam
qui volunt habere signum
ex urina dicendo quod urina
virginis subtilis et limpida
apparet. Et assignant pro causa quoniam
vie matricis et vulve stricte sunt propter
virginitatem non debet ex locis illis
vel ex affinitate constrictionis viarum
illius loci purgari et descendere per re
siccum nisi subtile et limpidum. Alii vero
per aliam viam habere volunt signum super
virginitatem ex modo mingendi. Nam
virgo cum mingit sibilat subtilius et a
cutius quam corrupta et mingit longius quam
quam puer quando de urina virginum termi
nabitur tractatum de urina. Que variatur
secundum naturam sexus et etates etc. Quidam
vero volunt notare per aspectum more
mulier et hoc est officium obstetricis que
consueta est in hoc nam foramen vel os
vulve per quod virga primo ad matri
cem ingreditur antequam corrumpatur no
dus virginitatis est constrictum contexti
vellus et arteriis manifestis rugatum
manus textura et rugationes sunt emine
tie parve ad modum annulatarum arcuum quod
texturam et rugarum et formam os pre
dictum amittit hora corruptionis
nodi virginitatis et apparet hora cor
ruptionis illius exitus alicuius sanguinis
manifeste ad oculum cognoscentis. Et est
differentia inter illum sanguinem qui exit hora
illa a vulva et sanguinem menstruorum in
tempore et colore et quantitate. Tempus enim
exitus sanguinis corruptionis virginitatis
minimum est comparatione temporis menstru
orum et quantitas minima etiam color non
sanguinis qui exit hora corruptionis cla
rus et non fuscus est eo quod a venis et
arteriis per violentiam et non in modo
superfluitatis exit color vero menstruorum

ex causis contrariis fuscus et turbidus
reperitur et apparet. Cura ad stringen
dum vulvam quod manifeste appareat
quod corrupta virgo appareat videatur
et credatur primo oportet ut mulier ab
luat os vulve et sedeat per horam
in aqua calida decoctionis gallarum mir
tilli cipressi et gummi arabici. Cum vero
ab aqua remota fuit immediate ex
siccet os vulve cum pecia lini munda
et ponat super ipsam vulvam et circa os
eius peciam lini infusam in re que sic
fit. Recipe gallarum muscatarum ℥ iii gariofilorum
℥ i nucis muscate ʒ i teruntur et dissolvantur
in ℥ i vini rubei stiptici et aliquantulum
ad ignem calefiant. Aliud quod facit
apparere corruptam virginem mani
feste. Recipe gallarum aluminis zuccarini semi
nantis foliorum lilii cipri ana ℥ i terantur
et bulliant in quatuor lb aque tamdiu
quod aqua virtutem rerum recipiat. De hac
aqua mulier multotiens et sepe ablu
at os vulve et de ea in vulvam sepe
ponat. Cum vero vulva constricta
fuerit per istam operationem tunc cum vir
accesserit ad eam ut coeat tunc aliquid
tulum accipiat vel aliqua pars parum
intestini columbe et impleatur sanguine
columbe ipsius et immittatur vulve postquam
quam vero vir accesserit ad eam et
cum ea coire ceperit findetur intestinum
et sanguis fluere cepit et sic virgo
iudicabitur. Aliud ad idem et est for
tius quod facit apparere mulierem que
iam peperit quod sit virgo ita quod cum vir eam
cognoscere voluerit durius et difficilius
virgam imponere poterit quam si non
esset corrupta sic fit. Recipe vini stiptici
rubei lb iiii aceti vini albi ℥ iiii mastic
gummi arabici mirti cipressi gallarum aluminis zuccarini
ana ℥ i terantur et pulverizentur in vino
tamdiu quod consumatur de toto mixto ℥
iiii abluat vulvam sepe in die de re ista
cum fuerit calida et post ablutiones epithi
metur cum pecia infusa in eadem re. Si
ante epithimationem cum pecia exprimi
tur et exspergatur super foramen
oris matricis intra labia vulve pul
vis qui sic fit. Recipe boli armeni mastic gummi
arabici mumie aromatice ana ℥ ʒ
terantur simul in mortario ultima decoctio

et reseruet usum. Nam hic modus q̃si os matricis consolidabit et specialiter si compositio ista dicta super foramē oris matricis omni die semel ad minus debet super ipsum puluerem et foramen poni petia infusa in vino calido et sic opus complebitur penes intentionem. Se[quitur]

Capitulum clxxii de his que auferunt humiditatem a uulua. R[ubrica]

[S]uperfluitas humiditatis in uulua addit subtilitatem et impedit generationem. Nam humiditas matricis cum multiplicatur ledit eius asperitatem et virtutem retentiuam seminis impedit et propter curationem et remotionem debet a medico pro posse. Signa humiditatis uulue et matricis sunt mollities corporis maxillarum et oris et quod super fluitates que more naribus et oculis et auribus expelluntur multiplicantur et sunt non bene digeste. Et certius signum omnibus aliis est quod semper os matricis et omni hora humidum inuenitur et corpus mulieris si in mensa cum hoc totius humidum inuenitur.

Cura

Cura: mundificet aliquando cum medicamine detur ibit aut cum pillis fetidis et nutriatur cum rebus assatis et siccis. Frequenter in die medicine et utatur vino stiptico. Sepe utatur balneo sicco in quo [abstersit] abstringat uulua cum absinthio origano artemisia et calamento. Et immo deferat intra uuluam petiam infusam in vino stiptico calido decoctionis aluminis zuccarum coppularum glandium et cortice cipparum balaustie cipri et similium et excreabit per istam viam radix humiditatis currentis a corpore ad locum et humiditas loci consumetur. Sequitur

Sig̃ humi[di]tatis

Balneo

Capitulum clxxiii de his que calefaciunt uuluam. R[ubrica]

[F]rigiditas matricis cum intensa et manifesta fuerit extinguit semen cum collocatum fuerit in loco conceptionis et propter hoc hec infirmitas non est a medico negligenda. Nam omnis frigiditas est virtuti naturali mortificatiua. Caliditas uiuificatiua dicitur ut uult [illegible] ubi dicit quod numquam frigidas et densas matrices habent [illegible]. Signa frigiditatis uulue non calidam sunt quod quasi non habet pilos circa femur et uuluam et quod tarde incipit eos emittere et sunt subtiles et rares et minimi et flauum et eius menstrua subtilia rubea clara pauca inequalia et rara in tempore et mulier non est desiderans coitum et nullo modo delectatur in coitu nec sperma emittit et male generat et non generat mulier talis nisi cum delectatur et uehementer calido quamuis per uiam contrarietatis mulieri ad virum ex parte sexus melius et citius et sepius concipiat mulier cuius matrix est calida et similiter eius complexio calida et hec est communis in humana natura et rectum per sensum. Cura ea que uuluam calefaciunt sunt electuaria calida ut diamuscum et diambra et diatrion quod est nobilius aliis mixto casu specialiter si in quod in animo fiet. Supponatur uulue cum [illegible] uel domesticum ex coctum in continenti et mixtum cum oleo deficcatur sepe suffumigationibus factis cum uiuturis masticis [illegible] que recipiant in uuluam cum embrocca. Comedat carnes assatas et calidas et bibat vinum stipticum odoriferum et mundificet temporaliter cum pillulis fetidis et medicamine debitum. Sequitur

Cura

Alii

Capitulum clxxiiii de his que valent ad impregnationem. R[ubrica]

[H]oc capitulum continet intentionem de impregnationis difficultate quod dicemus inferius. Sed ea que valent ad impregnationem sunt ut eligantur duo que conueniant ad hoc faciendum verum ut complexio viri sit contraria complexioni mulieris. Iterum ut mulier et vir abstineant longo tempore a coitu pro posse. Nam hoc maturescit in muliere et confortat

aspectuitatem et virtute retentiua in ipsa
matrice reddit nimia hirationes et maiores
perfectiones spermatis conueniens ad
generationes. Istam est ut mulier neq[ue]
vir sint ebrij quia sperma ebrij sit flu
xidum minus et est indigestum et lubricum
ita q[uod] non congregatur in loco conceptionis.
Utatur mulier ante horam coitus p[er]
vi uel v horas balneo aque calide de
coctionis spice celtice flor[um] camomill[e] mel
liloti poli j siseleos. Suffumiget os ma
tricis et matrix tota cum opoponace
carpobalsamo et cum se[mine] lini et costo et
spica et supponat mulier intra vuluam
omni die ante coitum medicamen quod
sic fit ℞ carpobalsami xilobalsami
storacis siseleos seis peonie nucis an̄
ʒ i. terantur et cribentur et fiant trocisci
oleo balsami et oleo ro[sato] in quo dissolut[um]
sit musc[us]. Aliud ad idem ℞ balsami
℈ i. nucis carpobalsami an̄ ℈ siseleos
seis peonie an̄ ʒ i. terantur et incor
porentur et fiant forme ad modum dactiloru[m]
mixtum cum oleo ros[ato] in quo dissoluatur
muscus. Sedeat mulier sepe in aqua de
coctionis gallaru[m] mirtillor[um] balaustie
mundificetur sepe cum aqua decoctionis
mirab[olanorum] kebul[orum] emblic[orum] ro[sarum] mirtilloru[m] et
dulcoretur cum zucco ros[arum] veri. Sepe
comedat siseleos et suffumiget super
ipsum puram et mixtam cum se[mine] peonie. Utatur
semel in ebdomada tiriaca dissoluta cum
vino calido decoctionis siseleos et seis
peonie bonu[m] et utile videtur ut hora coi
tus sit immediate post menstruoru[m] purga
tionem. Sit tunc cum vir incipit ludere cum mu
liere tangendo maxillas et pectinem et
fricando margines uel mamillas i loca
pilosa que sunt circa vuluam. Nam phi[losophi]
volunt q[uod] iste locus sit locus fortissime de
lectationis in muliere et hoc narrat
aui[cenna] li[bro] 3° de regimine et curatione sterili
tatis. Et faciat cum hoc vir diuersa os
cula et motiones in facie et oculis mulier[is]
q[uod] mulier excitetur ad coitum et q[uod] co
gnoscat per diuersas motiones mo[tus] ocul[orum]
et per oscitationes et anhelitus diuersum
tunc vir excitetur super mulierem et co
eat et hora coitus mulieris coxa vehe
menter eleuet et sit illa hora caput muli
eris inuersum inferius. Abstineat vir

hora sui coitus ab emissione sui spermatis
donec noscerit mulierem suum impleuisse
desiderium tunc vir turbat naturam
mulieris ad se et violenter premet semi
genitalibus versus mulierem et sum emit
tat semen. Nam omnes isti modi dant via[m]
ad conceptionem si sterilitas non fuerit
manifesta. Si aut[em] sterilitas fuit
et causa quare vir non generat aut muli
er non concipiat tunc non inhibeat intentio[nem]
artis naturalis sed relinquitur nature diuinitati. Et c.

Capitulum clxxv de hijs q[ue] prohibent impregnationem et aborsum faciunt. ℞

Vamuis istud ca[pitulu]m non sit
de mandato legis pertinet
tamen ad ordines scientie medicinal[is]
propter periculum quod contingere
posset in muliere non sana
uel debili uel que esset nimis iuuenis.
De hijs que impediunt et prohibent
impregnationem est ut vir compleat suum
coitum prius quam mulier et tunc mulier
post coitum viri et etiam post coitum suum
et viri aperiat coxa et stet in pedibus
et saltet retro fortiter per iii passus
uel viii et saltet etiam super unum pede[m]
et descendat etiam per gradus scalar[um]
et sic emittet sperma suum et in i exteri
ori. Post coitum supponat sibi im
mediate oleum de spica liquid[um] uel nimpa[n]
uel de menta non concipiet et si vir ante
coitum inungat caput virge ex eisdem
oleis uel succo mente uel rute uel nimp[hee]
uel ex pulpa coloquintide non genera
bit neq[ue] mulier concipiet et si[mi]l[ite]r ex succo
sauine uel scolopendrie. Dicit q[uod] si homo
coitus suspenderit scolopendria viridis
ad coxas mulieris non concipiet. Item si
mulier per decem dies sumeret omni die
ʒ iii de seme sauine uel rute uel nimp[hee]
emitteret fetum mortuum et non concipet
uel sumet de eisdem seminib[us] tam diu
continue q[uod] odor illius seminis in urina uel
sudore sentiatur non concipiet et si concepit
faceret aborsum, om[n]ia breuiter q[ue] menstrua
prouocant conueniunt in isto casu de quib[us]
mentionem fecimus capitulo de retentione menstruorum.

Aliud ad idem R. seminis sauine ℥ x. me
trastri sicci foliorum rute an. ℥ ii. rubee
tarum agresti pulegii cimini an. ℥ i. her
ba pulverizata cum lacte ficum in
modum electuarii conficiantur ex quo mane
et circa noctem ad magnitudinem avel
lane vini parue sumat. Sumat iterum
omni die sto ieiuno ℥ ii. electuarii de cinamo
dis cum vino decoctionis rute et se
minis pipi. Et equalet ad hoc multum est suf
fumigatio in tinacetorio cum nuce muscata
et serapino et mirra et comedere allia
et acuta. Supponere ante coitum et post
fel vaccinum et thimum et fenthi sal gem
et bibere api vel leuistici radices et
supponere radices asefetide et omnia ista
singulariter et per se iuuant

Capitulum c. lxxvi. de diffi cultate impregnationis R.

Difficultas impregnationis
contingit aut ex multitudine
adipis aut propter paruitatem
vel magnitudinem virge aut
ex abbreviatione capitis virge
ligamenti. Aut propter velocitatem eiectionis
mulieris et velocitatem motus post co
itum. Aut quia matrix est frigida ultra
debitum. Aut lubricatione matricis et de
bilitate ipsius. Aut propter ventositatem
grossam in matrice. Aut propter superflui
tatem caliditatis matricis. Aut propter emor
roidas et ulcera in matrice. Aut quia
sperma est calidum nimis vel frigidum. Aut
quia vir coit in complexione calida vel frigida
et mulier conuenit et inde nascitur complexio
mala et distemperata in spermate ita quod
non est conueniens ad generationem. Hee autem
sunt conditiones xii impedientes mulieris
conceptionem: addit aliquis xiii a medicis
coit videlicet quando mulier non emittit sperma
hora coitus non fit generatio et hec sima
quamuis sit in spermatum a medicis affirmetur
que ad veritatem non est necessaria ut pro
batum est ab aristotele li. de animalibus iiii. in
4° c° secundum diuersas translationes quod
sperma mulieris non sit necessarium ad gene
rationem. Et probat multis rationibus quarum
prima est hec quod ubi est menstruum ibi non est
sperma et ubi est sperma ibi non est

menstruum 2ª ratio est per testimonium con
tractum ex mulieribus que temporibus
suis impregnabantur et dicebant mulie
res que sunt impregnabantur temporibus
et etiam modo impregnantur absque de
lectatione et ex hoc tenebit argumentum
tale omnis emissio spermatis est cum
delectatione mulieres impregnabantur ut
testificate sunt absque delectatione aliqua
ergo absque emissione spermatis et sic
apparet quod sperma mulieris non est ne
cessarium ad generationem cum absque emis
sione fiat et possit fieri ut apparet 3ª
ratio est si mulier haberet sperma
conueniens ad generationem quare absque
viro ex se aliquid non generaret sed hoc
non videtur quare sperma mulieris
non est necessarium ad generationem Referimus
similiter meditorum super hec verba aristotelis eodem
c° dicit ibi philosophus illud quod quidam ho
mines putant quod femine conferant gene
rationi propter quod emittunt sperma apud
coitum et propter delectationem quam habent
in coitu est falsum sed verum est quod exit
aliquid in aliquibus mulieribus specialiter albis
facientibus feminas et non nigris et brun
nis facientibus masculos quoddam hu
midum album fluidum sed non est sperma
tum neque semen verum agens et coagu
lans ut semen viri. Nam si esset sicut
probatum est posset mulier absque viro
filiare quandoque quod est impossibile et contra
communem sensum omnium hominum. Apparet ma
nifeste intelligentibus veritatem per verba
philosophi quod humidum quod exit a muliere hora
coitus non sit sperma et quod aut impe
dit generationem aut facit generationem imperfectam
et quod non est humidum illud unde sine ne
cessarium in generatione. Unde cum medici
aliquid sensibiliter videant hoc humidum ex
ire a muliere in coitu et cum aliqua delectati
one voluerunt sensibiliter iudicare quod sperma
mulieris erat semen et necessarium ad generationem
et hoc improbatum est propter hoc vult philosophus
quod in coitu quod exit a muliere sit loco
materie necessarie ad generationem et loco nu
trimenti et illud quod exit a viro per
virgam virge et hora coitus sit semen et
sit loco forme et agentis et perficientis
non negat qui de loco istius seminis vi
rilis intrat in materiam generationis ut scri-

coagula in matrice et hec est pratica verius quam a sapientibus credi et affirmari necessarium est. Signa difficultatis impregnationis ex multitudine adipis sunt manifesta ex habitudine ipsius mulieris. Nam quando totaliter pinguis et repleta videtur et venter eius ad inferiora descendit cum pinguedine ultimata vel quasi unde manifestatur considerantibus quod non impregnatur propter multitudinem adipis in matrice et loco generationis. Sed si mulier esset extenuata circa pectus et scapulas adiutoria et coxas et apparent in ipsa descensio ventris ultra mensuram et multiplicatio pinguedinis in loco femorum et umbelici cum frequentia anhelitus et eius comestione et levent equalis ventositate et sterco ris retentione aut aggregatione ventositatis apud tactum obstetricum vero veri similius erit apud te de hoc totum quod intendis. Signa eius que propter parvitatem virge vel magnitudinem ex re ipsa satis nota sunt. Unde Avic. li. 3 excusando medicum in illis que decet et declaratione eius et cap. de sterilitate mulierum et almans. li. 9 dicunt cap. de difficultate impregnationis dicunt quod magnitudo et parvitas virge impedit generationem et impregnationem. Item Avic. li. 3 cap. de spermate generante et non generante et Ar. li. de animalibus cap. ix vel xiiii secundum diversas translationes dicit ad literam quod longa virga facit ad difficultatem generationis et impregnationis et causa in utroque est quod virga parva non est sufficiens instrumentum ad eiciendum sperma ad locum receptionis sed in virga longa debilitatur semen et spiritus generativus antequam veniat ad locum receptionis et sic in utroque fecundum impediens. Et propter hoc dicit Ar. eodem cap. nominato de animalibus quod virga mediocris magis consonat generationi ceteris et ita est. Signa difficultatis impregnationis propter brevitatem ligamenti capitis virge sunt quod caput virge est arcuatum et quod tendit et inclinat versus partem testiculorum et si habens hoc videret exitum sui spermatis

videret ipsum exire filose et non insimul cum impetu sed successive et tortuose et male. Signa difficultatis impregnationis eo quod mulier velociter et crucibus apertis post coitus surgit et saltat ad posteriora sunt manifesta ex re ipsa et non indigent narratione. Signa eius que fit propter frigiditatem matricis sunt subtilitas menstruorum vel parvitas rubedinis eorum et pilorum paucitas in pectine et tarditas vel raritas in tempore et pili in illis locis sunt flavi exiles et debiles valde. Signa eius que fit ex lubricitate matricis et ipsius debilitate sunt quod currunt ex matrice assidue humiditates plurime et quod fit embrionis aborsus antequam magnificetur et quod mollities apparet in mamillis et toto corpore et anchis specialiter et pigritia ad motum et operationes. Signa illius que fit propter ventositatem grossam in matrice sunt inflatio sui ventris et partium eius et torsionis inflativus et aborsus antequam magnificetur embrio et rugitus et commotio cum sonitu in ventre et intestinis. Illius vero que est propter caliditatem superfluitatem signa sunt extenuatio corporis totius mulieris membrorum et multitudo pilorum tam in numero quam in quantitate et grossitie insuper etiam paucitas menstruorum et grossitudo ipsorum et eorum nigredo. Signa eius que fit propter excitationes matricis sunt extenuatio mulieris et paucitas menstruorum et eorum spissitudo et ipsorum raritas et nulle siccitates assidue et asperitas loci cum privatione humiditatis hora coitus. Eius vero que fit propter ulcera et emorroides signa dicta sunt supius cap. suis propriis. Signa eius que fit propter malitiam spermatis complexionis ex parte caliditatis sunt citrinitas coloris corporis et spermatis et eius paucitas et fetor odoris eius et dispositio coloris in toto corpore manifeste et specialiter circa genitalia et multitudo pilorum cum grossitie ipsorum et quod cum die apparent in urina resolutiones colere rubee. Ex parte vero frigiditatis sunt multitudo spermatis fluidi non digesti et eius

Sig. q' mulier velociter surgit

Sig. p' frigiditatem matricis

Sig. p' lubricitatem

Sig. p' ventositatem

Sig. p' caliditatem superfluitatem

Sig. p' excitationem matricis

Sig. p' spermatis malitiam caliditatis

quindie

Sig. p' sperma frigidum

subtilitas et paucitas pilorum in locis geni
talibus et que nascuntur sunt subtiles debi
les et rari et urina eius est subtilis et cla
ra et paucitas appetitus coeundi et pi
gritia in toto corpore et in modo erectionis

Signa viri et mulieris pro diversitate complexionis

Signa difficultatis propter convenientiam mulieris
et viri in complexione calida vel frigida distempera
ta sunt illa eadem que sunt caliditatem
in utroque accidente vel frigiditatem. Ambigua
ex parte caliditatis ut corpora eorum citissime
grossescunt et tangentibus calida senti
untur et macra existunt et gracilia
et vene eorum manifeste sunt et motus ve
lox et anhelitus pulsus et omnia quasi
in eis considerantur velocia et tales
mulieres et viri ostinati et crudeles
sunt et pauci sompni multorum pilorum in
tensorum et crispatorum in nigredine et cito
nascuntur in eis et eorum color rufus ac
rubeus cum obscuritate quadam. Et
ex parte frigiditatis in utroque sunt quod tarde
crescunt capilli in eis et tarde nascuntur
et subtiles et debiles et sunt hebetis ex
istentes ingenii et tardarum operationum
pulsus eorum parvus et anhelitus occultus
et tangentibus apparent frigida eorum
membra et huiusmodi non sunt potentes
in coitu et sunt parum generantes filiorum
debilis desiderii et multi sompni

Cura propter adipem

Cura debilitatis impregnationis propter
adipem est ut extenuatis ad extenua
tionem corporis cum dieta sicca parum
nutrimenti et utatur vino acerbo et
pane cribro et carnibus salitis et pisci
bus salitis et siccis et sinapi alliis et
similibus. Purget sepe cum pillulis fetidis
et similibus. Iaceant super rem duram
parum dormiat multum vigilet et labo
ret et ieiunet. Utatur suffumigatio

Suffumigatio

nibus siccis que fiunt ex castoreo sina
pi costo et euforbio mirra et sarco
colla facta ex omnibus vel ex uno
quoque per se et recipiat suffumigatio
nem in matricem cum traiectorio vel
emboto posito super prunas ista in
simul ut singulariter ponenda sunt fi
at pulvis ex omnibus istis vel ex ali
quo illorum et supponatur cum induere

Suppositorium

taxi barbassi vel malve aut malva
visci involuta in eodem pulvere facta
ex terminatione supponatur et dentur

ea que conferunt ad impregnationem
dicta superius tamen de hiis que valent ad
impregnationem. Cura difficultatis

Cura propter virgam parvam vel longam

impregnationis propter virgam parvam
vel longam est ut ille qui habet parvam
eligat de mulieribus parvis et debet
cum coitus fit deprimere caput mulieris
ad inferiora et elevare anchas ad supe
riora quantum possibile est cum vehe
mentia commixtionis vel adherentie
apud evacuationem vel emissionem sper
matis ita ut se non moveant sed ut
eis illa hora adhereat alteri fortiter
et vehementer nam ex modo tali
coitus virga que pertinuerit propter bre
vitatem acquirit causam et modum
expellendi suum semen ad locum concep
tionis et fiet generatio. Si vero

Si propter longam virgam

peccatum fuerit propter longam virgam eligan
tur ex mulieribus magnis habentes
anchas longas extensas et in coitu
faciat motibus ut dictum est in parva
virga tamen ex vehementia adherentie
contingat calor matricis et vulve cum
femore viri ex longitudine ita quod sper
matis spiritus poterit debilitari antequam
transeat per viam longam ad locum
conceptionis et sic fiet extra generatio.

Cura propter abbreviationem ligamenti capitis virge

Cura eius que fit propter abbreviationem
fiat extractio sanguinis cum ventos
et post extractione sanguinis cu ven
tosis fiat purgatio cum pill' cochiis
almansoris aut medicamine de turbit Et
comedat succu ordei conditu cu lacte
amig^l uel brodium cicer Et bibat
iuleb uel syr^m viol' et de nenufare.
et silia cu aqua decoctionis liquiritie
iuiubarum et passularum Post quietem
sentiatur balneo vino limphato
multu et carnibus edi et pullorum
et vitell' ouorum et condiant cu tob.
croco cinamo et cardamo et liq^r
...mi distiret sepe cum pillis cochiis
Cura effi. pp longum et profundum
somnum est ut fricent extrema for
titer et expergant fanes et oculi
et frons et totu caput cum aqua
ros. in estate et in yeme cum aniso
et fiat clistere lenitiuu si die illa no

Cura effi. pp labo[res]

ypocr

Cura pp contrist. et iracundia

Cura eff. pp longu et profundu somnum

Cura esti ex ira

Cura e. pp tristiciā

Cura e. pp longā morā i aere frio

acellauit semel uel bis ad minus Fo
bat sepe sy^m ros. cum aqua calida i
yeme et estate cum frida et hoc usque
ad cessatione febris Et cum fe ces
sauerit intret balneum aque decoc
tionis flor camomille et absinthij
et comedat pan et dietam digesti
bilem de facili Et vinum bibat
lymphatum viz carnes pullorum et
edi et similia conditas cum agresta
vino de granatis et cinamo Cura
esti ex ira est ut super caput eius
fundat paciens aqua ros et sup
pectus/ emplastrum pectus pacientis
cum sandal ros camphora nutritur
cum aqua ros cum vino de granatis
aceto ros vel cum aceto simile citri Et
comedat portulacam vel lactucas
aut scariolas cum aceto et bibat aquam
friam cum succo de ribibus et cum succo
malorum acetosorum et astantes
ducunt verbis et solacijs tranquilli tes
quod posset post quietes se intret balneum
tepidum aque dulcis decoctionis viol
et foliorum salicum et similia in quo parum
moretur et post exitus a balneo roret
totum corpus cum aqua ros. et sup
caput eius fundat aqua frida et post
omnia redeant ad suas consuetudines
paulatim et ad usum vini lymphati
Cura esti pp tristiciam est sicut
dicta i Cura esti pp cogitationem
et sollicitudines nisi quia in cura esti
pp tristiciam infirmus requirit ma
iorem confortationem cordis cum rebus
fris odoriferis ut cum sandal ros cam
phora et similibus quas requirit qui
patitur pp cogitationes qui enim patitur
pp cogitationes magis indiget con
fortatione cerebri cum rebus calidis
odoriferis ut cum musco ambra et simili
bus et cum hoc utique indiget gaudio
et tripudijs cantilenis et solacijs
et ludis et balneo temperato aque dulcis
decoctionis ros et similia Cura
esti pp longam moram in aere frio
est ut fricentur extrema et totum
corpus cum oleo de spica uel de ane
to uel de camomill et ideo duriter
vel fortiter tamen sed suauiter et temperato
modo Et cum fe. cessare ceperit

manifeste intret balneum aereum uel stu
fam non multum calidam et stet per
tempus ut sudet et exeat in loco calido
induitus et intret lectum cum indumentis
et quiescat postea comedat cibos
subtiles et leues ad digerendum et
parum in quantitate Et bibat vinum for
te et bonum odoriferum absque aqua et
si necesse fuerit iterum redeat ad pristi
num dum quod curet et redeat ad suas con
suetudines Cura esti pp dimissionem
balnei temporibus consuetis est ut sepe
intret balneum aque dulcis tepidum
in quo corpus eius fricetur leniter
et cum hoc cum furfure et semine melo
vel cucurbite et albumine ovi. sal(is)
deinde egrediatur et quiescat et ungatur
totaliter ex oleo ros vel de nenufare Et
comedat succum farine ordei uel cucur
bitas aut portulacas seu lactucas p
coctas et conditas cum lacte amigd
vel oleo ros vel vino de granatis et
similibus Et bibat vinum album clarum lympha
tum bene et sic similiter tunc redeat ad con
suetudines Cura esti pp balneum
in aquis termarum est ut ungantur omnia
membra et totum corpus cum oleo de aneto
uel de camomilla leniter et suauiter et ponatur
in stufa temperata calida et super eum fun
datur aqua calida dulcis temperata de
coctionis camomill aneti et mellilotii
et similia et exeat de stufa sic indutus
et quiescat et dormiat in loco tempera
to et molli postea comedat carnes
edi et pullorum et iura gallinarum et
similia Et bibat vinum clarum odoriferum
in quo ponatur ad aque et sic redeat ad
suas consuetudines Cura esti pp lon
gam moram in balneo est ut super cor
pus eius fundatur aqua que sit quasi
frida et post illud aspergatur totum cor
pus et pectus et specialiter cor cum aqua
ros mixta cum sandal ros et camphor
et similibus et hic quiescat et dormiat
si posset et bibat hora qua vult dormi
re aquam fridam cum succo de granatis
vel berberis et similia Et cum dormi
uerit comedat iura gallinarum et edi
et pullorum cum agresta vel succo de
granatis vel aqua ro. seu succo ber
beris Et bibat vinum rubeum clarum

[illegible] in aqua frigida Cura

effi. que fit pp̄ fames est duobus mo
dis vi3 cum incipit patiens sentire
fractiones uel lassitudines uel dolo
rositates aut postquam fe. facta e
et firmata Cum aut incipit sentire
lassitudines comedat cibum frm de
farina frumenti et 3 ucie infunda
cum succo granatorum uel berberis
aut lactucas cum aceto uel agresta uel
portulace Bibat vinum rubeum clarum
valde lim Si aut fe. iam facta
est bibat aquam frigidam alt his cum
zucaro et rob. ul' cum siru° ro uel viol'.
seu de nenufar deglutiendo pau
latim et suauiter et non sumendo de
potu multas quantitates subito ne ca
lor et nichra intrinsica subito infrigida
rent et fieret ydropisis Preterea cum
cum cepit declinare sumat succum
ordei cum vino de granatis ul' agresta
uel berber aut cucurbitas uel lactu
cas seu portulacas conditus cum
aceto ul' uel ol'o. ro. Bibat vinum albu
debile bene limphatum in fine post
fe. intret balneum aque dulcis decoc
tionis ro. et viol'. in quo parum moret
Et cum de balneo exiuerit ro3et fa
ciem et extrema cum aqua ro. et
vadat dormitum in loco tpato et molli

Cura effi pp̄ fluxum ventris est ut
nutriat cum citoniis citris in prunis
uel in igne. Aut cum cibario facto
ex lentibus excorticatis et pistatis et
mixtis cum vitell' ouorum et croco et
aqua pluuiali aut cisterne et bulliant
et fiat cibarium aut coquant lentes
in aqua et eiecta aqua pistent len
tes et misceant cum vitell' ouorum et
aqua pluuiali et coquant' ad ...
et fiat cibarium Aut cibet cum cibario
facto ex grumine risi in aqua sumach
Bibat vinum rubeum stipticum ter clarum lim
cum aqua decoctionis uel aq' cisterne
ponat in fine fe. in balneo aque
decoctionis ro. et foliorum sorbarum et
mespilorum et citoniorum et similium in
quo parum moret et stet et cum bal
neum exiuerit bibat siru^m de citoniis
cum vino ru. stiptico calido et quiescat
in loco molli et tpato calido et a frigido

aere se custodiat post balneum spaliter

Cura effi. pp̄ vini potationem multiplicatam
in quantitate uel qualitate est ut vomi
tus introducat proposse cum aqua
calida et oximelle aut bibat patiens
aquam frigidam cum agresta ul' aceto vini
de granatis uel succo berberis et similibus
Et rorent facies et nichra extrema
cum aqua ros et quiescat in loco frigido
et dormiat Et post sompnum et fe. quiete
intret balneum aque decoctionis et
stet ibi tam diu quod sudet et postea ex
eat Et hora exitus fundat aquam
ro. super caput et uadat dormitum
et cum quieuerit per tempus come
dat lactucas cum aceto aut portula
cas uel cucurbitas conditas cum agresta
uel vino granatorum et bibat aquam
frigidam cum succo berberis uel de granatis
et post hoc ad suam redeat consuetudinem
paulatim Cura effi. pp̄ comestionem
ciborum calidorum est ut bibat sirupum aceto
sum uel oxizacaram aut vinum de gra
natis uel agrestam aut succum de berbe
ribus cum aqua frigida estate yeme cum
calida Et mundificet stomachum cum tama
rindis prunis et manna et similibus Come
dat poma acetosa et grana omnium ge
nerum in fine comedat sumum ordei et
bibat acetosa dicta intret balneum
dulcis tepidum aque dulcis decoctionis
ros in quo parum moret et spaliter
postquam fe. per diem integrum qui
euerit et sic paulatim conuertat ad
suum usum Cura effi pp̄ fastidium est
ut venter soluat cum oximell' squilli
tico ul' picra aut pill' stomatice alkin
di Et comedat carnes conditas cum
aceto uel agresta uel succo de granatis
acetosis aut succo berberis Et bibat
vinum stipticum lim. cum aqua frigida aut in
troducat vomitus cum aqua calida
et oximell' composito et postea nutri
atur ex cibis dictis in fine post fe. po
nat in balneo aque decoctionis ab
sinthii ros et similium et tunc ad suam re
deat consuetudinem Cura effi. pp̄
sitim est sumere in potu aquam frigidam
cum sir° de nenufar uel viol' aut sir°
ros seu cum vino de granatis mixtis
seu acetosis aut zucaro et aceto seu

Cura eius qui vini potationis

Cura eius qui comestione ciborum calidorum

Cura eius qui fastidium

Cura qui sitim

Cura ei[us] ppt vomitu[m] [illegible]

agrestã balnear[e] magno frã si est
possibile et utile erit Comedat panes
tos acetosas et erit utile Cura
effi[mere] pp[ter] ad quod stinet infra q[uo]d
euomi pot vel debet est ut sumat
patiens aquã frigidã cum oximelle
et excitetur vomitus cum pennã i[n]uncta
in oleo que ponat in os usq[ue] ad
radicem stom[achi] vel meri vel fiat clistere
lenitiuum et postea plus comedat si bene
castellauerit post iiii dimittatur stom[achus]
nutriatur cum carnibus gallinarum vel
agnor[um] et vitell[is] ouor[um] et carnibus
edor[um] et pullor[um] conditis cum agresta
vino de granatis et succo berberis
et spetiebus et vitellis ouor[um] Bibat
vinum clarum albu[m] odoriferu[m] yeme p[re]cipue
et calidum estate frigidum et limphatum

Cura ei[us] ppt cibu[m] multu[m] nutrimenti

Cura effi[mere] pp[ter] cibu[m] multi nutrimenti vel
tardi seu grossi et durantis multum in
membris est abstinere a cibo et potu
et specialiter cibis grossis duris
et viscosis et tarde digestionis et
utatur quiete et somno pro posse ho[ra]
fe[bris] et similiter debet post quietem fe[bris]
de vino claro odorifero q[uo]d possit
in profundum penetrare et digestionem
p[er]ficere et complere Comedat carnes
edinas et pullinas et similia conditas
cum agresta et vitell[is] ouor[um] et spetieb[us]
et exercitio et solutione ventris an[te]
quam hoc et accidat si possibile fuerit
utatur quia utile q[uo]d[ue] erit Cura effi[mere]

Cura ei[us] ppt cibi subtil[is] ingestionem

pp[ter] cibi subtilis comestionem est abstine[re]
ab eisdem cibis subtilibus et conuerti
bilibus et est egro succurrendum
cum cibis rectificantibus stom[achum] et nutri
tiua cum carnibus edi et pullor[um] rec
tificatis cum agresta et vino de gra
natis et succo berberis et similibus aut
cum lactucis portulacis cucurbitis rec
tificatis cum succis acetosis cum g[ranis]
et oleo ros[arum] et bibat vinum ponticu[m]
abstineat a motu et utatur quiete
et sompno et intendat in rectificatione
stom[achi] cum rebus stipticis ponticis vel
acetosi q[uo]d utile erit et conueniens &c.

Capitulum iiii de fe. effi. que ac
cidit pp[ter] apãta fe[bre]

[cum q]ualitate
Et species effi[mere] fe[bris] quoq[ue] h[abe]t vide[ri]
cum quibusdam hominibus q[uo]d
hec fe[bris] non sit accidens sed
egritudo per se Cum omnis
fe[bris] sit calor innaturalis iniciatus
mutatus in igneum calorem ergo cum

calidam

talis calor sit incitans immediate
ledit membra et conseruat in esse per se
proprias vt q[uo]d omnis fe[bris] sit egritudo
per se Si autem aliquis vellet dicere q[uo]d
non est egritudo per se fe[bris] effi[mera] que
sequitur ad apã est accidens eo q[uo]d apã
est egritudo ad quam sequitur effi[mera] per
ebullitionem materie in hoc loco aposteniato ad quam
sequitur inflammatio caloris in corde
ex continuatione arteriarum loci lesi ad
cor et sic fe[bris] apat[is] semper accidens nomi
nabitur ita per similitudines erit omnis fe[bris]
accidens Nam omnis fe[bris] putrida semp[er]
sequitur ad causas putridas et putrida[s]
ad humorales ergo similiter fe[bris] effi[mera] que
sequitur apã per ebullitionem et inflamma
tiones in loco aposteniato Item omnis fe[bris] pu
trida sequitur ad putredinem existe
tem in loco putrefactionis et putredo
sequitur ad humores congregatum in
loco putrefactionis ex vi ebullitionis
et putrefactionis Et sic videtur q[uo]d omnis
fe[bris] sit accidens et non egritudo per se
Ad hoc dicendum q[uo]d ista q[ue]stio non est confe
rens nunc et opinioni medicinali sed
est potius nocens et impediens vnde
distinctio est hic et est conueniens dicere
q[uo]d omnis fe[bris] que sequitur ad apã ini[ti]alis
cum vel ex humoris magnitudine et veneno
sitate fit non solum per ebullitionem materie in loco
aposteniato sed per multiplicationem putrefac
tionis in venis per quas materia apatis
decurrit ad locum apostematis et per putre
factiones materie apatis et per istam viam
fe[bris] apatis est egritudo per se et non
accidens et hec nominatur egritudo com
posita vt fe[bris] cum apate cum ipsa per
longam afflictionem et defectionem
nutrimenti aliquid componit ethica q[ue]
est etiam egritudo per se quamuis in
hoc casu non appelletur egritudo sim
plex sed composita fe[bris] vero que sequitur
ad apã paruum externum vt ad fi
mmulu[m] vel apã per quod aliquod
membrorum principalium immodificatur ut

est apa post aures uel quod fit sub/
assellis uel inguinibus aut p[ar]tibus geni
talium cum non fiat nisi per ebulliti
onem ma[teri]e in loco aposto[matis] et spaliter
hora qua humor apat[is] co[n]uertit[ur] i[n]
saniem Nam hic talis ebullitio infla
mando mebra apo[stemat]a per co[n]tinuatio[n]e[m]
inflamationis et ebullitionis me[m]bro
rum q[ue] co[n]tinuant[ur] cu[m] eo inflamat sp[irit]u[s]
alia et cor et sic fit h[aec] fe[bris] effi[mera] que
appellat[ur] accidens apat[is] cum causa[m]
coniunctam ad fe[brem] que est egritudo p[er]
se non habeat neq[ue] habere ut putre
dines eleuata a causa antecedente
que est causa propria i[m]mediata
et necessaria ad fe[brem] putridam effi[mera]
vero que est egritudo p[er] se uel que est
accidens apat[is] p[ro]p[ter] ex[is]tenci[am] hac tam
non requirit nec habere debet
Signa effi[mere] p[ro]p[ter] apa sunt augmentatio
apat[is] et dolor in loco spali cu[m] ten
sione et rubedine et pulsus veloci
tas cu[m] frequentia plusqua[m] sint an[te]
apa uel dolorem et urina aquosa sub
tilis alba p[ro]p[ter] nec[essitatem] ma[teri]e ad apata
et locum dolorosum Circa curamentum
est ut in apate tone p[ri]ncipij fiat flo[tatio]
uel mundificatio cum medicinis et ut
subtilietur regimen non bibat vinum
sed succu[m] degranat[orum] uel succum ber
ber[is] mixtus cum aqua aut agresta
uel s[irupum] ros[arum] uel de nenufar cu[m] aq[ua]
fria aut aquam friam cum zucco Et
comedat succum ordei uel farri fan
cu[m] farina aliqu[a] hor[dei] aut lactucis
uel portulacis seu cucurbitis cor
tas et conditas cum agresta uel amig
dalato uel oleo ros[aceo] et sit tota in
tentio tua in infridatione loci cum
inie et reb[us] f[rigid]is spaliter usq[ue] ad
augmentu[m] et fiat emplastrum super
apa et locum dolorosum ex solatro
ros[arum] et sempuiua maluis plantagi
ne et silibus et oleo ros[aceo] et de[n]ique
fare et aliis eiusdem intentionis et hic
modus curationis ex parte p[ri]ncipij
cum rebus f[rigid]is non habet locum in
apatibus que sunt in longa ad que
principalia mebra sup[er]fluitates mandant
super fluctates nisi res frigide ille po
nerent[ur] circa apata et non super
apata in augmento pone res calidas
temperatas malua bracas cu[m] f[rigid]is pre
dictis ut sunt maluauiscus vitelli
ouor[um] butir[um] semen lini malua flore
camomille fenugreci et pinguedo por
cina et silia ista sunt in maturatiua
cum resolutis/ in fine mundificatiua
cum abstersiuis sed caue tibi a pr[incipi]o
abusu frigor[um] ne noceant apati et
faciant ip[su]m tendi[m] et durum et ut no[n]
infrident vias ma[teri]e h[ui]us et ip[su]m apa[m] in
fridacione penetrante usq[ue] ad pro
fundum Nam tal[is] infridatio cu[m] mod[um]
excesserit et quantitates debitas q[ue]
ius caloris accidit confirmit et fe[brem] cu[m]
disinit in apa et ip[su]m apa[m] in scirro
sum co[n]uertit et firmat post uero i[n]
fridacio[n]em loci et totius corporis redeant
infirmus adusum vini minus lympha
ti et carnium edor[um] et pullor[um] et gallinarum
eorum des sed condiant[ur] sua cibaria
cum agresta succo berber[is] et vino g[ra]
natorum uel cum lactucis et cucurbit[is]
portulacis et silibus et sic paulatim
redeant ad suas consuetudines Etc.

Capitulum iiij de ethica et suis speciebus fe[bris]

Ethica quiq[ue] est simplex eg[ri]
tudo per se quiq[ue] componit[ur]
cum alia fe[bre] continua uel in
terpolata et est hic male
cognitionis et etiam co[m]ponit[ur] cum apa
te et est difficil[is] cognitionis et no[n] ap
pellat[ur] tunc egritudo simplex sed com
posita Siue enim sit egritudo simplex
siue cum alia co[m]ponatur infirmitate
eius s[ecundu]m proprium non est nisi humidi
tas mebror[um] que sunt tres ut ros
cambium et gluten Circa enim humidi
tatem que est in capillibus spaciorum me
mor[um] non sit fe[bris] continua neq[ue] interpo
lata neq[ue] ethica et neq[ue] effi[mera] eo q[uod] e[st]
in continuo motu non putrescit et cu[m]
sit in continuo motu non putrescit et
p[ro]p[ter] paucitatem et subtilitates et tenu
itates sui corporis cum inflamat[ur]
statim resoluit[ur] et non durat p[ro]p[ter] illa
inflamatio aut transeat in ethicam
aut putridam uel co[n]uertit[ur] Sunt

species ethice

1a species

2a species

2x putrefactio

ethice species tres propter triplicem differentiam receptam in humiditatibus que sunt in foraminibus et concavitatibus et superficiebus membrorum consilium et sunt subiecta immediata ad ipsas febres ethicas. Prima species ethice fit ex inflammatione humiditatis prime membrorum que appellatur ros. cadit et in super membra post digestionem humiditatis que est in capitibus venarum particularium similis rori et ea membra rorat et humectat post calefactiones et dissolutiones et ista species ethice est difficilis cognitionis et facilis curationis. Secunda species ethice fit ex inflammatione secunde humiditatis que appellatur cambium et nominatur sic quia in mediate ponitur in membris secundum convenientes et possibiles qualitates loco eius quod ab eis dissolvitur a naturali calore et hec est cognitionis bone curationis in male et specialiter cum membra ad putrefactionem pervenerunt. Tertia species ethice fit per inflammationem humiditatis tertie membrorum que gluten appellatur sive membrorum [illegible] et ista humiditas est de substantia membrorum ligans et continuans membra consilia ad invicem et hec species facilis cognitionis et impossibilis curationis. Dubitatur a quibusdam quomodo potest esse quod hec febris fiat solum per humiditatum inflammationem membrorum factam a calore naturali absque putrefactione cum putrefactio sit corruptio in humido propria et secundum naturalem caliditatem ab aliena caliditate. Dicendum est hic quod putrefactio potest sumi et considerari duobus modis generaliter et specialiter. Generaliter quod in diffinitione quam [illegible] dicit convenit que de omni putrefactione in omni humido quocumque modo fiat cum victoria et dominio extranee caliditatis super caliditatem naturalem et humiditatem naturalem. Et talis putrefactio sicut fieri potest in omni re elementata ut in lapidibus mineris plantis animalibus et rebus omnibus que ducuntur in esse per generationes et secundum istum modum putrefactionis dicimus quod ethica est febris de putrefactione cum substantia eius sit humida que corrumpitur et dissolvitur. Dicitur enim putrefactio specialiter sicut in arte medicinali que non fit nec fieri potest in humano corpore nisi in humoribus hominis qui in corpore

secundum plurimum generantur ut est sanguis colera vel flegma aut melancolia et ut sunt eorum species naturales vel innaturales in quibus cause putrefactionis que a medico considerantur possunt coadunari que multiplicantur ut sunt multiplicatio humoris quod ad habitum et eius viscositas et grossities et viarum oppilatio et coartatio in loco ut non expiret quod digregatum in eo cum humor congregatur in loco maxime ut non expiret cum aliis causis dictis ebullit in loco congregato et fit per ebullitionem elevatio fumorum a materia putrida que erat coadunata in loco putrefactionis qui veniunt ad cor et inflammant calorem naturalem in eo et ipsum inquinant et post illud calor cordis diffunditur sicut igitur mediantibus sicut igitur et venis per totum corpus et nocet sensibiliter operationibus naturalibus et sic fit febris que putrida a medicis appellatur. Talis putrefactio enim impossibile est ut fiat in humiditatibus que sunt in capitibus venarum per causas assignatas superius neque est impossibile ut fiat in humiditatibus membrorum que sunt subiecta speciei ethice nisi predicte cause putrefactionis non possunt contingere in ipsis eo quod per earum digestionem expoliate sunt a bona conditione humorali per quas predicte cause eveniunt sed acquisierunt unctuositates et spissitudines que eas preparant ad inflammationes ad consumptiones et resolutiones et non ad aliud ut manifeste apparet in unctuositatibus exterioribus ut oleo et similibus que ab igne inflammantur preterquam quod putrefiant vel ebulliant. Sciendum est quod cause omnes ethice sunt omnes cause exsiccantes corpus cum calefactione ut sunt aer siccus et labor nimius et superfluus nimia abstinentia a cibo et potu et usus rerum calidarum acutarum vigilie superflue nimia evacuatio vel usus rerum [illegible] illud ut est coitus specialiter et omnia accidentia anime [illegible] ethicam [illegible] per accidens vero causam generent et [illegible] possunt sibi generari sicut multiplicatio [illegible] et potus impediendo enim digestionem et infrigidando nutrimentum [illegible] in membris et per istas vias calefiunt humiditates membrorum et exsiccantur enim

flammat et sic ab ea ethica pro ea descendes
similiter proveniunt ex omnibus aliis. Signa
vero ethice sunt quod urina non fit rubea
minus et continuent semper quieta et
lenta absque diminutione et eius pulsus
fit velox spissus subtilis et longus et uri
na apparet quasi ut urina hominis sa
ni. Si autem cum hoc rebatis fuerit in
horis diversis et semper post comestiones
se magnificat et infirmus magis ma
festat ethicam esse absque dubio pro
nunciandum. Si vero infirmus fuerit
absque nigredine lingue et eius siccita
te et sine magnitudine pulsus et ve
hementia caliditatis et inquietudinis
et anxietate sed habuerit febrem lentam abs
que dubio et sine paroxismo ut dictum est
supra tunc vere ethicam indicabit.

Propria signa prime speciei sunt predicta
cum quibus sunt alteratio caloris et aliqua
mutatio compositionis membrorum officialium
et universalis corporis extenuatio absque
ariditate manifesta. Et quod urina habet
aliquam pinguedinem supernatantem
absque renum dolore et gravitate. Et si
cum istis fuerint ex hominis pulchritudinis
carnis et sanguinis et habitus concordia
et febre dicta supius et tempus est breve in
quo talia signa inceperint apparere
vere hic species prima ethice indicabit
que est facilis curationis et difficilis
cognitionis. Signa secunde speciei sunt
quod si cum predictis vel post consideratio
nes predictorum urina appareret oleagi
na sepius et magis et pulsus fit debi
lior et magis subtilis et debilis quam ante
et facies incipit extenuari manifeste
sed non dum fit arida neque tornatilis
et oculi concavantur sed non profundantur
et minuitur caro manifeste sed adhuc
corpus non sit aridum et appetitus adhuc
remansit cum digestione quadam sed pulchri
tudo corporis et carnis manifeste incipit
minui et desiccari et cum hoc longum est
tempus quod ista apparere inceperint vere
tunc ethicam in secunda specie indicabit que
cum bona deliberatione poterit liberari
et curari et maxime principium eius principii
et medium si infirmus fuerit obediens
et necessaria habuerit ut inferius scribemus.

3° Signa tertie speciei ethice sunt quod cum istis
signis significantibus ethicam convenient
apparent vel incipiunt manifeste appa
rere profundatio oculorum et quod nares
et oculi sunt tornatiles etiam et aures
minorantur et manifeste subtiliantur et
cutis frontis et faciei protenditur vel in
cipit tendi et corpus totaliter desiccari
Pectora collum fit tenue et epigloti fo
ramen et ultimum solidum et undique os
sine pectoris cum suis extremitatibus
manifeste incipit apparere vel apparet
Et fit eius vox exilis et occulta et
vox auditur et fit pulsus cadens in
debilitate totius corporis et in eius
debilitate ultimata et postremo non
videtur corpus totum nisi ossa et corium
et corde manifeste apparent eo quod ca
ro tota est dissoluta et vene apparet
totaliter vacue a sanguine neque earum con
cavitas magne rei capax est vel erit
pulchritudo quoque atque claritas ab
ipsius corporis omnino recesserit et cutis
destracta videtur et est facta similis cuti
existenti in senio. Venter etiam pati
entis desiccatur et dilatatur donec vide
atur ac si costis adhereret et quod nichil in se
contineat intestini propter ventris in tantum subti
liat ut non videatur solummodo nisi corium
et preter hoc spasmatur et desiccantur ossa
quoque vestere et pectoris manus plan
te apparent et ungues curvantur. Cum
corpus ad hunc terminum diminutionis
et debilitatis devenerit in fine quasi
tertie speciei ethice dicitur esse et nunquam sa
nari poterit sed poterit infirmus blandi
ri et quodammodo sustentari et mors
per aliquod spatium tardari. Sed si super
venerit infirmo pilorum casus et destruc
tio appetitus et diarria et fluxus ven
tris mors in proximo erit ut multi philosophi
vel ubi dicunt quibusdam philosophis diarria
supervenerit moriuntur. Cura prime
speciei ethice que est egritudo per se et
simplex vel est composita cum alia neque
cum alia febre est ut in aurora sumat aquam
ordei vel sirupum factum de farina ordei
molles et bene coctum conditum et factum
in aqua decoctionis gallinarum pullorum
vel carnis porcine et lactucarum vel por
tulacarum aut cucurbitarum et similium. Cum
vero senserit infirmus hoc a stomache

Nota quod in ethica maior vel fortior sentitur ardor et inflammatio in nocte quam in die. Et causa est
quia nutrimentum transiens de nocte super membra creat eis unde magis inflamantur et cum in eis sic
remanet quam cum recte augetur magis inflamat et consumit

Nota
Cura prime
speciei ethice

Balneum

dormisse intret balneum tepidum aque dulcis vel aque dulcis alt. F. cum herbis frigidis p. papauere mirabili malvis et foliis salicum et populi et siliis quod sit in loco in quo calor non possit eum ledere et paruum in eo moretur ita ut non sudet et neque cooperiat vas balnei cum pannis vel aliis rebus Nam per talem coopertionem fieret anhelitus infirmi spissior et velocior et febris augmentaretur. Cum vero a balneo exiuerit vngat corpus totaliter cum oleo viol. vel populeon vel de semine cucurbite vel de nenufar vel de papauere albo et tunc intret lectum valde mollem et sit lectus in domo frigida non talia que sit stratata cum rebus viridibus et frigidis ut sunt folia salicis malvarum populi et viol. et siliis et cum aliquantulum quieuerit et dormierit nutriatur ex piscibus assatis super prunas vel in veru conditis cum succo granatorum dulcium aut cum rob. aut cum succo vue acerbe dulcorato cum penidiis vel zuccaro et tales pisces debent habere ad viscositatem in se cum bono odore et carnes frangibiles ut sunt de mallis [illegible] scarpiones lucii et anguille et non credunt tales pisces eo quod bene visco digerunt sed quia contradicunt cum sua frigiditate et viscositate dissolutioni calitatis exmet que exiccat membra et eorum humiditates et quod eorum nutrimentum multum adheret et durat in membris longius. Et bibat cum eis vinum subtile non antiquum bene limphatum et nouum vel nutriatur cum iuribus gallinarum vel pullorum perdicum fasianorum et carnibus edorum porcellorum et agnorum in quibus coquantur lactuce seu portulace vel cucurbite seu endiuie spinachia et silia. Condiantur sua cibaria cum rob. vel cum succis vue non multum acerbe in quo ponatur ad depulsione quod sic fit F. cardamomi ℥. i. liquiricie ʒ. ii. mori ℈. ii. fiat puluis cribatus. Et tamen ante cenas sto [illegible] succo sto ex farina frumenti et corte [illegible] caprarum et addatur cum eo de zuccari vel penidiorum et dormiat cum tali cibo per tempus ponant sepe post prandium et ante cenas super pectus et spinam pannum infusum in aqua ros. in qua dissoluta sint sandali rubei et rosis et camphora et cum exiccati fuerint et tepefacti iterum infundantur in eadem aqua et rebus et ponantur super loca. Si autem propter eorum frigiditatem infirmus sentiret rigorem vel oppilationes seu tremores in membris et corpore tunc fiunt talia aliquantulum adigues et tunc cum eis fiat ut dictum est. Post ethicali cum comedere incipiunt vel vnam nullam in quo sit ad zuccari et hoc fiat semper iem[?] ne sto sed variamus cum zuccaro est melius rone mitmenti quas capimus si in eo lapis [illegible] vel ferrum extinguatur. Sumat ante diem per duas horas quasi omni die vnum de trociscis camphorat. cum ℥. i. sy. viol. et cum inleb. qui sic fiunt F. spodii seminis citruli endiuie lactuce portulace sandal. rubei et albi an. ʒ. i. camphor. pondus granorum ordei xviii. conficiantur cum succo mucillaginis sem. citoniorum et fit vnusquisque ponderis aur. i. Bibat sepe cum suis cibariis loco vini sy. de nenufar vel inlep. cum aqua veri frigore et specialiter in estate et horis calidis aliis vero temporibus et horis bibat vinum limphatum ut dictum est. De fructibus comedat melones et pruna ceresa ficus virides cum sy. ros. vel inleb. et persica cum vino albo lim. Induat sepe camisiam infusam in aqua ros. in qua dissoluta sit camphora et sandal. et nenufar et longo dormiat cum eo tempore et cum tepida facta fuerit iterum infundatur et induatur. Comedat lactucas vel portulacas spinachia aut atriplices aut maluam seu cucurbitas in aqua et conditas cum oleo ros. vel viol. aut de nenufar. Cum isto modo et via poterit prima species ethice curari si fuit in cura diminuta et ordinatio ut scriptum est de redeundo semper a principio et quousque cura completa fuit. Si autem ethicus talis fieret nimis siccus per ventrem et intestina solum cum manna prunis et cassie F. et mollificet venter et superfluitates expellantur. Comedat in media nocte et circa meridiem ad modum nunc et bibat post illud cum aqua frigida de restaurativo quod sic fit F. vnam gallinam veterem et pingues et vnam pinguem vel quartam partem

ymus edi et quartum pectoris pullorum agni [illegible]
anterioris et bulliant carnes iste vz
carnes galline et perdicum tantum ut car
nes edi et agni per se tantum eo quod suffit
in sue sed gallina et perdix coquat
aut carnes agni et edi et h fit propter hu
manam comoditatem tamen cum quarto co
in abossibus separetur tunc accipiant lb
ij de pulpis pectorum et alarum perdicum
et eodem modo fiat de pulpis pectoris
et alarum galline lb ij. Similiter fiat
de carnibus edi et agni quantum vis sym
facere de illis carnibus et mundant frus
tatim et postea ponant in mortario
addant viij ʒ de pulvere qui sic fit R/
cardamomi cinamomi gariof. cubebe
folij ʒ ʒ dragaganti gumi arab. galan mir
mir ana ʒ j. croci masticis ana ʒ ij. et
addant cum istis de rebus istis ʒ ʒ iij.
R/ amidi pinearum mundatarum amigdal
dulcium mundatarum pistaciorum avellanarum
mundatarum sebesten fistucorum seminis cu
curbite melonum cucumeris mundatarum
papaveris albi seminis lactuce porti ana ʒ
ij. et ʒ j. in pendior et commisceantur
cum carnibus contusis in mortario misce
de cum pistello secundum possibilitatem post
ea accipiant lb iiij zucari albissimi et
dissolvant cum aqua pingui decocti
onis carnium supradictarum et fiat sy
rupus ac modum stomatica cum quo in
mortario fiat electuarium confectum cum rebus
que sunt in mortario miscendo cum
pistello quousque fuerit incorporatum. Hoc
enim electuarium de proprietate sue compositionis
calores accidentales extinguit et naturales
confortat digestionem et appetitum et hu
miditates membrorum simplicium conservat
augmentat et restaurat et totaliter
corpus impinguat et dilatat pectus et
colore eius efficit bonum et delebiles vz
ethice in prima specie proprie et omnibus speciebus.
Cura 2a speciei est ut omnis ethicus con
tinuo ab inimico mortali cordis ab
stineat et a cogitationibus et ira motu
et statione in loco calidis et mora sub sole
et a vigilijs et utatur sompno et quiete con
tinua secundum posse et generaliter utatur
rebus humidis cum infrigidatione et abstine
at a sicis cum calefactione. Si autem in
hac specie ethice fuerit sitis fuerit et ardor

atque anxietas et vomitus hoc decum
phora quos in superiori parte huius capitulis
ferimus cottidie in matutinalibus horis
in potu tradantur cum iulep cum syrupo de
nenufar aut cum mucillagine psilli
et silibus. Cum vero sol ortus fuit
bibat aquam ordei vel ius gallinarum.
Si multis fuit debilis aut ius pullorum
si vult his sustinuerit aut cum lactucarum
folijs aut cum folijs papaveris vel
sem cucurbite vel portulacarum aut cum
silibus istarum rerum. Si vero nocte po
tus desideraverit bibat iulep cum
aqua decoctionis psilli vel papa
veris vel syrupus rosarum vel de nenufar
cum eisdem aquis aut silibus. Opor
tet in hac specie et in omnibus in
stare debet sapiens medicus cum infri
datione pectoris et partis pectoris
posteriores cum epithimatibus frigidis
et olecibus et oleis sicut cum sandal
ros camphora solatro semper viva et
silibus et cum alijs cucurbita sinziola
et lactuca. Sumat ex aqua frigida pau
latim in potu et ut dictum est non pau
atur famem neque sitim eo quod calore
et fe. augmentant et corporis humidi
tates resolvunt et exiccant. Semba
tus vero eger non sumere debet tamen
quantum et nocumentum et specialiter in estate
sed ad multas vires tenenda sunt.
Tota intentio tua sit yeme et estate
specialiter ut attrahat aerem frigidum quod
est utile propter eius transitus immediate
ad cor et ad spiritualia que in hac egri
tudine tam tibi ledunt. Si autem
yeme requireret ignes propter aliquam cam
non est ei conveniens sit ille ignis absque
fumo et calore sensibili et hic ignis fieri
debet de lignis ultime sicis et non de car
bonibus. Nam ignis de carbonibus dupli
citas habet siccitatem et fumum sicut plus
alijs rebus emittit et sicud furnarij
et fit propter hoc macula patientibus mortis.
Postquam transierit spatium dictarum
horarum ex quo sumpsit aquam ordei
quam supius diximus intret balneum
tepidum alimentum cum omnibus rebus
frigidis supius dictis in quo parvam faci
at moram. Et cum ab eo exierit un
gantur anteriora et posteriora modo

In nocte bibat

fiunt [illegible]

In estate

In [illegible] yeme

+

Balneum

2a spes

de nenufar tepido uel de papaue aut de
viol. seu de mirabolanis uel cum populeon et
immediate inuoluat in linteo infuso
in aqua ros. uel in aqua decoctionis
sandal. et camphore et silius predicta
et ponatur ut supius dictum est regat post
quam intensa istius speciei requirunt frigida
et humida intensiora et magis continua
quam in prima. Si aut sitiens et ma
cies iam alt. conueniens infirmus dictum
pauerit lac caprinum iuuenil. etatis ex
quo butirum sit extractum cum ferro igni
to uel cum lapidibus ignitis aut alio
ingenio meliori pro cibo sumat aut
lac caprinum quod absque labore et difficul
tate non conuertit in nutrimentum membrorum
ethicorum confortat et si inde fuerit ei pium
tribuere propter desiderium sumat vinum album
dulce clarum limphatum cum aqua pluuiali fri
gidis ita quod sapor vini minime per
sentiat. Si uero sm. ventrem lax
fuerit ponat medicus in lacte uel aqua
ordei uel syr. siue tortiones panis
bene coctas et vitellos ouorum coctorum
cum coctis suis in aceto aut aqua ros.
aut vitellos ouorum conditos cum succo
berberis uel ypoquistidos seu cum
agresta et venter exterior epithimetur
cum sem. rosa. bo ar. acatia et similibus
confectis cum farina fabarum uel lentium
et aqua ros. cum succo solatri uel sp.
vine seu cum aqua decoctionis con
solide maioris quod erit ualde bona
via blandiens et refrenans tertia
species ethice est ut obseruet regule
generales que dantur de lacte in cu
ratione ethice primo ut non sumat
lac nisi acetosum sm plurimum in eo
recipiet aqua nisi post extractionem
butiri eo quod butirum eius calore inheret
et inflammat et vim fumat et acuit et nisi
misceat cum zuccaro. Si vero aliquis
ethicus in quacumque specie fuerit uel aliquis
alius infirmus senserit post exhibitionem
lactis doloris augmentum et grauedi
nem maiorem quam ante et sitis inten
sionem et oris amaritudinem nullo modo
ei exhibendum est. Sunt enim talia me
dicamina intelligenti quod conuertitur ad
malas et nocentes uias et non ad
nutrimentum membrorum. Et est iterum

conueniens et ualde bonum et specialiter in hac
egritudine ut sumat patiens lac exiens
de mamillis mulieris quod est magis
naturale hominibus et melius omnibus aliis
sugendo et lactendo proprio ore et
labiis sed si abhorrerent facere illud in
muliere subtrahat lac ex mamillis asine
quod est secundo melius aliis uel ex mamill.
capre quod est tertio bonum inter ista et
primum istum modum lac non requirit aliqua
immutationes nisi alteratio. Omne enim
lac ethico et in omnibus infirmitatibus
requirit stomachum mundum ab omni malitia
quia ualde conuertitur ad omne quod inuenit
siue bonum fuerit siue malum et propter hoc
dubium est dare lac ethico et in
aliis infirmitatibus et specialiter absque zuccaro.
Sed cum non sufficit ei proprie vngat
totam spinam et nucham usque ad caudam omni
die bis ante prandium et cenam cum popu
leon uel oleo de nenufar uel de papa
uere uel de mirab. et post inunctionem
induat infirmus camisiam infusam in
aqua ros. uel in aqua decoctionis san
dal. rub. et camphore uel aqua decoct
onis mel. et spine et silius. Sumat sepe
de restauratiuo quod superius in prima
specie fecimus. Et bibat vinum dulce nomi
clarius quod potest reperiri uel potius quod
album lim. cum aqua pluuiali frigidis et hoc
specialiter in estate et yeme cum aqua calida
vtatur gaudio et solaciis tripudiis et
cantilenis et delectet in auditu et cum
huiusmodi instrumentorum habentium sonum delectabi
lem. Sepe comedat multum dormiat
et quiescat et parum in hora sumat in quan
titate de cibo. Utatur dieta dicta supius.
Sumat pro siti et ardore trocis. camphor.
quos superius fecimus cum iulebul. syr. de
nenufar. aut syr. viol. et aqua frigida uel
aqua decoctionis nenufaris uel psillii.
Sepe comprimentur spiritualia interiora et
posteriora cum sandal. camphora ros.
litis et cibat mixtis cum farina ordei
et succo solat. uel aq. ros. uel succo sp.
vine. Si autem medicus timeret de dy
arria uel fluxu ventris sumat sepe de
trocis. spodii qui sit sunt. R. pulueris
ro. tri. spodii an. ʒ. x. boli ar. gum. arab.
an. ʒ. ii. sem. berberis sem. simach an.
ʒ. iii. sem. acetose. ʒ. iii. balaustie ʒ. iii. et

et [illegible] maceto infusi et post confecti ℥ ij fiant troc. quorum unusquisque ℥ ij ponderet de quibus unus in mane et alius ante cenam vinus cum simplici decoctione uel cum succo cum ros simplici decotionis uel cum succo de granatis uel succo berberis sinatur. Stringuntur de proprietate fluxum ventris et removent diarriam uel non permittunt eam evenire et specialiter in ethica. Sic (?) evenit quando diarria cum casu capillorum supervenerit ethico et etiam absque pilorum casu mortem in proximo significat et hoc voluit omnis. Cum enim hec egritudo sit incurabilis propter dominium siccitatis super totum corpus et omnia membra si super venerit diarria cum humiditates naturales et accidentales evacuant et debilitant stomachus et appetitus et deficit nutrimentum per viam istam et fit mors. Hec cura ethice necessarium est egritudo simplex et non composita cum alia egritudine uel febre quod est secundum plurimum et fit per compositionem cum alia egritudine est in perfecte et male curationis raro enim vero raro rarissima invenitur ethica absque alia egritudine et febre. Cum enim composita fuerit tunc composita erit cura hoc modo. Nam si sapiens medicus timuerit plus de ethica quam de alia egritudine uel febre multiplicare debet in medicinis cibis et potibus ea que valent contra ethicam et negligendo medicinas et cibaria alterius infirmitatis cum oportet contrarium. Si autem equaliter timuerit de ethica et alia infirmitate cura ex parte ciborum potuum et medicinarum equaliter composita erit. Nam de proprietate nature uel naturaliter que curat de eis infirmitates de diversitate et non medicus est tum medici ponere unum quodque contrarium ad suum contrarium ita quod cum medicamine composito operatur contra egritudines compositas ponendo calidum contra frigidum destruendo humidum cum sicco et econverso et quando natura non est in egritudine composita nel simplici potius faceret illud sed destruere egritudines cum medicamine composito uel simplici posito uno quoque contra aliud tunc non erit spes infirmo quoniamque modo fiat curatio

Unde regimina in istis uel natura sanat infirmitates et non medicus sed medicus minister erit boni ministri et non boni. Sub regimine et curationibus febre ethice continetur regimen et ordinatio diete cibi et potus et medicinarum egritudinis que ethica senectutis appellatur que est absque febre et fit ut plurimum in senibus fit etiam in pueris et in omnibus etatibus convenit et causatur ex dominio siccitatis super omnia membra eo quod membris non mandatur nutrimentum propter permanens digestionis in stomacho et epate ex victoria siccitatis super nutrimentum humidum aut ex habundantia humiditatis donante in stomacho multiplicate per indigestionem et ex errore comestionis ciborum et fructuum. Cura regatur in omnibus ut dictum est in ethica febre preter quam in ethica senectutis que causatur ex habundantia humiditatis in stomacho regatur aliquando confortatio et calefactio stomachi et appetitus cum electuario anacardinum (?) et vino decoctionis cipi uel cum melle rosarum et vino decoctionis cipi capparis et aliorum. In omnibus aliis regatur ut dictum est in febre ethica. Fiat inunctio circa stomachum in senectute ex habundantia humiditatis cum oleo de spica et similibus et hoc omni die.

Ethica senectus

Cura

Unctio

Capitulum v. de febre putrida et speciebus earum et causis omnibus febris

Febris putrida fit ex humoribus conclusis uel ex humore conclusato in membro uel membris ita quod non respiret nec libere cum eventatione regitur aura uel similiter sed ex ipsa conclusatione in loco calido in quo est calefit et ebullit et emittit fumum putridum ad cor et sic fit tunc putrida febris. De febre putridis alia est continua alia est interpolata. Continua dicitur que fit de materia corrupta et putrefacta intra vasa uel venas. Interpolata que fit de materia putrefacta extra venas in aliquibus partibus corporis. Species febris interpolate sunt tres videlicet febris de genere colere febris de genere flatis et febris de genere melancolie. Species vero

Quomodo fit febris putrida

Continua

Interpolata

Species interpolate

fe[bris] continue sunt iiij. s. fe. de genere san[guinis] fe. de genere colere et fe. de genere melancolie. Cum enim sanguis venas exierit continetur in sanies vel alias nam a san[guine] ut vult p[ri]mo vi. p[ar]ticula afforismorum ubi dicit si in ventrem et etiam aliquem locum extra venas san[guis] effunditur p[re]ter naturam necesse est in saniem converti et sic est manifestum q[uod] fe. interpolata que est de materia putrefacta extra venas nunquam ex san[guine] fieri potest. Continua vero sic cum san[guis] insua via intra venas manere possit et in eodem loco malignari et putrefieri cum non regitur a natura vel virtute et putrefactionis cause in eo adiunct[e] et fiant et causant continuas. Interpolatarum alia est simplex et alia est composita. Simplex fe. appellatur a phis[icis] que est una fe. et non mixta cum alia fe. neque cum alia egritudine cum cum[...] me fuerit simpliciter vel composite. Composita dicitur tribus modis. Dicitur enim fe. composita quando componitur cum alia fe. eiusdem generis vel diversorum generum et de tali compositione inferius loco suo proposito faciemus. Ista sola est illa fe. que vere dicitur composita ut vult galienus 2° de crisi. Est et alia fe. que composita appellatur eo q[uod] componitur cum alia egritudine et proprie dicitur egritudo cum apostemate s[cilicet] ydropisi vel alia egritudine et hec fe. dicitur egritudo composita et non febris composita et de ista iam fecimus mentionem cum de effimera que accidit propter apostema et iterum faciemus cum de fe. composita. Dicitur enim fe. composita ratione materie composite et de ista fe. et eius compositione inferius proprio modo mentionem faciemus. Cause fe. putridarum considerantur duobus modis communiter et proprie. Communiter sicut medici considerant causas et tunc dicitur causa id quod primo est et ex quo provenit inventio alicuius dispositionis in corpore humano ex qua in operatione eventualiter vel sensibiliter provenit nocumentum proveniens sec[undum] ... immediate. Sed ex causa vel causis provenit nocumentum cum medio vel mediante egritudine de istis causis quas medicus considerat quedam appellantur primitive quedam antecedentes et quedam coniuncte. Verbi gratia primitive dicuntur che omnes que admoventur

ex his sensis sicut aer cibus et potus et accidentia anime et similia. Quedam dicuntur antecedentes ut oppilationes corporales humorales et inanitiones et repletiones et similia. Quedam dicuntur coniuncte sicut putredo in fe. et aquositas in ydropisi et materia congregata in membro apostemato in apostemate et similia. Et tales que a medicis considerantur conveniunt et dicuntur in quibusdam admirares u[...] q[uod] cause antecedentes semper inferunt egritudines cum medio s[cilicet] mediante coniuncta primitive aliquando cum medio sicut cibus qui convertitur in humorem fe[...] vel calidum et ille humor cum non regitur a virtute putrescit et fiunt fe. vel alias egritudines et aliquando sine medio sicut aer fervens vel pestilentialis qui cum immediate inspirat ad cor febres generat. Cause vero coniuncte semper inferunt egritudinem absque medio ut scriptum est de putredine in febribus et de aliis consilibus. Cause iste sunt quas considerat a medico communiter ut dictum est conveniunt omnibus egritudinibus aut omnes simul aut quedam quibusdam aut aliqua alicui infirmitati sed tunc appellantur omnis cause ad omnes infirmitates penes intentionem medicorum. Sunt et alie cause que proprie appellantur cause putredinis et fe. putridarum s[cilicet] multitudo humoris quo ad virtutes et grossitudo eiusdem et eius viscositas et eius coartatio in loco ita ut prohibeat eventationem convenientem ut non libere expiret. Iste enim iiij. cause sunt principales et proprie omnis putredinis febrilis. Sunt et alie cause manifeste inmittentes istas et addentes in hiis sed non sunt principales ut iste nec ut sunt malus cibus preparatus ut de levi corrumpatur illud quod ab eo generatur et sicut est comestio melonum nimium et cucumerum et sicut sunt motus et balneationes que fiunt post comestionem malorum ciborum vel aliorum qui bene digeruntur et sicut est positio ad solem ultra debitum et tam pere calefacientia super repletionem et sicut est dimittere cautelam quam consuevit homo habere hora et tempore in oplendo digestionem in isto et epate et alia multa consimilia. Significationes significantes fe. putridas sunt ut narrat almansor li. x. ca. de signis omnium malorum accidentium egritudinis fe. fit fetens magis solito febre

enemie significat Similiter lassitudo et dis
solutio cum destructione appetitus fe-
bris Item lassitudo pustularis que sen
titur sub cute ac si esset punctura acuum fe-
briter polata significat Similiter laxitudo vel
cum dissolutione membrorum ac si esset aliquis
fustibus verberatus febrem denunciat significat
De venis et nobilioribus somnibus febrilibus
febre putridas sunt constrictio pulsus sup
plus dilatationibus sistoles velox re
spiratio sine diastolis et expiratio in anhe
litu maior quam inspiratio et hoc est
quia necessitas ad mundificandum superflu
itates que in corde sunt vel que ad cor
veniunt propter putrefactionem inducentem
febrem satis maior quam necessitas attrahen
di aerem causa eventationis caloris
cordis et plurimum quando febris putredis
antecedit dispositio tunc admiscet ca
liditas extranea sensibilis in membro et
associatur ei laxitudo et pigricia aliter
saltus membrorum et commotio sompni et vi
gilie et dolor capitis et frontis et pul
satio et tensio venarum et ypocondriorum
et destructio appetitus sine eius causa
cum sensibilitate gustu alicuius rei ex
tranee salse vel insipide vel amare
aut acetose seu dulcis ultra consuetudi
nes febres significat Similiter cum pigres
cit homo in suis dispositionibus et opera
tionibus consuetis et debilis et morbi
nate et cum labore movet membra et
minus comedit et cum nausea et in sompno
videbat fantasias inconsuetas et in
vigiliis desiderat sompnum inconsuetum
et cooperturas pannorum Verum ista cum p
dictis febrem putridam evenire significat vel quia
evenit Sequitur

Capitulum vi. de regimine egritudinum acutarum

Egritudo acuta omnis ut philosophi
voluit tria requirit videlicet quod eius
materia sit calida et quod sit velox
motus et magni et quod eius
materia sit inclusa in omnibus
venis totius corporis aut conclusa in ali
qua parte corporis ut in apate pleure
tico vel peripleumonico et totum illud de
terminatum est a G. in commento afforismorum

2a particula super afforismo acutorum morborum cer-
neque estimandum est quamvis egritudo sit
velocis motus et magni sit acuta ut
est et appoplexia et similia nisi in pa
ropta fuerint simul 1a supius dicta
Et idem G. super eodem afforismo dicit quod ve
locitas istius morborum acutorum impedit
medicum incipientem ne possit recte in eis
pronosticare Incipienti vero et
habentibus ordines in suis motibus et tempori
bus non est sic Propter quod in talibus febri
citantes et proprie acute non solum necesse
est ut medicus eos sepe videat sed et
ut eis semper assistat et hoc est ne propter
velocitatem sui motus et instabilitatem
non eveniat aliquod accidens vel reme
neat aut intendat vel debilitetur quod
a medico possit recte considerari et eius
apprehendere significationes bonas vel non
bonas et ut melius possit cognoscere
breviates et longitudines earum ad quod
dirigi possit et debeat Significa
tiones febris et egritudinis acute sunt sitis
vehemens et nigredo lingue et pulsus
velox et spissus cum magna durities
et causa forte cum spiritualia et nutri
tiva et apparet urina ignita et acuta
valde vel rubea spissa et dolor capitis
et in parte anteriori et dextra Si
larie et ruber vehementes et ille que sunt ambulatiue ut formica et ille q faciunt semper facies corporis quasi spas matas omis tam variol quam morbilli sunt male disponis et ne et spaliter si dure ul'm labore egredi videant et maturari neq fe neq estiuaco sedant neq allemant Et si cu sincopis venerit et tremor cordis eger absq dubio morietur Et omniso si fe cito atq calor sedarent et egssio valsar fm diuersitatem tpm ipius infirmitatis quia alia est cura variol et morbill antequam apparere incipiunt et alia postquam incipe apparent et alia cum incipiunt maturari et apiri et alia qn faciunt crustas et escharas Item tempis in quo sent dolore in dorso et pruritus in naso et alia acci dencia signifficancia futura infirm tates sed non du ipa infirmitas inci pit appare dueniunt ut fiat flobotomia aut subtractio sanguinis cu ventosis Et sumat mica panis cu succo grana torum et aqua frigida aut sumat trons de spodio qui sic fiunt Rx rosar vii spodii amborum an ʒ v. seis acetosi ʒ ij et s sumach seis portulace an ʒ i et s balausthe ʒ i gummi arabici ʒ i. opii grana ij conficiant cu succo berberis uel acetose et sit pondus cui tibet ʒ i uel ʒ ij Dantur cu succo granatorum aut berberis seu agresta et similibus uel sy de mirtis aut de agresta et aqua frigida Aut sumat trocis de camphora quos fecimus in alia capi te Comedat eger succu farine or dei ul auene aut spelte seu farri conditu cum lacte amigdal sinque spergant succ berberis aut succum granatorum acetosorum seu agrestum et simi Sumat in poti aliquem istorum succorum cu aqua frigida ut comedat len tes excorticatas coctas et cu aceto conditas Comedat etiam cibariu factu ex oleribus frigidis vt ex lactuca portulaca scariol et cucurbita condit cu lacte amigdal et succo aliquo acet so sirupo Et nullo mo aliud bibat neq comedat Si vero strictus fuerit fm ventrem sumat in mani

aquas decoctionis prunorum aut mannam cum
aut tamarindis cum aqua decoctionis
prunorum aut mannam. hoc enim regimine
aut omnino pustularum vel variolarum aut
morbillorum egressio prohibebitur aut
si quid egressum fuit parum erit. Post-
quam vero apparere inceperint morbilli
vel variole nullo modo flebotometur neque san-
guis subtrahatur neque ad quod solvat
ventrem infirmo detur quod omnino convenit
fieri quia flebotomia exitum earum tardat
et materiam earum corruptam iam et malam
quam natura propter eius malitiam intendit ex-
pellere et ad interiora reprimit et dat
causam ut currat ad principalia et inter-
ficiat. Si vero hoc tempore daretur so-
lutivum aliquod prepararet materiam malam
ut ad intestina declinet vel diminueret
et sic solutivum debile vel forte fieret causa
magne solutionis ventris et dissen-
terie quod est signum mortale in vari-
olis et morbillis et cum hec distraheret
naturam a propria intentione in dispersi-
onis materie male per vias convenien-
tes et esset talis operatio contra sermonem
ypo. prima particula affo(rismorum) ubi dicit quod que ducere
oportet quocumque magis repellit natura
inde ducere per convenientes regionem.
nullo modo hoc tempore aliquo oleo un-
gatur neque comedat unctuosa neque
bibat vinum quia oleum multiplicat eius
corruptionem et facit maiorem induit
et materiam variolarum et morbillorum in-
flammat et alligat omnia alia earum causa
et faciunt esse eas maligniores et magis ca-
ritatem et dolorosam. Item nullo
modo postquam inceperint variole su-
mat infirmus debitorum spodii neque
camphore quia operantur contra illud
quod natura intendit. Tempore expul-
sionis cooperiatur temperate ita quod non
sentiat debilitatem neque gravedinem
cum pannis et sudor provocetur et ma-
dentis superficies tota leniter el-
sumat et cito [illegible]. Sepe in die
si nauseam et turbationes et extinctiones
senserit sumat de aqua que sic fit
Rx. seminum citrulorum passularum lentium
excorticatarum seminis feni ligni de buxo
vel de mirto ana sandali rubei ana ʒ
i pistentur et bulliant in lb iiii aque

donec eius medietas sit consumpta cole-
tur et reponatur. hec autem aqua vel eius
usus variolas provocat et cito ma-
turat et appetitum confortat et extinc-
tiones removet. Aliud ad idem Rx. ra-
dicum feni seminis ana petroselini succi berberis
ana ʒ i. sandali ʒ ß. seminum citrulorum
passularum ana ʒ iii. pistentur et bulliant
in iiii lb aque donec medietas sit con-
sumpta coletur tota die vel multotiens
in die infirmo tribuatur. Comedat
aquam decoctionis passularum et ra-
dicum feni et seminis [illegible] et granorum grana-
torum vel berberis. Sepe in die ponat
in oculis et auribus et gargariset de
aqua que sic fit ne in oculis vel auribus
aut gula vel naribus aliqua generetur
vel colligatur materia ut fiat variola vel
morbilli. Rx. aque ros. lb i. sumach
cum nostratum granati ana ʒ ß. pistentur
et bulliant in aqua ros. coletur. Item
ad idem Rx. granorum granatorum ac-
etosorum sumach vel berberis ana ʒ i
et ß bulliant in aqua ros. et coletur.
Si tenerit antimonium ultra contritum
et fricetur cum succo coriandri vel
succo solatri et postea coletur ille suc-
cus cum pecia et ponatur in oculis na-
ribus et auribus defendit membra illa
a malitia variolarum et morbillorum. Sacre-
hit convenit quod morbilli vel variola si
nascantur vel augmententur in oculis na-
ribus vel auribus quod destruunt operationem
illius membri in quo materiata fuerit.
Si vero in gula multiplicatur unde
detrahetur anhelitum aut cibi transitum
ad stomachum. Ungantur nares et aures
cum oleo de mirto vel cum oleo ros.
propter loci defensionem. Cum vero ipsi
morbilli vel variole bene maturi
fuerint et perfecte ad superficies cutis ex-
ierint et sanguis [illegible] exeis ema-
nat aut incipit emanare regatur cum
dieta et potibus dictis superius nisi fuit
nimis debilis et tunc si nimia debili-
tas vel sincopis supervenerit possit
comedere carnes pullorum vel edorum
coctas cum lactucis cucurbitis et
portulaca endivia et similibus et con-
ditis cum aceto vel agresta aut succo
berberis vel granatorum aut aceto simili.

necesse est ut destruat nisi natura eam infir
mitates vel causas eius vincat per se
aut cum medicinali officio beneficio que
necessario natura superabit a morbo
et eius causa propter fortissima et malas
lesiones accidentes in nobili operacione
quas natura diu tollerare non potest Et sic
propter istas causas egritudo fit brevis Fit
sit autem etiam egritudo brevis fit ca
timenis materia fuerit pauca et natura
fortis in resolucione eius fore et expul
sione ut multociens contingit in re
lica cum supervenit fluxus ventris
et in eadem hora expulsio ventositatis
cum sonitu et ut contingit in apoplexia
vel spasmo cum supervenerit febris et
apertio venarum emorroidarum Item
non omnis egritudo que est parvi
et debilis nocumenti est longa ut effi
mera sed illa in qua attracio contraria
ad egritudines breves conveniunt lon-
ga Per modum afflictionis cognosci
tur egritudinis brevitas vel longi
tudo Nam si in brevi post principium
infirmitatis accidencia omni die in
tendunt et forciora fient et anti
cipent vesperum sui et maiora cum
et maligniora et durant magis
quam ante consueverunt necessario
brevitatem principii augmenti et status
significant et similiter hec sunt tocius
temporis infirmitatis brevitate Nam
impossibile est ut modus infirmitatis
sit quasi impetuosus paciente et infir
mitas prolonget ergo contrario in cronicum
Unde ypocras particula iiii afforismorum quibuscumque
fortes fiunt signa febris hora et in tran
situ eadem hora incipiat dissolvi
Tempora autem sunt brevitatem et
egritudinis longitudines Nam est
tas infirmitates omnes ad bonum vel
ad malum abbreviat yemis vero al
longat Unde ypocras particula 2a afforismorum esti
ve quartane ut multum sunt breves
autumpnales vero et maxime que
ad yemem coniungunt Circa appa
ricione signorum digestionis vel tarda que
insuper fluitantibus considerat vel
apparet sunt brevitates vel egritu
dinis longitudines Nam si apparet
signa digestionis in urina egestionis

et sputo circa principium sunt principium esse breve
et statum et sic totum tempus infirmi
tatis breve erit et econtrario Si signa
digestionis in egritudine salutifera
multum tardaverint ab eorum appariti
one post principium infirmitatis longam
significant infirmitatem Sed si signa
indigestionis omni die augmentantur
et fiunt maligniora cum virtutis de
bilitate et malo appetitu et cum eis
visa fuerint aliqua signa crisis mor
tem in brevi vel longam egritudinem
significant ex necessitate Ea autem
que iuvant ad egritudinem brevian
dam sunt parvitas cibacionis et usus
ciborum calidorum et tempora talia et regi
ones calide et ut corpus habeat mol
lem carnem et poros et cutim laxam
et omnia que corpus calefaciunt et ve
hemencie incendii febris et acciden
cium ipsius et fortitudo et conclusio
febris Sed corporis duricies et tem
pus frigidum et multitudo cibacionis et
multitudo carnis cum duricie et pau
citas caloris febrilis et lenitas acciden
cium et tarda digestio et usus rerum frigidarum
prolixitates febrium sunt Taliter spes
quoque febrium brevitates vel longitudines
sunt Nam effimera febres fere sunt
quia quartum diem non transit Terci
ana quoque pura xiiii non transit
diem Et ex subtilitate et mobilitate
materie breves febres esse sunt et ut plurimum
removetur in vii diebus vel xi et
est valde secura Notha vel impura ter
ciana cuius materia mixta est flati et cuius
accidencia mixta sunt accidentibus
flatis non est bene secura et ideo fit
mansiva ut plerumque per quartum
annum vel quartam ebdomadam et plus
durat et est febris mala et non secura
cum causa est lentitas et digestionis tar
ditas et corpus vistes Quartana
cum longam febrem esse sunt et est valde se
cura et durat si non in eius cura fuit
error usque medium annum vel annum ad
plus si fuerit pura Si vero pura non
fuerit et ceciderit error in eius cu
ra durat usque ad annos xii vel minus
Et ista propter eius longitudines ducit
hominem usque ad ydropisim et paralisim

Natura suspecta

etiam in qua error curacionis fuit
multiplicatus. Flatica vero mala
et longa est et suspecta ad mortem
et mortis suspiciones in se habens
et eius continua afflictione et inobediencia
eius mie et fetitate cum multiplicatione
putrefactionis. Omnis preterea fe-
que sunt continue breviores sunt
interpollatis sine excepta ethica
que longa est quia calor in ethica
cum vehementior fuerit erit magis
longa eo quod calor eius fundatus
est in subiecto duro et cum difficultate
imprimitur et removetur. Cum vero
eius calor debilis fuerit erit magis
brevis eo quod non sic profundatur
in membris duris. Febres autem

febris effimera

conclusi vehementis caloris et fortis
incendii et inflamacionis et velocis
motus et terciana continua et sanguinea
quas medici egritudines continuas
vocant quam xiiij diem non transeunt
et specialiter si non fuerit in ultimo calor
et incendii. Si vero multo incendii
et caloris in tercio et quarto die de-
lebuntur. Si vero in medio fuerint
in vij finientur. In istis febribus timor

pestilenciales

est maximus. Febres autem pesti-
lenciales sunt breves eo quod spiritualia
multum membra ledunt quorum lesionem
natura loco et tempore sustinere non
potest propter nocumentum contingens in
nobili operacione et continue natura in-
tendit ad conservaciones vite. Fe-
bres autem composite omnes scilicet de materia
composita sunt longe et difficilioris
curacionis. Sequitur

Capitulum xxix de cognitione tempore febris. Te

Tempora febris et egritudinis
considerantur modis duo-
bus scilicet universaliter et particulariter.
Universaliter respectu totius temporis
salutifere quia omnis egri-
tudo de qua quis convalescit habet
iiij tempora principium, augmentum statum
et declinacionem. Non salutifera aliquando
in augmento accessionis interficit.
Particulariter considerantur tempora in-
firmitatis respectu cuiuslibet paroxismi vel accces-
sionis quia in omni paroxismo vel acces-
sione considerantur ista quatuor
tempora particulariter scilicet principium augmen-
tum et status et declinacio.
Principium autem in medicinis dicitur tribus
modis scilicet hora in qua incipit egritu-
do manifeste apparere et sentiri ab
infirmo sive hora in qua infirmus
sentit manifeste agitacionem et altera-
cionem et conversionem a sanitate in in-
firmitatem et non appellatur principium
punctuale a medico propter eius in-
sensibilitatem et est ridiculosum dicere
hoc punctum esse principium infirmitatis
quo ad medicum eo quod in ipso non re-
peritur aliqua utilitas quantum ad
operaciones medicinales. Est et aliud
principium quod appellatur spacium trium
dierum in infirmitatibus habentibus
plusquam sunt vij et ultra et dicitur tale
principium in infirmitatibus que terminantur
in x die vel ante aut circa illud. 3o
est aliud principium infirmitatis eo quod est
una pars ex partibus temporum vel totius
temporis infirmitatis est hora in qua
calor innatus suffocatur a materia
submersa in membro tam diu donec
non apparet maturacionis aut diver-
sitati eius contrarie maturacioni vesti-
gium. Augmentum quidem est hora
in qua movetur calitas innata ad re-
sistendum me motus in augmento
apparent signa digestionis aut contra-
ria digestioni. Status est hora in
qua vehemens fit pugna inter mor-
bum et naturam et apparet victoria
unius eorum amborum super aliam et est
hora pugne et eius spacium in acutis
et habentibus paroxismos acutos est unius
paroxismi aut duo paroxismi et non potest
cognosci nisi per illum paroxismum qui sequitur
ipsum. Declinacio est hora in qua
calor innatus dominatur me et vincit
eam et existit in separacione congrega-
cionis eius rei post rem et tunc alle-
viatur calitas occulta et expellitur
ad extremitates donec resolvatur
et multociens ingrossatur. Et sciendum
convenit quod plures quidem febrium com-
plent principium et augmentum et statum

in parox. uno et faciunt parox. alium de
clinando Estimandum est vere quod
illud quod est plus necessarium ad cognoscendum
egritudinum acutarum est cognoscere
egritudinum status non enim est timor
vel dubium nisi usque ad hoc tempus
neque in inicio vel ordinatio regi
minis mensurari nisi secundum hoc tempus
et nullo modo morietur eger post statum
nisi supervenerit alia egritudo post
statum que necessario inferat mortem vel per
accidens Cum enim infirmus natura
fuerit debilis in fine crisis et naturam rem
malam expulerit vel desideravit ex
pellere expellendo rem innaturalem sic
res caloris naturalis et spiritus transit cum
re innaturali hac expulsione non potu
it calor vel spiritus redire ad cor et ra
dicem ymo in suo reditu deficit
et sic fit talis mors per accidens hora
declinationis post statum et specialiter
fit talis mors cum homo in fine crisis
fatigatur et turbatur propter naturam Sig
ergo que in superfluitatibus considerantur
si semper fuerint in principio apparuerint
et accessiones vel parox. in quantum min
tant horarum accipiendi neque fortius
solito affligat neque longius durat
afflictio accessionis quam consueverit
semper infirmitas in principio erit Si
autem signa digestionis in superflu
itatibus incipiant apparere occulte vel
manifeste et afflictio vel parox. fi
ant maligniores et magis acuti
et durant longius solito iam aug
mentum venit et tamdiu quod sic fue
rint in inicione et augmento tali
durabit augmentum morbi infir
mitate continua et interpollata Cum
aut signa digestionis apparuerint in
manifeste et complete in superfluita
tibus afflictiones et parox. equales
erunt in afflictione et durabilitate
erit egritudo in statu Post quam
vero signa digestionis inceperint ma
nifeste diminui et annullari et super
fluitates non videntur redire ad suas
naturales conditiones et accidentia vel
accessiones et parox. manifeste et oc
culte declinant nature declinacio
temporis erit Et dicendum est hic

quod signa digestionis et indigestionis con
siderata in superfluitatibus et materiis
sunt fortiora in significando et diem
temporum et infirmitatibus omnibus
aliis signis et significationibus et maxime
si egritudo per naturam fuit malis
vel humorum quamvis in speciali ut scriptum
est supra quodammodo in stantia re
periatur Sequitur

Capitulum xxx de significationibus bonis et malis apparentibus in febre

Dormire ut est consuetudo
hominis sani et sentire le
vitatem post somnium absque
stupefactione et mentis
turbatione valde bonum est
et nihil Quodlibet istorum pulchritu
do coloris egri et sui motus levitas
et quod faciliter egritudines tolleret et
pulsus fortitudo et anhelitus boni
tas et intellectus stabilitas cum memo
ria et virtus appetitiva Manere
in lecto in modum sani decenter super
aliquod latus rectum vel super ventrem
sine consuetudinem habuerit hec omnia
sunt bona signa et laudabilissima
maturitas apparens manifeste in urina
et egestione et sputo et omnibus super
fluitatibus cum continuatione appari
cionis super bonitatem perfectam
et salutem et dominium nature super mor
bum et eius victoriam fit Cum vero
pulsus fuerint sana fuerit et cor
poris motus facilis et appetitus co
medendi et bibendi fortis neque de
struitur bonum est neque pavendum accidentia
mala si que apparuerint quod si cum hoc
a natura ei digestio iam precesserit nullo modo
exitus est timendum sed considerandum est
quod ipsa accidentia erunt causa crisis et
proprie si in die apparuerint qui dies
creticus fuerit Signorum virtutes
inter se conferende sunt una vero cum
aliis unumquodque signum boni virtute bon
pulsus vel bonus anhelitus vel bon
appetitus vel bona motus cor
poris aut aliquod bonum signum cum

Dormire
pulchritudo coloris
motus levis
pulsus fortitudo
Quiescere
maturitas urine

forte fuit cum multa mala precedant signa plerumque etiam in signis bonis multa non bona coniungitur pessima vero signa numquam se signis mal de bonis coniungunt. De signis malis vel signorum malorum quedam sunt debilia sive non bona, aliquedam sunt mala et sunt fortiora aliis, quedam sunt mortalia sive fortissima in secundo malum valde et hoc ordine et modo pronosticatio ex eis assumpta verior et firmior erit. Scias quod nichil est deterius in infirmitatibus omnibus et specialiter longis quam destructio appetitus et maxime cum infirmus renuerit appetitus et super ipsum nausea verit post repletiones ciborum eo. Cum facies infirmi multum remota fuerit a dispositione quam habebat in sanitate et fit macra mala et torna tilis et sicca signum est malum nisi hoc evenerit infirmo per accidens hoc est ex alia causa quam ex infirmitate propria sicut ex tristicia vigiliis ventre fluxu nimia abstinentia et dolore aut ex aliqua evacuatione et similibus tunc enim malitia signorum erit minor si ex talibus contigerit accidentibus. Si facies egri replenda appropinquabit malum erit nisi hoc acciderit propter nimium potum aut cibum sumptum de novo tunc enim eius mala significatio erit minor. Diversitas caloris in corpore febricitantium reperta ita quod secundum ventrem et ypocondria sit calidus et secundum alia membra frigidus est signum non bonum unde dicit in ij pronosticorum in non deficientibus febribus si quando ex istis fuerint etc. et 3o pronosticorum ubi dicit et ventris et lateris calor magnus sed frontis et extremitatum dispositio frigida etc. Cum facies in colores extraneos versa fuerit propter aerem qui est talis nature quod mutat faciem et corpus paulatim et propter quod est usus homo cibis generativis humoris qui est talis coloris signum malum erit. Cum urina fuerit nigra et omnes superfluitates que per os et inferiora expelluntur nigre fuerint signum mortale est et si apparuerit

in se magis incendii erit adhuc magis mortale. Cum urina fuerit visa similis longa que erit similis urine sanorum virtute existente debili mortem in proximo significat. In egritudine brevi impetum inatie ad caput vel mortem. Cum in egritudine acuta urina retinetur significat crisim aut mortem cum virtus debilitatur et antequam signa digestionis appareant occulte vel manifeste mortem et specialiter si talis retentio in die critica primo apparuit cum ceteris conditionibus crisi. Cum in egritudinibus acutis hanelitus erit fetendus et propter quod sit infirmus per naturam aut cum infirmitates erit signum mortale. Frequens revolutio in lecto et ex figura iacendi in figura mutatio et discooperire ex cooptura quorum consuevit in sanitate infirmus verecundari et ventositatis expulsio cum sonitu sunt signa non bona significant enim eius inquietudines et mentis perturbationes. Cum facies egri fuerit extenuata et erunt oculi concavi et tempora plana et aures frigide et cutis et pulpe aurium contracte et cutis faciei tonius tensa erit et color faciei et corporis aliquis apparuerit citrinus vel viridis aut niger neque eger ante istud fuerit aliquam evacuationem de hiis que facere consueverit et cum hoc non videat neque audiat et preter hoc infirmo visa fuerint signa alia mortalia omnia ista mortem demonstrabunt in brevi. Cum in se unus oculus parvior apparuit et oris tortura aut alba oculorum in sompno preter solitum in egritudine acuta malum erit spasmum enim significat et alienationem mentis. Cum igitur facies a lumine removit et ad tenebras fugerit et oculi in voluntarie fuerint lacrimati neque hoc acciderit propter fluxum sanguinis narium mala ista significabunt in egritudine acuta. Rubedo in albis oculorum et vene apparentes rubee in eis sunt signa mala in acuta. Cum oculi fuerint congelati qui non moventur et tremuli non quiescentes sed ex multo tremore videntur cicrancer de signis

parua et super ipsam sicut forma pulicis tunc scias quod ille infirmus morietur in iii die in qua infirmatus fuerit Et signum illius est quia sitit in principio sue egritudinis siti vehementi Cum fuerit super linguam pustula aut est mixta canina ut sicut granum pentadactili quod appellatur semen nuce sol. tunc scies quia patiens eam morietur in die illa qua apparuerit talis pustula Et signum illius est quia desiderat in primo sue infirmitatis res calidas in suis naturis Cum fuerit super aliquem digitorum pustula parua nigra similis hebeno vel robelio et delebit tunc scias quod patiens eam morietur in duobus diebus ab egritudine sua Et signum illius est quia erit in egritudine sua grauis corporis Cum fuerit in pollice manus sinistre pustula parua similis fabe fusci coloris vel palidi que non dolet tunc scias quod infirmus morietur in vi diebus a principio sue infirmitatis Et signum illius est quod a principio sue egritudinis assellabit multas assellationes valde Et quando in digito medio pedis sinistri fuerit pustula cuius color fuerit sicut color vesicarum que sic appellatur embriatice tunc scies quia habens eam morietur in xii die a principio sue egritudinis Signum illius est quia a primo sue egritudinis comedit res armoniacum habentes desiderio vehementi Cum fuerint vngues digitorum fusci vel palidi coloris et fronte pustula sanguinea tunc scias quia habens eam morietur in iiii die a principio sue egritudinis Et signum illius est quod erit multe sternutationis a primo sue egritudinis et multarum oscitationum Et quando fuerit in poplitibus duorum pedum pruritus vehemens et fuerit color cornu fuscus valde tunc scias quod habens illud morietur in die v egritudinis sue Signum illius est quod a primo sue egritudinis habuit urinam videntem exuberantem Cum fuerint super palpebras inferiores pustule quarum vna sit nigra et alia fusci vel palidi coloris et tertia ad subalbedinem declinans tunc scias quia habens eam morietur in die xxvii a principio sue egritudinis Et signum illius est

quia erit in primo sue inceptionis egritudinis sputi multi Cum fuerit super palpebram vnius oculorum pustula sicut auellana leuis fusci coloris tunc scies quod habens eam morietur in duobus diebus sue egritudinis Et signum illius est quod in primo inceptionis sue egritudinis dormit multum sompnum grauem Cum currit ex naribus sanguis trahens ad subalbedinem vel tinctoriam et apparet in manu eius dextra pustula alba que non dolet tunc scies quod habens eam morietur in xiii die a primo inceptionis sue egritudinis Et signum illius est quod non desiderat cibum omnino Cum apparebit in costa sinistra infirmi rubedo vehemens que non dolet tunc scies quod habens eam morietur in xxv die sue egritudinis Et signum illius est quia in primo inceptionis sue infirmitatis inuenit pruritum vehementem et desiderauit comedere olera Cum fuerit post aurem sinistram pustula nigra tunc scias quod habens eam morietur in xxiiii die sue egritudinis Potare aquam frigidam desiderio vehementi quando post aurem dextram fuerit vel sinistram pustula dura vel granis alba similis frumento tunc scias quod habens eam morietur in xx die a primo sue egritudinis in illa hora in qua apparuit et signum illius est quod mingit in primo sue egritudinis vrinam multam Cum fuerit post aurem dextram pustula rubea talia similis combustioni ignis tunc scias quia habens eam morietur in vii die a primo sue egritudinis et signum illius est quod vomit in principio sue egritudinis vomitum multum Cum fuerit sub mento pustula rubea in magnitudine fabe egiptiace scies quod habens eam morietur in lii die ab inceptione sue egritudinis Et signum illius est quia expuit in principio inceptionis sue egritudinis sputum multum et accidit quibusdam hominibus in principio dolor in pelle que cooperit caput virga Cum ergo accidit illud alicui deinde apparet in umbilico vel iuxta illa pustula fusci coloris tunc scias quod morietur in die v egritudinis sue Signum illius est quod desiderat i

inceptione sue egritudinis vinum biberet. Cum fuit super labium dextrum pustula non dolens fusci coloris tunc scias quia habens eam morietur in ix die sue egritudinis ante ortum solis. Signum illius erit quia erit in egritudine illa multarum cogitationum. Cum fuit in ascella sinistra id est subarella pustula fusci coloris in magnitudine cicer tunc scias quia habens eam morietur in xv die egritudinis sue. Et signum illius est quia accidit ei in inceptione egritudinis sue sompnus multus gravis. Cum fuerint super calcaneum pustule multe nigre tunc scias quod infirmus morietur in xxiii die a principio sue egritudinis. Et signum illius est quod desiderat a principio sue egritudinis acetum et cibos acros desiderio vehementi. Cum fuerit super pectus sinistrum pustula subalbida tunc scias quia habens eam morietur in x die sue egritudinis. Et signum illius est quod accidit ei in inceptione sue egritudinis pruritus vehemens in omnibus suis et non sufficit scalpere eos. Cum fuerit in medio capitis pustula sicut nux nigra lenis que non dolet tunc scias quia habens eam morietur in die xl a principio sue egritudinis. Et signum illius est desiderium melioris urine. Cum fuerit subter nare pustula et in palpebra inferiori oculi sinistri pustula etiam alba tunc scies quia patiens eam morietur in xi die egritudinis sue. Et signum illius est quia accidit ei in inceptione sue egritudinis desiderium desiderio vehementi. Sequitur

Pustula super labium dextrum

Pustula subascella sinistra

Super calcaneum

Super pectus sinistrum

In medio capitis

Subter nare

Capitulum xxxi. De signis digestionis et cetera

[S]ic requiritur videre de digestione in communi et speciebus digestionis. Digestio est completio a naturali calore ex convenientibus accidentibus vel passionibus. Item digestio convenit per mutationem factam a virtute naturali. Aliud vel melius vel digestio est alteratio faciens cessare putredinem manentes in sto et hec digestio fit proprie ex humoribus que sunt materia febris. Vel digestio est permutatio nutrientis in debitum nutrimentum et hec digestio proprie fit a virtute naturali que attrahit et nutrit. Manifestum est quod omnis digestio et indigestio considerata a medico proprie attenditur in superfluitatibus. Nam digestio et indigestio attenditur in urina et superfluitatibus que emanant a membro leso vel apostemoso. Nam cum urina mutata fuerit in febribus de subtilitate in spissitudinem vel in se habuerit residentiam albam vel nebulam vel aliud enatans per corpus eius quod in principio morbi non apparebat dicitur digesta. Sed hic convenit quod omnis digestio in urina et superfluitatibus reddit eam spissam vel quodammodo vel similiter. Dicitur enim quod flammeum per digestionem fit subtile in liquidum aut magis molle sed spissat urinam que fecit corporaliter misteri. Et est sciendum quod urina proprie attestatur per suas vel suam significationem super egritudines epatis et venarum renum et vesice et egestio super egritudinem renum intestinorum stomaci et miseraicarum. Sputum vero super egritudines pulmonis et spiritualium et mucillago super egritudines cerebri et superiorum partium. Cum ergo urina egestio est et sputo et aliis superfluitatibus que ab epate derivantur vel que in loco apostemoso contrahuntur si non fuit facta aliqua in mutatione neque aliqua mollities vel alteratio in substantia erit signum digestionis. Cum vero urina in febribus et egritudinibus epatis et renum et vesice mutata fuerit in substantia vel colore absque ypostasi cum hilaritate coloris et bona mutatione in substantia et confortatione motus et sompni et appetitus et vigoratione pulsus et anhelitus signum erit digestionis. Si autem cum istis conditionibus in sua fuerit in fundo eius ypostasis vel nebula pendens erit signum complete digestionis sed mutatio ipsius in contrarium et mutatio conditionum dictarum in contrarium est signum in

digestionis et longitudinis infirmitatis et mortis finaliter Et propter hoc dicit et est verum quod signa crisis videlicet perturbatio et angustia et multiplicatio alienationis et urine et egestionis retentio et ungnium de nigratio et extremorum frigitas cum tremore et malus anhelitus et pulsus debilitatio et similia appareant vel incipiant apparere ante apparitionem signorum digestionis omnino vel manifeste longarum egritudinum et indigestionis sunt vel mortem aut imperfectam crisim et in egritudine pulmonis et costarum Si infirmus nichil expuerit neque se diminuit vel quod expuit est subtile et indigestum et cum labore expellitur signum est hoc indigestionis Si vero spuerit aliud cum lenitate subtile tamen cum quadam albedine et cum alleviatione anhelitus et gravedinis loci in quo est infirmitas iam incipit materia digeri et maturari Si vero id quod expuitur est spissum album mixtum cum saliva et cum lenitate expellitur et cum modica tussi et alleviatione loci manifeste et diminutione febris erit signum complete digestionis et salutis finaliter Si vero expuit rubeum purum vel citrinum vel nigrum vel viride est signum digestionis et similiter si anhelitus fit malus et pulsus debilis et urina livida vel tenuis multum et gravitas maior in loco cum tussi gravi et molesta et hoc totum est signum indigestionis et mortis finalis Et si specialiter post ista in die non cretica signa crisis immediate ceperint apparere vel apparuerit Sed si cum sputo rubeo vel citrino esset admixtio sputi albi ita quod rubedo vel citrinitas non haberet dominium in mixtione Et cum aliis bonis conditionibus dictis superius perfectam digestionem in futuro et salutem significat quod dictum est de urina et sputo ex parte digestionis et indigestionis ita intelligendum in omnibus aliis superfluitatibus que a corpore expelluntur Sequitur

Capitulum XXXII De crisi et eius significationibus

Krisis est velox motus morbi cum infirmus ad mortem vel ad salutem deducitur Species autem crisis sunt vi Prima quarum est in qua eger subito mutatur ad bonam et per perfectam salutem 2a est in qua eger subito mutatur ad malum et moritur 3a est in qua eger usque a principio paulatim et omnino mutatur ad bonum et salvatur 4a est in qua eger paulatim a principio mutatur et moritur Quinta est in qua eger subito mutatur ad imperfectam salutem et postea per longum tempus paulatim mutatur ad salutem Sexta est in qua eger subito mutatur ad malum non firmum et postea mutatur paulatim ad mortem Sciendum hic convenit quod tales mutationes in quibus eger subito et velociter mutatur ad perfectam salutem vel mortem fiunt in egritudinibus acutis et conclusis que terminantur in xiiii die vel ante aut in xx die vel xl die ad plus Et hoc vult Ypocras 2a particula afforismorum ubi ait acute egritudines in xiiii diebus iudicantur et prima particula pronosticorum ubi ait spiritus bonus ex proprio ordine convenit et habet evidentes salutis ostensiones in acuta egritudine quarum finis est cuius terminus est xl diebus voluit G. et ypocras quod dies xl vel dies xiiii sunt dies in quibus venit crisis egritudinis acute et quod egritudo acuta requirit conditiones tres quod ipsa fiat de materia acuta et quod ipsa materia sit conclusa in omnibus venis corporis aut sit collecta et conclusa in aliquo loco corporis in modum apostematis ut fit in pleuresi et peripleumonia et similibus et quod ipsa sit et velocis motus et fortis et timerosa Alie autem mutationes que fiunt in prolixis et cronicis egritudinibus apparet manifeste et videtur per dicta crisis et per verba philosophorum quod non debet appellari crisis in veritate nisi illa que fit in egritudine acuta et in qua eger subito movetur ad salutem perfectam Et signum huius est quia crisis secundum veritatem est que vere crisis appellatur a philosophis non fit neque incipit

hora crisis

fieri nisi hora status quando accidentia ul
timant et fiunt in declinatione accide
tium Nam illa proprie est hora in qua
fit velox motus et fortis et altius
et ad bonum et hoc vult G. super affo
2e partis cum dicit quibuscumque crisis fit

crisis quandoque ad bonum

huius nox difficilis ante accumen dicit
enim ibi quod omnis crisis fit plus attinet
sanitati quam morti nisi per accides
ut in egritudine pestilentiali Cum ergo
secundum verum ordinem nature moneat ordina
te omnia que movet cuius ministrator
est medicus fiat crisis nisi in fine hore
dicte et illa hora non contingat aliquem
mori per accidens et omnis crisis
plus sanitati quam morti attineat
videtur ratione conditionum dictarum et
hore in qua fit quod bene potest affir
mari et dici in veritate penes bona
intentionem in alez quod crisis vera non
dicitur nisi illa in qua eger subito mu
tatur ad perfectam salutem Illa vero
in qua eger subito mutatur ad mor
tem non debet crisis a medico appel
lari sed mutatio mala cum careat tali
mutatio ordine et tempore determi
nato fit enim talis mutatio quandoque
primo quandoque in augmento quandoque in princi
pio status et accessionibus diversis
Alie autem iiij mutationes sunt sine
fines inceperit infirmitatum in quibus
aliquando finit egritudo ad bonum omni
no vel ad malum quandoque cum ordine quandoque
absque ordine appellari a medicis

signa ante crisim

proprie debent Signa significa
tia crisim et etiam eam antecedunt
sunt intellectus distributio et stoto
mia et vertigo et inquietudo egri
et eius inversio in signis et locis
et constrictio anhelitus et dolor
capitis et colli fortis et tristitia et
nausea et rubedo faciei et ymagi
nes ante oculos apparent et lacri
me involuntarie fluunt et labiorum
et nisto dolor aut in inferioribus
ventris et dorsi rigor et urine
ad egestionis duritiam et sitis vehe
mens et tremor et constrictio pell
ypocondriorum ad superiora Si autem
cum istis accidentibus tenebra facien
tibus extraneis fuerit accidit egritudo
et mala sint hec signa in die vel nocte in
cedente critica et cum hoc pulsus si
erit in fortitudine augmentatus et
signum digestionis complete vel occulte
vel super sanitatibus apparuerint
ante se crise absque omni dubitatione in
dicari potest quod crisis ex naribus aut
fluxu ventris aut vomitu aut huius
similibus et quod egri dispositio mutabitur ad
perfectam salutem aut ad bonum mani
feste Si vero accidentia apparue
rint virtute existente debili et cum
apparitione signorum digestionis occul
te vel manifeste conversione signi
ficabunt ad mortes vel ad malas dis
positiones Cum enim vulgus videt in
infirmitate ista accidentia terribilia
supervenire egro et medici diminuti
multum terrentur et diffidunt de infir
mo eo non considerantes qua
hora et die supervenit accidentia
mala et terribilia et timerosa
Aut post apparitionem signorum di
gestionis vel indigestionis aut cum
et virtute existente debili vel forti
unde per hoc decipiunt et vituperantur
multotiens ab astantibus et amicis
infirmi in suis pronosticationibus
propter quod conveniens ut sapiens medi
cus astute et cum deliberatione in his
velit et debeat continue conside
rare secundum quod dictum est superius ut
veritatem secundum apparitionem signorum
possit eminiare Signa signifi
cantia malitiam vel bonitatem perfectionem
vel imperfectionem sunt vj. Primum est ut crisis
fiat cum aliqua purgatione manifesta
2m est ut humores mali et nocivi
qui sunt causa infirmitatis et non
alij purgent 3m est ut illi humores
mali purgent per convenientes regi
ones 4m ut crisis fiat cum quiete
et lenitate 5m est ut fiat in die
critica post apparitionem signorum di
gestionis 6m est ut fiat in die
critico Si autem aliquod ex dictis
sex signis etiam crisi in qua defe
cerit erit diminuta vel imperfecta
Si vero omnia affuerint mutatio
contrarium erit mala et mortalis
Sequitur

Capitulum xxxiiii de cognitione specierum evacuationis crisis et per quam partem debeat fieri evacuacio ipsius. R.

Nunc enim crisis aut fit per mutationem materie de uno membro ad aliud sicut cum fit apostema post aurem aut in collo vel pede aut alio loco aut per mundificationem manifestam cum fluxu sanguinis narium vel fluxu ventris vel vomitu aut sudore aut cum provocatione urine aut per apertionem emorroidarum vel menstruorum. Ea autem que manifestant futuram crisim per exituram in aliquibus membris corporis sunt hec: non multe calitatis aut acuitatis, et quod infirmus doleat et agitetur in aliqua parte corporis plus solito sicut post aurem aut impedi vel in inguine coxa vel crure et similibus et ut urina pacientis sit subtilis non significans perfectam digestionem vino diminutam et quod virtus infirmi sit salva nec in ultimo fortitudinis neque in ultimo debilitatis, et quod materia infirmitatis non sit pure colica sed habeat naturam admixtionis.

Confirmatio quod crisis sit futura per fluxum sanguinis ex naribus est faciei et oculorum rubedo et tenebratio et radii ante oculos apparentes et lacrime fluentes et oculorum tenebrositas et pruritus narium arenarum rubedo et motus que sub ypocondriis contractio ad superiora et anhelitus constrictio et frontis et timporum pulsatio et venarum apparitio manifesta in fronte ultra quam erat in sanitate. Confirmatio vero crisis future cum vomitu est nausea et stomaci subversio et labii inferioris citatio et fluxus salivarum ab ore aliquando cum singultu aliquando cum in undatione stomaci. Significatio super crisim que debet fieri per sudore est retentio urine postquam signa crisis apparuerint vel inceperint apparere et ventris constrictio et pulsus lenitas cum plenitudine et inundatione et cutis madore existente. Notitia vero quod crisis fit cum fluxu ventris est ut sit gravitas in inferioribus sub umbilico et tortio et agitatio et commotio manifesta et exitus ventositatis cum sonitu et absque sonitu. Signa significantia super crisim per urinam est urine retentio et gravitas femoris et commotio circa vesicam et femur et quod materia egritudinis fuerit secundum plurimum aquosa et gravitas circa renes et spinam usque ad vesicam manifeste. Confirmatio crisis future per emorroidarum apertiones et menstruorum est pruritus ani et tuberositates sive eminentie venarum circa anum in se firmiter et quod urina turbida et spissa aliquando appareat. Si vero circa pertinentia et vulvam mulier gravedinem senserit et menstrua non habuerit ante suam infirmitatem et agitationem et commotionem habuit in matrice et circa matricem et fuerit consueta sua habere menstrua diebus illis quibus emergunt tales significationes et urina in fundo habuerit quandam nigredinem fiat eius crisis per provocationem menstruorum et specialiter iste significationes et superiores dicte melius verificabunt si post apparitionem signorum digestionis apparuerint in die aliqua cretica. Plurimum autem febres sanguinee fiant per fluxum sanguinis narium et febres que committuntur apostemati epatis calidum terminantur secundum plurimum per fluxum sanguinis ex nare dextra. Frenesis per fluxum sanguinis et sudorem in capite. Febres acute et que fiunt de materia colerica ut plurimum per sudorem et per vomitum et per fluxum ventris colericum. Quartane per apertiones emorroidarum et menstruorum et per fluxum ventris nigrum et feculentum et fluxum urine nigre. Flatice et noctis per fluxum urine et per fluxum ventris colericum et flaticum

Signa quod per fluxum ventris
Signa per fluxum urine
Signa quod per fluxum emorroidarum
Signa per fluxum menstruorum
febres sanguinee fluxum
febres ex apostemate epatis
frenesis fiat
febres acute
Quartane
flatice et noctis
per sudorem

[illegible] one [illegible]

lente et mixte per ipsa in aliquibus actibus corporis ut dictum est similiter et terminantur secundum plurimum. Sequitur

Capitulum XXXIIII de diebus creticis et de modo numerationis ipsorum divisim et coniunctim. Rubrica

Dies vero cretici dicuntur a crisi quia omnis mutationes cretice de quibus fiet sermo inferius in eis sunt. De diebus creticis quidam sunt cretici tantum vel solum ex impetu infirmitatis sed recipiunt in maximum et manifestam alterationem a corporibus superioribus. Dies vero cretici in quibus fit mutatio solum per infirmitatis impetum vel violentiam seu acuitatem materie infirmitatis numerantur sic et semper diriguntur primus dies secundus et tertius item tertius et quartus et quintus et quintus sextus septimus octavus nonus hic finiunt dies cretici qui dicuntur cretici solum per impetum et violentiam et acuitates materie infirmitatis. Nam non est possibile quod ultra diem nonum materia remaneat infirmitatis nec ipsa infirmitas cum virtute conveniente ad motum creticum cum tanta acuitate quod per se sola sit sufficiens ad faciendum diem creticum quoniam ipsa infirmitas vel eius materia mitigatur et molestat et indebilitatur et hic ultra istum diem est necessarium ad hoc ut aliqua dies sit cretica quod non fiat cretica nisi natura cum infirmitate a superioribus corporibus et celestibus dispositionibus et mutationibus recepit manifestam alterationem et mutationem. Et experimentum hoc totum verificatur ratione quoniam non est possibile cum natura ultra istum diem incipiat manifeste debilitari ut sustineat infirmitatem cum impetu acuto conveniente ad diem creticum per se quoniam ipsa natura vincat manifeste infirmitates cum sua materia

dies cr[illegible]

[illegible] sec[undu]m ex impetu infirmit[ati]s

[illegible]

vincat aut diem vel pronuntiatur vincatur et hoc est sensibile et manifestum aspicientibus in motibus infirmitatis et specialiter que sunt in diebus creticis. Si enim aliter esset posset quelibet dies cretica fieri quod est impossibile et contra sensum et experimentum. Per autem formam numerandi dies creticos vel modos appellatur a medicis forma vel modus numerandi dies per replicationes tertiam in die 3º vel appellatur modus vel forma triazia. Desistat homo hic de duobus vicibus de replicatione tertie diei in numeratione et de die 7 que numeratur in istis diebus creticis qui non sunt cretici nisi solum per impetum infirmitatis et ipsa dies 7 est finis prime septimane medii quoniam disponitur cretica sicud inferius apparebit per motum et mutationem in ductam a corporibus et dies quarta eius indicat secundum revolutionem corporis supercelestis. Dicendum est quod fit replicatio dierum in numeratione ad denominandum imperfectionem dierum que a medicis consideratur et specialiter fit replicatio semper in tertia die quoniam numeratio fit secundum formam triaziam et modum numerandi de 3º in tertium diem. Nam dies naturalis et revolutionis solis de eodem ad idem secundum motum diurnum fit in XXIIII horis et parum plus et propter hoc replicatio que fit in die tertio notat hanc imperfectionem. Super conditionem septimi fit distinctio hoc modo quoniam enim consideratur 7 dies secundum quod indicativa est a die quarta et secundum quod est finis prime septimane per diem mensis medicinalis que fit ad revolutionem lune sub XII signis penes me considerationes ut inferius vetius demonstrabitur et secundum hanc considerationem non debet numerari in diebus in quibus fit crisis per impetum et per mutationes et alterationes tantum in corporibus inferioribus id est motum corporum superiorum vel celestium. Cum quinque consideratur per viam replicationis diei quinte que est dies de diebus creticis qui sunt cretici solum per impetum et acuitatem infirmitatis et indicat per hoc super nonum diem et secundum hoc etiam per viam

istam in diebus creticis qui sunt creti-
cistam/ sunt secundum terrtianarias vel
per modum replicationis secunde diei
iniatur. Unde cum materia in ipso fortius
inveniatur et superiora in ipso faciunt per-
fectam mutationem etiam manifestam
et sensibilem fortior dies ex diebus
creticis indicatur et est. Et sciendum
est quod omnis febris que terminantur solum
per impetum infirmitatis videlicet in xx
iiij. v. et iij. fiunt et sunt de materia colerica
et calida et sicca vel de materia mutata
ad acuitates per viam putrefactio-
nis et propter hoc fuit necesse cum omnis
talis egritudo vel de tali materia sit for-
tissimi motus meti ut fieret ad bonum
vel ad malum in hoc tempore quia natura
egritudines fortissimi motus meti et
fortissime acuitatis diu tollerare
non potest quin vincat aut vincatur. Si
vero diem istum transierit necesse
necessario mollificaretur materia et acuitas
infirmitatis diminueretur et sic hec
egritudo converteret ad egritudines
que terminantur diebus in quibus fit
motus et crisis non solum per impetum
sed per revolutiones corporum celestium
et sic manifestatur quod virtus dierum
qui numerantur secundum cursum et modum ter-
narium convertitur post ix. diem ad
quantitates dierum qui numerantur secundum quantitatem
et regulas quaternarias vel ad vir-
tutem dierum in quibus fit crisis non
solum per impetum sed per mutamen-
tum et mutationes que fiunt a corporibus
superioribus et celestibus. Sciendum
est etiam quod omnis febris etiam continua que
frequentius movetur de tertio in tertium
dum sit de materia calida vel sit de materia
que per viam putrefactionis mutata
est ad calitatem et secundum hoc cotidia-
na continua vel interpollata aliquando
manifeste de tertio in tertium frequentius
movetur. Aspicientibus vero et con-
siderantibus in hoc arte et secundum hoc
certitudinis opinionis sensibiliter
apparebit. Dies vero cretici
in quibus fiunt mutationes secundum quod
corpora infirma recipiunt mutationem
et alterationem a celestibus numerantur ali-
quando cum replicatione absque replicatione
aliquando

diei primo secundum dictionem quia secunda sep-
timana non replicatur vel continuatur
vigesima cum septima postea vero
xxviij. cum xxviij. Dies vero di-
videntes septimanas per medium sunt
dies quarti semper ad invicem replica-
tur ut inferius demonstrabitur
manifeste. Ad evidentiam omnium
istarum rerum convenit medico ut suppo-
nat duas generales radices pro-
batas in naturali philosophia. Prima quarum
est materia que est subiecta gene-
rationi et corruptioni variationi
et omni mutationi non adherens
vie uni neque ordini uni que sit
una numero in omnibus ut probatum est
primo phisicorum et 2o celi et mundi et
primo de generatione et libro de sensu et
sensato. Secunda radix est que ad-
heret vie uni et ordini uni et est
causa et principium omnis transmutationis et
motus et variationis et alterationis
que sunt et fiunt in corporibus inferioribus
et est motus corporum superiorum et hoc
totum probatum est viij. phisicorum et
prima parte libri metheororum. Cum ergo
corpora superiora per suum motum sint causa
inferiorum motum et variationis et
alterationis unde ut dictum est tales
alterationes et mutationes potius
debent attribui soli et lune quam
aliis corporibus superioribus eo quod ma-
gis sensibiliter apparent et mutant
inferiora et variant quam alia
superiora et notorium et sensibile est quod
sol omni anno mutat res secundum gene-
rationes et corruptiones augmen-
tum et diminutiones perfectiones et
imperfectiones sive maturationes et in-
maturationes et similiter luna omni mense.
Cum ergo sol sit tardioris motus et
sint isti duo radix omnium mutationum
que fiunt in inferioribus videtur quod res
que sunt tardi motus et que recipiunt
suas varietates a corporibus superiori-
bus et specialiter penes mutationes
que fiunt in toto anno a sole secundum quod
movetur sol sub xij signis de eodem
ad idem per totum annum simpliciter soli
attribuantur et attribui debent ex
narratis dictis conditionibus. Res

vero que sunt velocioris motus et recipiunt velociter et omni mense suas varietates a suis corporibus et spatiis secundum quod luna velociter movetur omni mense sub xii signis de eodem ad idem simpliciter lune attribuantur. Cum ergo de infirmitatibus que fiunt in corporibus humanis quedam sunt cronice et tardi motus quedam sunt acute et velocis motus videtur conveniens et utile ut egritudines cronice et tardi motus in suis varietatibus et alterationibus potius soli quam lune attribuantur et per motum solis vel secundum motum eius debeant variari et mutari terminari et finiri quam per motum lune. Acute vero egritudines et que sunt velocis motus secundum suas varietates et alterationes lune et non soli attribui debent et per motum lune sub xii signis secundum quod fit omni mense alterari et terminari ad bonum vel ad malum debeant similibus varietatibus et alterationibus et mutationibus factis in corporibus inferioribus a sole et luna. Sol assimilatur regi luna eius vicario. Nam sicut proprius vicarius magis particulariter respicit facta regis quam dominus rex et magis velociter et particulariter currit per loca regis quam rex. Sed dominus rex dat vicario suo omnem virtutem necessariam et utilem ad suum officium. Similiter luna magis velociter et particulariter currit per loca solis quam sol sed sol dat lune omnem virtutem ad hoc faciendum et mutandum. Et sicut rex piger et tardus cum maiori maturitate et magna cura intendit quam eius vicarius ita sol pigrius et magis communiter respicit inferiora quam luna. Et quemadmodum sol per suum motum sub xii signis mutat tempus anni secundum quatuor manifestas partes verbi gratia cum enim facit suum motum sub ariete thauro et gemini et erit hoc a medio marcii per totum aprilem maium et medium iunii disponet aer ad tempus veris et incipiet fieri generatio rerum manifeste. Cum vero movebitur post hoc sub cancro leone et virgine hic sol

erit in maiori declinatione versus septentriones disponitur enim illa hora aer et tempus secundum caliditates et siccitates et appellatur tale tempus estas et tunc complebuntur res generate et perficient et hoc tempus durabit a medio iunii per totum iulium et augustum et medium septembrem. Ultra hoc tempus movebitur sol sub libra scorpione et sagittario et hic incipit et sol declinare versus meridiem et removeri a nostris temporibus et tunc incipiet fieri frigidior estate manifeste et mutabitur tempus ad frigiditates et siccitates et appellatur hoc tempus autumpnus et illo tempore incipit fieri corruptio rerum et cadunt folia ab arboribus et durat tale tempus a medio septembris per totum octobrem novembrem et medium decembris. Post illud sol in capricorno aquario et pisce et erit hic sol magis remotus a nostris capitibus et in maiori declinatione quam esse potest et appellatur tale tempus yemps et durat a medio decembris per totum ianuarium februarium usque ad medium marcii et hic remanet absque generatione et manifesta mutatione ita quod tota natura arborum et herbarum revolvitur circa radicem sub terra. Ita et eodem modo luna revolvitur sub xii signis omni mense et facit manifestas mutationes et duras ubicumque incipiat que septimane a medicis et hominibus communiter appellantur et talis mensis et eius septimane aliter a vulgaribus et aliter a medicis considerantur. De mensibus autem lunaribus quidam dicitur mensis coniunctionis quidam mensis revolutionis quidam vero mensis apparitionis. Mensis autem coniunctionis dicitur totum illud tempus quod est a die coniunctionis vere solis et lune quousque luna circuierit omnia signa et iterum fuerit coniuncta cum sole et hoc est in xxix diebus et dimidio plus et minus. Cum verbi gratia ponatur quod sol est in primo arietis non cessabit moveri donec omnia peragraverit signa et redierit ad primum arietis in quo coniuncta

fuit cum sole et hoc erit in xxviij diebus amplius secundum veneris ad punctum arietis non inveniet solem in primo gradu arietis in quo fuit iuncta cum sole immo inveniet solem iam transisse ulterius secundum quod secundum ptholomeum omnia per tantum spatium movebitur sol quolibet mense hoc est peragrat unum signum unde luna iterum movet ex necessitate post arietem antequam solem inveniat per duos dies et dimidium et sic iste mensis coniunctionis constat ex xxix diebus et plus sed hic mensis non consideratur primo ab astrologo eo quod revolutio lune in sua coniunctione cum sole amplius est quam xij immo secundum veras coniunctiones iam xiij signa circuivit que revolutio perfecta revolutionem totius circuli excedit et sic hic mensis appellatur mensis vere coniunctionis Mensis autem revolutionis perfecte sive luna inveniat solem sive non constat ex xxvij diebus et 3 diei Mensis vero apparitionis est quando luna videtur antequam intret sub sole sub radiis solis et postquam incipit apparere cum separatur a sole constat ex xxvj diebus et die media et quamvis isti duo menses sint de consideratione medici non sunt convenientes neque utiles in operatione medicinali ut duos haberet menses in enumeratione dierum creticorum accideret enim propter diversitatem reptam in mensibus et cadere considerata ex duobus mensibus diversis error in enumeratione et propter istam causam voluit medicus et fuerit conveniens ut ex illis duobus mensibus faceret unum mensem communem qui in suas divideret septimanas et quartas et dies medicinales et propter hoc et secundum istam viam posset medicus invenire ad veritatem enumerationes dierum secundum replicationes et dispositiones prout conveniunt in hiis diebus et medicinalibus secundum rationem et modum quartinarum aut secundum quod dies replicantur semper in die quarto vel medietate septime et hic mensis qui fit ex illis diebus duobus coniunctis simul appellatur mensis medicinalis et eius septimane cum dividitur ipse

mensis in quatuor partes appellantur septimane medicinales illarum septimanarum appellantur quarte seu quatuor medicinales dies etc. Procreatio mensis medicinalis ex mense revolutionis et ex mense apparitionis sic fit coniungantur mensis revolutionis et mensis apparitionis simul et dividatur illud totum per medium id quod inde veneris per divisionem in duas partes equales mensis est medicinalis Verbi gratia mensis revolutionis constat ex xxvij diebus et tertia unius diei que est viij hore et mensis apparitionis constat ex xxvj diebus et medietate diei que est hore xij si componantur xxvij et xxvj adinvicem fient liij dies qui liij dies si dividantur per medium veniet mensis qui est xxvj dies et xij horarum Si autem componatur viij hore mensis revolutionis et xij hore mensis apparitionis fiet hore xx que hore xx si dividantur per medium veniet mensis x horarum que x hore si coniungantur cum horis xij mensis qui factus ex illis duobus habebis quod ille mensis qui procreatus est ex mense revolutionis qui constat ex xxvij diebus et tertia et mense apparitionis qui constat ex xxvj diebus et medietate constabit ex xxvj diebus et xxij horis et hic proprie appellatur mensis medicinalis qui mensis medicinalis si dividatur in quatuor partes equales fient septimane quatuor ita quod quelibet constabit ex sex diebus et xvij horis et dimidia hora Si vero iterum quelibet septimana dividatur in duas partes equales invenies quod quelibet medietas constabit ex tribus diebus et viij horis et dimidia hora et quarta hore Et si diviseris iterum septimanas in quartas et dies invenies quod quelibet dies medicinalis constabit ex xxvij horis perfectis et quarta unius hore Et propter imperfectionem reptam in medietatibus septimane respectu dierum integrorum et perfectorum fit sepe replicatio in quartis vel medietatibus septimanarum et propter perfectionem

repertum in die vij qui est dies ulti
ma prime septimane non continuatur
vel replicatur prima cum 2a sed cum
tercia cum 2a continuatur vel replicatur
propter perfectionem repertam in fine sue
septimane et sic finiunt tres septimane
primo in xx die ut inferius videbitur
manifeste et hic noster appellatur primus
periodus ypliis et 2us finit in xl die
septimane cum tres continuum similiter
et coniunctim computantur ut septimane
primi periodi ypliis postea dies secunde pe
riodi ypliis est xxi et prima dies tercii
periodi ypliis est xli dies. Habemus
ergo quod periodi ypliis sunt tres qui
in lx die finiunt et ultra xl dies
vel ad plus xl non fit numeratio dierum
convenientium ad egritudines acutarum
et finitur illic virtus dierum quia tunc
vel dividentur septimane per medium
et remanet virtus dierum cronicarum
tantum in septimanis que virtus remanet
in septimanis usque ad menses vj et
postea destruitur primus annus vel ij.
Ad veram evidentiam sciendi qualiter
prima septimana non continuatur cum 2a
sed 2a cum tercia et quarta semper me
dietas omnium septimanarum ad invicem con
tinuantur requiritur regula que sic iacet.
Omnis numerus continens in se plus medi
etate numeri sui integri pro integro
reputatur. Et sumitur iterum alia regula
conveniens ad sciendum hoc est quod nulla
computatio dierum incipiet ab incompleto
numero primo omnis computatio et numera
tio semper incipit a completo vel inte
gro numero et sic concluditur secundum istas regulas
cum dies medicinalis constet ex xxviij
horis et plus aliquantulum ut videbitur
fit quod omnis dies qui continet in se plus
xij horis sumitur pro integro sed si con
tinet et in se horas xij vel xi accipimus
pro nichilo aut pro imperfecto repu
tabitur et omnis septimana que constabit
ex vj diebus et horis plus xij repu
tabitur pro perfecto et integro ita
quod non continuabit vel replicatur cum
sua successiva etc. Cum ergo prima
septimana medicinalis facta divisione
mensis medicinalis in iiij partes sep
timi diei sunt plus medietate diei

integri medicinalis sunt ultima dies
prime septimane pro perfecta et inte
gra et propter hoc in numeratione dierum cre
ticorum primi periodi vel non replicatur
dies septima primo octava dies fit
prima dies 2e septimane. Si vero con
iunxeris dies et horas prime septimane
qui dies sunt vj dies et hore xviij
et dimidia cum diebus et hore et media
hora secunde prima septimana procreabitur
tunc in coniunctione istarum duarum septima
narum ad invicem numerus dierum qui erit ex
xiij diebus et xi horis et quia iste hore
undecim sunt partium xiiij diei et de natura
ipsius xiiij qui est finis 2e septimane
et non sunt ille xi hore neque medie
tas diei primo minus medietate diei
ponitur ipsum xiiij diem imperfectum qui
per replicationes factas in ipso completur
et sic fit finis 2e septimane et principium
tercie et fiunt per talem replicationem
septimanarum quartum et vigesimum cre
ticorum omnium que sunt in vente cretici
per experimentum. Si autem coniungantur
tres septimane simul primam quarum quelibet
constat ex vj diebus et xviij horis
et dimidia invenies quod finient in xx
diebus et iiij horis et dimidia et quia
illarum horarum iiij que pro nichilo re
putantur vel pro imperfecta fit aliquan
tulum in principio xxi diei vero tamen et
sic continuant iste tres septimane primi
periodi ypliis coniunctim et divisim ita
tres septimane 2i periodi ypliis que ter
minantur in die xl et similiter tres sep
timane tercii periodi ypliis qui terminantur
in die lx etc. Cum ergo luna sit
velocis motus et non pigri respectu
solis ut dictum est superius attribuitur
ei motus et mutationes egritudinum
acutarum et earum materierum et cum ipsa
luna fortiores et nobiliores et magis
sensibiles faciat mutationes in in
ferioribus cum fuerit super suas quartas
partes que fiunt per divisiones mensis
medicinalis in quatuor partes quando
quando non fiunt fiunt convenientes et ratio
nabile ut luna egritudines acutas et
que regunt crisim eius in fine septima
narum medicinalium et medietatibus
septimanarum fortius immutaret et

nobilius quas quin ex fuit quadragi
mis et medietates aspic enim nunc
luna corpa inferiora fortia aspectu
quadrato quin fuerit super suas qua
dratiras et cum fuerit super medie
tates aspicit inferiora medio aspici
niter fortitudines et debilitates et
propter hoc fines septimanarum et medietates
earum fuerunt diebus creticis inventi per
motus lune et per eam quartanariam
et medium conpitationis et replicationis
facte in quartis et in medietatibus
septimanarum et que numerantur per diones
2e septimane a prima et per continuati
ones tertie septimane cum 2a aut per
replicationem quarte decime diei sic con
iunctim et divisim debent numerari usque
ad diem xx qui est finis primi periodi
ulis et eodem modo fiet numeratio secundi periodi
et tercii ulis in suis septimanis et quartis
vel medietatibus secundum separationes et
coniunctiones | Procedat sic in numero
primi periodi ulis exempli gratia unus duo tres
quatuor hic finitur medietas prime
septimane fit replicatio propter imperfecti
ones per causam narratam supra in
quarto die fit iterum iiij v vj vij
hic finit prima septimana et non continuatur
cum 2a propter causam assignatam et pro
cedit sic ad 2am septimanam viij ix
x xi hic finit medietas secunde septi
mane et replicatur in enumeratione xi
et dicitur xi xij xiij xiiij hic finit
2a septimana et continuatur cum tertia ex
causa narrata supra hoc modo xiiij
xv xvj xvij hic finit medietas
tertie septimane et fit in ea replicatio
hoc modo xvij xviij xix xx
hic finit tercia septimana et est finis
egritudinum acutarum simone absoluto
et complementum primi periodi ulis quadra
gesimus vero dies est finis periodi ulis
et terminus acutarum decursivarum Dies
vero cretici qui sunt cretici per motum
lune super egritudines acutas et que
numerantur per quartas sunt hij iiij
vij xi xiiij xvij xx xxiiij xxvij
xxxi xxxiiij xxxvij xl et de istis
quidam iudicatum appellant ut iiij
super vij et xi et viij super xiiij
et xx et xi super xxx xxxiiij et xxxvij
super xl Dies vero qui sunt cretici
solum per impetum infirmitatis et nullo
modo regulantur per motum lune neque
per regulam quartanariam sunt iij v
et ix et sunt eorum virtus sicut
scriptum est supra et post nonam transit
eorum virtus ad dies que dividunt sep
timanas per medium vel ad quartos
dies Scire hic convenit quod dies in
qua incipit infirmitas non debet nu
merari in diebus infirmitatis nisi hoc
modo et via ponatur quod infirmus incipi
at in die dominico vel alio die quocumque
in tercia hora diei vel hora qua incre
perit erit prima dies finita et hic in
cipiet secunda et die martis eadem hora erit
2a dies finita et hic incipiet tercia
et die mercurij in eadem hora erit dies
tercia finita et hic incipiet quarta
et sic de omnibus usque ad fines septima
narum et periodorum Item scire convenit
quod omnis dies qui non sunt in numero hic scripti
vj et similes non sunt cretici neque in ea
sit crisis nisi mortalis aut cum conversione

Capitulum xxxv de significa cionibus urine in com R

Prima cum sit generalis super
fluitas digestionis 2e et sit
colamentum sanguinis et aliorum
humorum factum de opere nature
et in epate generetur Opi
nio tamen epatis non est propter epar tantum
sed propter epar et omnia membra que alimenti
suscipiunt susceptionem ab humoribus genera
tis in epate cum urina per secundum hoc
commode ex urina habetur significatio super
epar et membra et omnium venarum et super
renes et vesicam cum transeat per loca
illa simpliciter et per se et per consequens aut super
omnes conditiones corporis sit quodammodo
eo quod est consequens ex una humorali
que currit per totum corpus ad omnia
membra eius Significatio propter habitam
ex colore quantitate et substantia et etiam ex
contentis Variatur eius significatio secundum
etates sexus et propter ignorationem ipsius complexionis
habitudines inanitionis et repletionis quali
tates cibi et potus motus et quietes sompni
et vigilias et secundum alia accidentia et

per horam infusionis postquam in vase collecta est variatur et per balnea vnctiones et empla et medicinas sumptas per os. Vrina alba lactea vel karapos et glauca frigitatem vtiter innuit tamen et in epate sit. Si vero aliqui istorum colorum urine fuerint cum spissa substantia significabunt multitudinem flatus et super vermes et super coxam morbum et super colicam et super arteticam frigidam et egritudines nervorum et dolorem capitis ex frigida causa presentes aut futuram et super epilensiam sincopim et paralisim apoplisiam et spasmum et super ydropisim propter habundanciam materie frigide et humide extinguentis calorem in membris et impedientis digestionem et sit super nauseam et fastidium et super destructionem appetitus et lienteriam et multiplicacionem saliue et humiditatis currentis ab ore in sompno et vigiliis sed cum hoc sit lienteria erit parva quantitatis valde. Si vero aliqui istorum colorum fuerint cum tenui substantia significabunt habundanciam frigiditatis cum siccitate et propter hoc diminucionem caloris in epate et toto corpore et super egritudines melancolicas et siccas et emoroidas et retencionem menstruorum et appetitum caninum et bolisimum et lepram et opilationem in epate et splene. Et si fuerint multe in quantitate tales urine significabunt calitatem renum qui renes propter suam calitatem attrahunt totam humiditatem ab epate in quam digeritur et coloratur et propter hoc fiunt tales urine discolorate et tenues et significant diabeticam et renum calitatem. Si autem tales urine in se fuerint in febre acuta vel egritudine acuta significant rupturam materie ad cerebrum et frenesim et mortem finaliter seu maniam. Cum enim calitas per remotionem materie calide a loco in quo generatur urina debiliter et aullectione (?) non potest facere mutationem in urina colorando et sic per indigestionem fit discolorata et tenuis. Vrina vero subpallida subcitrina citrina cum sit equalitatis calitatis naturalis in epate et in intestinis et bonam et potentem digestionem. Sed in mulieribus pueris et flatis

et eunuchis et senibus possunt tales colores et urine tales significare terciana notham de colera vitellina aut citrina aut duas tercianas et in se continuas vero ut in pueris et mulieribus. Si vero tales urine et colores fuerint cum substantia tenui et mediocri opilationem in splene et epate sit et si fuerint pauce quantitatis fluxum ventris significabunt. Si vero multe fuerint quantitatis largum potum aut calitates renum et epatis significabunt. Vrina autem subrufa subrubea rubea subrubicunda rubicunda semper excessum calitatis sit et colere dominium in epate et in venis vel flatis falsi. Cum vero tales urine et tales colores apparebunt sunt uthericiam citrinam ex habundancia colere absque opilatione epatis et colicam nisi. Si autem tales urine fuerint subtilis substantie significabunt ictericiam cum opilatione et specialiter si longo tempore tales apparuerint ante mundificationem materie que continebatur in epate. Aut forte ebullitionem materie calide in epate significabit que non expirat propter opilationes et sic per consequens aut mortem aut ydropisim aut asclitem sunt et similiter asclitem tales apparuerint urine pauce quantitatis mortem significabunt specialiter si virtus debilis fuerit. Tales vero urine cum talibus coloribus sunt terciana continua et interpolata causonem et emitriteum et frenesim febrem et quartanam si in die post accessionem fuerit reputata et intra et ... et cum ... et specialiter quando cum tenui fuerit substantia et mediocri quantitate. Si vero cum spissa fuerit substantia sunt sinochas vel sinochum et eius species. Si vero cum substantia mediocriter spissa sunt causonem vel sinochidem et flatum adhustum et habundanciam sanguinis corrupti et calefacti. Vrina vero inops et kianos adustiones in epate et venis et ebullitionem fortem sunt vel rupturam vene in epate et in renibus vel purgationem menstruorum vel continuam de materia sanguinea vel de colera mixta cum sanguine putrefacto intra venas aut putrefactionem eorum tempore

et renibus et aliquam ulceracionem vesice et stranguriam. liuida Urina liuida debilitatem caliditatis naturalis in epate et venis fit et corrupcionem cum putrefactione eorum in epate et venis et viis urinalibus. Significat secundum hoc ergo stranguirias et aperciones vene vel rupturas in viis illis et vesice ulceraciones et febres diutinas et ydropisim et ypalit asclites quod si fuerit pauce quantitatis et mixta cum difficultate in febre diutina mortem fit remoto vicio vesice et viarum urinalium in asclite cum virtutis debilitate mortem cito fit et paralisim et empima et tussim et catarrum et epilensiam et vicium matricis. Si autem multe quantitatis fuerit et in die cretica apparuerit solucionem febris diutine et solucionem quartane fit et soluciones opilacionis epatis et splenis. uirid Urina viridis adustionem in epate et venis fit et ictericiam absque opilacione. Si vero longum tempus fuit in quo incepit apparere fit viride ictericiam cum opilacione. Unde cum congregantur humores calidi in epate et venis ut non expirent ad sua loca propter opilaciones ad sua loca propter opilacionem ebulierunt fortiter in locis suis et calis et miscentur cum urina et faciunt urinam viridem et significant adustionem in renibus epatis et illis et propter hoc fit [illegible] et spasmum de inanicione et mortem per viam adustionis finaliter. nigra Urina nigra cum fuerit multe quantitatis solucionem quartane et fluxum menstruorum significat et ictericiam nigram ex parte melancolie et humorum generatorum per viam adustionis in epate et venis et viis urinalium et rupturam vene in locis illis fit etiam ficos et condilomata et emorroidas et quartanas et vicium in epate et splene. Si autem non fuerit multe quantitatis et minus spissa et pauca in quantitate per [illegible] adustionem et mortem in febre diutina significat. Attendendum est quod si urina viridis antecesserit nigram adustionem et spasmum et mortem fit per viam adustionis. Si vero liuida antecesserit nigram extinctionem caliditatis et morte

per viam extinctionis fit. Item urina que in principio spissa videtur cum fit tenuis digestionem significat que vero tenuis videtur cum sit spissa significat digestionem. Urina vero que semper est unius coloris et numquam mutatur indigestionem fit. Sed hic contingit quod urina rubia [in]terdum apparet in egritudine frigida ut in opilacione epatis et splenis et ydropisi. Cum enim colera retinetur in epate in ydropisi et opilacione et ad sua loca mandari non possit necessario ebulit et miscetur cum urina et facit ipsam rubeam. Ad hoc sapientes medici miscent in tali cura res diureticas cum diureticis frigidis ut est scriptum in suis locis. Et similiter in colica frigida propter dolorem inflammantur humores in epate et miscentur cum urina et fit urina colorata. Similiter interdum apparet urina alba in egritudine calida ut in frenesi mortifera. Cum enim tota calida materia rapiatur ad cerebrum et relinquat epar fit urina alba cum nichil calidi misceatur cum ea propter eius absenciam et apparet etiam alba cum a principio calor magnus fuerit in aliquo loco congregatur ad quod omnis materie calide mandantur et remanet epar absque materia calida que cum urina misceatur et similiter in febribus in quibus calor extinguitur et tales urine omnes communiter mortem fit. Apparet manifeste quod omnes colores urine possunt diversari [...] quamvis secundum veritatem sint infiniti secundum quod mixtiones materie possunt in infinitum variari.

De contentis

Ex contentis habetur etiam significacio similiter ex urina sed quia contenta appropriantur propriis membris et infirmitatibus et disposicionibus dicitur eorum significacio propior et verior quam urine significacio. Cum autem superficies urine que est cum conferencia eius cum urina colligitur in vase vitreo vel cristallino lucido secundum mensuram vesice similiter quod dicitur circulus urine et est situs urine in colore et substancia non fit aliud quam ipsa urina eo quod pars eius et fit circulus in urina ut in aliis liquoribus sed quia ipse circulus fit ex partibus magis levibus ipsius substancie urine et aer potest ipse circulus recipe

aliquas mutationes et varietates ex
abilitate sue virtutis cum aquositate
ex quibus medicus aliquam habet
bonas et utiles significationes Si
autem circulus totus liuidus apparue
rit cum quadam plumbeitate significa
bit eciam infirmitates cerebri ut epile
ciam aut palisim apoplixiam et spasmum
Si vero igneus fuerit et rubens egri
tudinem caliam in cerebro et specialiter
in parte dextra Si autem obscurus
rubeus fuerit dolores ipsa in parte
anteriori propter dominium sanguinis significat
Cum autem pallidus cum tenuitate
visus fuerit egritudinem melancoliam significat
et specialiter propter dominium melancolie in sinistra
parte cerebri Si autem aquosus et
spissus cum declinacione ad albedinem
apparuerit obliuiones et mollities in
cerebro significabit et spasmum in
parte posteriori per dominium flatis in
loco Cum autem ampulla vel granum
vel spuma in superficie vrine apparuerit
significabit dominium humiditatis in qua
inclusa est ventositas aut per agita
ciones stringentes ex vento et hinc
significat ventositates simplices cum
humido et specialiter in matricibus et in
testinis et appellatur ampulla aut
stringentes ex causa humorum super
membra et fit granum et significat circum
inc a cerebro a constringente extrinse
re monente humiditates per viam ebu
licionis et appellatur spuma que
fugit excessum caliditatis super humid
in epate et intestinis et specialiter si cum
vrina fuerit multum tincta Si autem
discolorata fuerit ventositatis dominium
significat Nebula vero apparens circa
superficiem vrine vel infra significat super
dominium caliditatis resoluentis humorem
infirmum et aeream naturam aut significat
superhabundanciam flatus falsi quod
sua acuitate humidum agitat et resol
uit absque consumpcione et parcitur sicut in
hoc tenuit et in spiritualibus agitatiuos
et extremam caliditatem Putredo vel
virus aut sanies si in fundo vasis vi
sa fuerit ulceracionem in vesica et reni
bus significat et distinguuntur per dolorem loci
et stranguriam demonstrant Pinguedo

super natans vrine liquefactiones
renum aut membrorum denunciat distin
guntur per dolorem et febrem quia si fuit
cum febre et absque dolore totius cor
poris liquefactionem et ethicam aut
si vero absque febre et cum renum dolore
renum liquefactiones in estabilitate dicit
Humor cum in fundo vrine appar
erit indigestus in febrili significat et arthetica
cum sine dolore et egritudine in epe
renibus et vesica Si vero natans
fuerit maliciam in spiritualibus et corr
stomachi Differentia inter sanies et humores
pinguedines et ypostasim talis ha
bitur hoc modo in ypostasi circulus rotu
osa et pulchritudo manifesta et est
cum residet in fundo vincta compacta al
ba permeata et equalis et commiscetur cum
vrina quando in vas non fit vrina nisi
post quietem velociter descendit vrina
motione non descendit Humor
enim cum fuit in fundo vasis quamuis
aliquando sit albus apparet turbidus
et absque radiositate et pulchritudine
et commiscetur corpori vrine assimilatur
vitro liquefacto et turbat vrinam
manifeste Sanies vero in suo
exitu mordicat loca vrinalia
et infert dolorem et cum miscetur
cum vrina turbificat totam vrinam
et est eius odor malus grauis vel
fetidus et velociter descendit infra
per motus vasis inquo colli et hu
mor eciam sed non tam cito quia
in eo plus reperitur de acuitate
Pinguedo supernatat semper et
nunquam coagulatur neque descendit
ad fundum et est similis oleo in figura
et disposicione Sanguis autem
in vrina visus fuerit significat rupturam
vene kilis vel in renibus aut in vesi
ca et distinguuntur eius aduentus
per dolorem loci et quantitatem et
figuram quam acquirit cum est in va
se Nam sanguis qui prouenit a ve
sica est paucus et est coagulatus
Sanguis vero qui venit a renibus
et a kili est pluris quantitatis et
non sit coagulatus Arenule si
albe sicut in plurimum fuerint et cum dispo
sicione et grauedine et dolore circa

circa vesicam et femur a vesica prove
niunt Si autem rubee secundum plurimum
evenerit et cum gravedine et do
lore circa quintas spondiles dorsi
per sus ani a renibus emittitur sed si
apparuerit primo quod non visi fuerint
ante lapides generandi significant
et si post hoc steterint quod non appa
ruerint et post iterum inceperint
re apparere resolutiones lapidis fir
mati significant Cum pilose sup
fluitates apparent in corpore urine
et eius fundo significant calorem
accidentales in renibus que renum
substantiam resolvit et acquirit hanc fi
guram ex renum figura et spaliter
hoc fit cum patiens absque febre fuit
Si vero cum febre fuerit signum est quod
hee superfluitates pilose longe a
membris simplicibus decidunt quia
a calore febrili resolvuntur vel inci
piunt resolvi et secundum hoc emittitur
ethicam febrem primam speciem vis et
secundam. Cum super fluitates siles
furfuribus continentur in urina et do
lebit infirmus circa vesicam et femur
et partes vesice scabies in vesica vel vias
urinalium monstrat Si alias absque
dolore et gravedine in partibus dictis
apparuerint sanguines et humores si
absque febre infirmus fuerit Si vero
cum febre et habitudine extenuata
ethicam vel principium ethice secundum vel
febre de flate falso Cum in urina
circa fundum contente fuerit quedam
resolutiones cinoidales que siles
sunt partibus albis furfuri quum non
bene molitur et sunt non bene rotunde
et habent quandam crossities sensi
bilem sunt quod accidentalis calor in
fectus est in profunditate membrorum
consilium et eorum substantia resolvit et per
hoc terciam speciem ethice secundum et erit
earum significatio verior si membra ex
teriora arida fuerint Cum fuerit
in urina resolutiones subtiliores fur
furibus et magis rotunde albe et ma
iores siles squamis piscium scabiem
in renibus et vesica et partibus illis secundum
et in epate adhustione et flamma falsi
et scabiem et in venis adhustionem

distinguitur earum significatio per dolorem
et gravedines in partibus vesice renum
et epate et per considerationem in ha
bitudine exteriori Si vero exte
rior habitudo sicca fuerit et in sup
ficie eius in modum pinguedinis enata
nerit secundam speciem ethice demonstrant
manifeste Cum resolutiones albe
minute siles athomis in urina visi
fuerint in viris et mulieribus circa sim
humorum ad nodos secundum et cum illi humo
res sint frigidi et per currentes nodos
et membra dura resolvuntur ab illis hu
moribus partes minute que cum urina
miscentur sunt arthetica et dolores
in dorso et cruribus Si circa fun
dum urine nigre apparuerint dolo
rem in partibus inferioribus monstrant
Si vero circa medium et supius appa
ruerint dolores et commotiones in collo
et superioribus partibus magis monstrant
Cum autem in muliere non menstruata
vel cum menstrua non venerit secundum usum
visi fuerint tales resolutiones albe
residentes in fundo siles coto vel
bombici carminato pregnationem secundum
Resolutiones spermatice cum in urina
apparuerint dimisse per corpus urine
habentes figuram longas et rotunda
et que sint albi coloris secundum coitum
factum de novo naturalem vel non naturales
aut emissionem spermatis in sompno
aut emissiones spermatis in polim
tariam sicud in gomorrea aut pa
lisim virge aut testiculorum et debi
litates virtutis retentive spermatis
in testiculis et membris generativis
significant Resolutiones cum appa
rent in urina siles cineri vel pulveri
sunt ficos et condilomata et emor
roidas et vicium splenis et retentiones
menstruorum et habundanciam melancolie et
egritudines melancolicas Iam tales sup
fluitates decidunt a materia melancolica que
de proprietate facit tales egritudi
nes unde cum materia melancolica sit talis
coloris et substantie secundum tales superflui
tates infirmitates proveniunt a
tali materia Ypostasis est quedam
contentum urine et est superfluitas
tercie digestionis que separatur ab

humiditate et humoribus que continentur in humiditatibus membrorum quam in sanorum vrinis non videntur eo quod natura resoluit eam in fumos et vapores In vrinis vero infirmorum videtur eo quod natura illorum resoluere superfluitates non potest sed tamen est potens resoluere humores in venis expellit venalis easdem superfluitates ad epar per easdem venas vel vias per quas humores transierunt ad membra et in epate miscentur cum vrina et expelluntur

hu[illegible]

Ypostasis quedam appellatur naturalis et quedam non naturalis Naturalis dicitur in qua circumstancie et condiciones reperiuntur sunt v. Prima quarum est ut resideat in fundo eo quod declinatur a membris habentibus grauitatem et secundum hoc grauitates habere conuenit quod sit quod natura non impedit ab infirmitate in suis actionibus quando dat vnicuique quod suum est secundum locum et alia Secunda ut sit continuitatem propriam habeat quod significat vniformem actionem nature in ipsa et in humiditatibus et humoribus a quibus separata fuit 3a est ut habeat formam pinealem que significat nobilem et perfectam actionem nature in ipsa et in humiditatibus digestionem cum est superfluitas eo quod vnicuique parti reddit in compositione propriam positionem vnis partibus terreis et grossis et grauibus inferiorem locum aereis et igneis in ipsa ypostasi locum superiorem sicut ipsa ypostasis ex hoc acquisiuit acuitates in parte superiori grossiciem cum latitudine in inferiori et per istam viam habuit formam pinealem Quarta est ut sit albi coloris nam hoc significat quod natura integra digestionem assistat membris per viam digestionis eorum nutrimenti que sunt alba et ex hoc superfluitas illius nutrimenti albedinem acquirit in sua mutacione Quinta ut continuetur sua apparicio in tempore vsque ad finem quia significat quod natura in suis actionibus non impeditur quando continue per quam incepit apparere in vrina faciat quod suum est Cum enim talis superfluitas incepit apparere in vrina

alia ypostasis
quedam non naturalis ypostasis

cum crisis dicta significat perfectam digestionem in venis et membris omnibus et victoriam nature super materiam morbi et sic salutem denunciat ex necessitate futuram Ypostasis vero innaturalis appellatur quando peccat in vna dictarum vel pluribus verbi gratia quando peccat in colore quia sit nigra et residens in fundo significat quod natura deficit in operibus suis totis et destruitur et per hoc mortem. Cum vero non obseruat tempus sue continuacionis sue apparicionis significat quod natura interpollat in suis actionibus et propter hoc debilitatem nature et impedimentum in membris notat et maliciam materie ad resistendum omnibus naturalibus operacionibus Cum vero ypostasis peccauerit in continuacione sue et forma et quod non residet in fundo significat debilitatem nature que non potest resoluere fumos et vapores et ventositates que dissoluit continuacionem sue et eleuat ipsam ypostasim a loco in quo residenciam habere debet per naturam ut dictum est supra et cum hoc significat maliciam materie quam natura vincere et perferre non potest et longam infirmitatem et male terminabilem Variatur eciam vrine significacio per etatem Nam vrina in puericia discolorata et spissa esse debet propter gulositatem et humiditates multiplicatas in eis humiditas enim obtundit calorem et inspissat superfluitates sed racione virginitatis eciam in virgine vrina liuida videtur et non serena vel clara et hoc est propter congregacionem superfluitatum que deberent purgari per coitum sed in eis quando diminuitur dummodo sane sint non sit liuide ymo serene extrinseca causa In iuuentute sit colorata et tenuis mediocriter bonitatem caloris naturalis perficientis digestionem et dantis vnicuique quod suum est significat In senectute cum calor iam incipiat diminui sit pallida et tenuis quodammodo superfluitatibus que non separantur a membris et humoribus quando non rectificantur In senio sit discolorata et tenuis

per naturam ex domino fit tunc cum similitu
te naturali et resolutiones appa
rent manifeste in ea que indicant
penitus naturalem in decrepitis
Per accidens vero urine eorum qui
sunt in senio spisse sunt fiunt propter hu
miditatem multiplicatam in membris
et epate per viam indigestionis que
miscetur cum urina et ipsam turbi
ficat et spissat Per sexum vari
atur urina etiam Nam urina etiam
viri colorarior et magis digesta
est naturalis quam mulieris urina Urina
vero mulieris magis spissa est et tur
bida et albior quam viri quam
quis per accidens hec conditio aliquando
varietur Propter pregnationem
urina debet in mulieribus variari
quia urina pregnantis primo mense
et 2° spissa et turbida videtur et in
eius fundo et per corpus urine sunt
resolutiones albe in modum bombi
cis carminati vel coti et quarto
et quinto mense fit urina magis
clara et serena et cum minoribus
resolutionibus et minus in quantitate
quia frequentius mingit ex gravam
ine matricis et vesice Per tempus
variatur etiam urina quia tempus
calidum calefacit corpora et humores et
frigidum infrigidat unde colorat urina
vel discolorat multiplicatur et
diminuatur Estas minuit urinam
et yems multiplicat per accidens
vero tempus mutat urinam in contrarium
sicut ... Complexio mutat urinam
quia complexio calida urinam tingit
frigida non tingit Sicca inducit te
nuitatem humida spissitudinem Et
secundum hoc colericus facit urinam colo
ratam et tenuem sanguineus colora
tam et spissam Variatur secundum habi
tudines urina et quia sicca habi
tudo urinam attenuat humida eam
spissam reddit Repletio et in
anitio urinam variant Nam inani
tio diminuit urinam in quantitate
et addit in colorem eius de rubi
cundo ... operatur Quali
tate cibi et potus et quantitate va
riatur in substantia et colore Nam cibus

calidus tingit urinam et siccus attenu
at humidus inspissat frigidus vero
non tingit urinam Item multipli
catio potus urinam multiplicat et
paucitas urine minuit quantitates
Motu et quiete fit urine variatio
per se et per accidens per se ut motus
multiplicando calorem et conforta
do digestionem urinam tingit et facit
secundum substantiam eam mediocrem sed finaliter
destruendo et consumendo humidita
tem substantialem extinguit calorem
et infrigidat corpus et fit urina dis
colorata et tenuis Per accidens
omnes tingit urinam sed cum longa
fuerit congregando humiditates
obtundit calores et facit ...
urinam discoloratam et spissam quo
... multiplicat Sompno et
vigiliis urina variatur nam sompnus
in primo tingit urinam et si non
fuerit nimis longus reddit ipsam
digestam Si vero longus fuerit
et superfluus facit urinam disco
loratam et spissam Vigilie multi
plicando calorem et minorando
superfluitates in primo urinam
tingunt et faciunt ipsam mediocrem
in substantia sed finaliter consumendo corpus
attenuant urinam et faciunt ipsam
discoloratam Accidentia anime
disponunt urinam que aut renovant
calores ... in principio ut
tristitia et sollicitudo et nimia
cogitatio et similia in primo tingunt
eam sed finaliter destruendo di
gestiones in epate et stomacho discolo
rate habent urinam et reddere
eam meliorem et tenuem Gaudium
vero et letitia confortando calorem
et equando complexionem virtutem
digestivam in epate et nutritivam con
fortant et sic reddit urinam bene
coloratam et mediocriter spissam
et naturalem Per horam visionis signa
urine variantur Quidam voluerunt
quod urina postquam facta est per ...
horas debeat indicari sed non est
verum quia turbatur eius substantia et mutatur
eius color ab eo quod fuit ante et falsi
ficatur eius significatio et quamvis ali

... potus
... 3 ...
... 3 ...
Anime
Gaudium
hora visionis

aliqua urina non turbaret per moram
acquirit dispositionem ab aere extri
seco et eius color extinguitur a quo
erat verificata ita quod non servat
veram figuram et propter hoc voluerunt
omnes philosophi quod urina non est videnda
nisi ad unam horam postquam facta
est et visio in illa hora dividenda
est in tres partes hoc modo statim
cum mincta est debet videri et
postquam aliquam moram fecerit
et in fine hore urina hoc tempore
acquirit omnes varietates cum quibus
medicus verificat eius significa
tiones et que sunt ydonee ad consili
andum super eius significationes
Item per horas volunt determinare
de loco et vase in quo videnda est
Vas debet esse de vitro vel cristallo
et in mundo claro lucido et debet
habere formam vesice et debet vi
deri in loco claro ubi sol suos non
emittat radios quia disgregando
visum et attenuando colorem urine
variatur eius significatio Item
non debet esse nimis longinqua
a visu aspicientis nec nimis pro
pinqua quia quanto magis propin
quat oculis tanto magis spissa
videtur et quanto magis elongatur
a visu tanto clarior videtur et hoc
est propter superfluitates que in ipsa
sunt que cum substantia urine non uniuntur
sed natant super ipsam sed in aliis
liquoribus reperitur contrarium secundum plu
rimum Omne balneum eo quod trahit
superfluitates ad cutim urinam
attenuat sed quia balneum aliud
est aque dulcis aliud sulfureum
aliud eneum aliud gipseum variatur
color urine secundum naturam balnei
Nam balneum dulce non multum
tingit urinam sulfureum et alia
sic et plus attenuant urinam quam
dulce balneum Unctiones emplastra
et medicine que ore sumuntur secundum
earum complexionem substantiam et colorem
urinam tingunt quia si sunt sub
earum crocee vel nigre aut virides
seu alterius coloris variant urinam
penes earum colores et si sunt calide
vel frigide addunt in colore vel minuunt
secundum quod earum constat complexio Si vero
sicce vel humide fuerint mutant substantiam
urine secundum spissitudinem vel tenuitatem
Emplastra vel unctiones frigide vel calide
frigide discolorare habent urinam et
calide sed per accidens frigidum enim congre
gando primo facie addunt in colore
superfluitatis finaliter extinguunt ca
lorem et dealbant urinam quia fa
ciunt quod simile est per naturam Calide vero
addunt in colore finaliter et primo faciunt
per viam naturalem eo quod calidum semper
naturaliter calefacit et addit in colore

Capitulum xxxvi de significationibus egestionis

Sicud urina est generalis
superfluitas 2e et significat
super egritudines epatis
et venarum et per consequens
super egritudines totius
corporis ita egestio est naturalis super
fluitas digestionis prime et significat super
egritudines intestinorum et stomaci et
per consequens super egritudines to
tius corporis cum intestina et stomacus
recipiant omnes superfluitates a toto
corpore mediantibus miseraicis
Egestio alia est bona et naturalis alia
que non est bona sed elongata est
a naturali et bona Egestio naturalis et
bona est illa que non peccat in substantia
neque in quantitate neque in motu neque
qualitate et que expellitur hora vel
horis consuetis Dicitur quod egestio non
peccat in substantia quando non est liquida ut
fluat nec exiccata in modum lapidis sed
est mediocris substantie quando vero est pe
nes substantiam assumptorum tunc non peccat
in quantitate quando vero emittitur semel
aut bis vel ter in die et specialiter
quando surgit homo vel in aurora et
aut secundum horam vel horas consuetas
nullo modo in motu peccat Cum vero
eius color fuerit citrinus vel ver
gens ad citrinitatem dicitur observare
qualitates vel colores naturalem vel odo
rem cum non fetet plus solito et
cum non ruit in exitu ultra consuetudinem

Vas

balneum vrinam attenuat

[illegible] variat vrinam

Coloreni(s) na(tura)lis debet esse citrinus quia na(tura)liter et in g(e)n(er)e colera mandatur a cistu fellis ad intestina ut pungat in eibus (?) qui(bus) na(tura)lis expulsiua perficiat suas op(er)acione(s) in expellendo superfluitates q(ue) gravant intestina ab eis aut sup(er)fluitates viscositatis deleat que eas impediret expulsione(m) et suo colore citrino (com)misceat(ur) cu(m) superfluitatib(us) eas tingit. Cum enim eg(es)tio talis cum talib(us) condicionib(us) fuerit inu(en)ta in aliquo homine sano sanitate(m) et bonitatem super intestina et stom(achum) et o(mn)ia nutritiua s(ignifica)t et per (con)seq(uen)s super totu(m) corpus et s(ignifica)t q(uod) ibi nichil mali mandatur ad intestina u(e)l stom(achum) a me(m)bris neq(ue) e(st) q(uod) posset mandari sed in epate a me(m)bris (con)tinent(ibus) cu(m) intestina et sto(machus) continent(ur) uel max(i)ma(m) affinitate(m) habent cum epate et me(m)bris o(mn)ibus mediantibus miseraicis et sup(er)fluitates recipiat ab epate et membris miseraicis me(dian)tibus ut est notorium studentib(us) in anathomijs p(hilosoph)or(um) et si cum habuerit hic infirm(us) non plenu(m) ventrem superfluitatib(us) sed paucu(m) et tractabiles et spissu(m) carnosu(m) et non extenuatu(m) sicut u(e)l acidu(m) erit eius sig(ni)ficatio melior et nobilior super sanitatem illius. No(n) na(tura)lis et que egressa est a disp(os)i(ti)one na(tura)li est liquida que fit absq(ue) so(n)itu ventoso s(ignifica)t enim q(uod) natura expellit superfluitates non (con)uenien(tes) ad nutrimentu(m) p(ro)pter q(uo)d impedi(tur) a morbo et indig(es)tion(e). Et sig(num) h(uius) est quia exit eg(es)tio absq(ue) so(n)itu et cum ordine quamuis fiat liq(ui)da per vias indig(es)tionis aut p(er) expulsione(m) m(edicin)e que est causa infirmitatis ad intestina et stom(achum) et cu(m) hoc infirmus alleviat(ur) per hoc et infirmitas desinat s(ecundu)m sensu(m) u(e)l consideratione(m) tu(n)c in eo q(uod) liquida no(n) est consonans nature et s(ignifica)t q(uod) no(n) laborat contra aliquas causas q(ue) vincit uel vinc(er)e pot(est) que non est naturalis mala et s(ecundu)m hoc talis eg(es)tio non na(tura)lis est quamuis bona indicet

possit p(ro)p(ter) suas (con)sequentias. Si uero talis eg(es)tio que liq(ui)da est per indust(r)iam nature mundificantis superfluitates non conuenientes ad nutrimentu(m) p(ri)mo que fuit causa infirmitatis p(ost)ea condensat(ur) in aliqua die creticha sig(ni)ficat tu(n)c nat(ur)e d(omi)niu(m) super infirmitate(m) et q(uod) nutritiua o(mn)ia u(idelicet) epar et splen et sto(machus) et intestina essent sana et q(uod) suis actionib(us) regeret a(nim)a et non a morbo uel infirmitate. Sed si eg(es)tio talis permaneret in sua liquiditate et exiret absq(ue) ordine et frequenter et cum sonitu infestaret eg(rum) cum vigilijs et labore et sic induceret debilitates in infirmo et finaliter mortes. Nam talis eg(es)tio non fit tal(is) et talis condic(i)o(n)is nisi per victoriam infirmitatis et cause super na(tura)m et super operationes na(tura)les existentes in epate et nutritiuis et toto corpore. Eg(es)tio aquosa et liuida et alba sig(ni)ficat destructiones dig(es)tionis in sto(macho) et virtutis retentiue debilitates et p(ro)pter hoc sig(ni)ficat q(uod) nichil de colera ad intestina et stom(achum) mandat(ur). Sed eg(es)tio citrina significat multitudines colere mixte cum eg(es)tione et per hoc d(omi)niu(m) ex tran(s)ire caliditat(is) super nutritiuas et totiu(s) corpus. Eg(es)tio uero uiridis s(ignifica)t multitudine(m) colere viridis generate per vias adustionis que (com)misceri eg(es)tionibus et fit viridis s(ecundu)m mistio(nem) fit etiam viridis s(ecundu)m (com)mixtione(m) herbaru(m) quaru(m) dig(es)tio non (con)sumit(ur) in sto(macho) sicud sunt blete et porri et silia. Sed refert quia viridas que fit in eg(es)tionib(us) per victoria(m) viridis uel citrine adustiue est absq(ue) viscositate et spissitudine s(u)b(stanti)e. Viriditas uero que fit ex herbis est in spissa s(ubstanti)a uel liquida in p(ro)p(ri)a est uiscositas et tenacitas parum seu ad herencia ut in musto et terebentina et talis eg(es)tio uiridis que fit per admixtione(m) colere viridis significat excessu(m) caliditatis ex transit(u) in sto(macho) et epate et corde adustiones et

Eg(es)tio aquosa liquida et alba

Eg(es)tio citrina

viridis

spasmum finaliter Egestio vero viridis que fit ex comestione herbarum significat indigestionem et debilitatem caloris naturalis in stomacho et epate et diminutiones virtutis nutritive quod solet in ebriis mandari eo quod stomachus in mala cibaria imperfecte rectificat propter malicias repertas in herbis et fructibus non maturis et malis Si autem cum egestione lumbrici fuerint mixti et expulsi est signum fortitudinis nature et eius potentie in expellendo superfluitates malas et specialiter si hoc fiat in die crisis vel circa crisim Si autem absque egestione expellantur mortes significant sive mortui sive vivi fuerint Nam moventur vermes propter inconvenientias vel defectum nature ad exteriora ut non moriantur cum infirmo sed ut conserventur in esse naturali Egestio pauca viscosa lenis sive sit alba sive citrina semper mala est in omni egritudine acuta et non acuta Nam fit paucum ex debilitate expulsive et inobedientia eius quod expelli debet Viscosa fit ex liquefactione adipis renum qui liquefit a caliditate que non est vehementis malitie et alba ex ipso adipe qui non dum putruit lenis sive equalis sit non est in egestione mala aliqua pars cum non eveniat nocumentum ab inequalitate et causa sicud egestio bona et naturalis dicitur lenis et equalis quando non invenitur in re que digeritur aliqua pars quam natura non rectificet et resolvat et sic secundum modum istum modus equalis per viam nature et alia equalis per viam innaturalem et mala et fit etiam alba et viscosa et pauca ex humoribus viscosis qui male expelluntur et alba ex eisdem albis humoribus et crudis et lenis ex eorum lenitate sed differt hec a superiori quia fit pauca viscosa alba et lenis propter liquefactionem adipis et est fetens. Que vero ex humoribus fit non est fetens et utraque est mala consistunt natura et malas egritudines significant vel mortalem vel longam

alopicie est curabilis nisi per longam
putrefactionem loci pellis capitis
facta fuerit callosa lucida et plana
ac si esset in igne adusta per hanc
enim conditionem facta hec est incurabilis.
Nam pellis sic est indurata et dura
ta ac unitas porus contrahit foraminibus
et non inveniunt fumi qui sunt materia ca
pillorum viam ad exitum ut pilus fiat
vel generet. Cura conueniens esset
vtilis est ut primo consideret quis
humorum in corpore pacientis magis
emineat. Si autem locus melius fuit
humidus et paciens usus fuerit rebus

humoris cum aliis signis dictis corporis fris locus multis flatis habundancia signum fuerit. Si autem locus fuerit calidus cum siccitate et paciens usus fuerit rebus calidis et sunt dominium colere pertinet et specialiter si habitudo corporis cum aliis signis convenit. Si autem locus acidus fuerit absque calore manifesto dominium melancolie pertinet et specialiter si habitudo pacientis fuerit melancolica et paciens usus fuerit rebus melancolicis et cum signa melancolie habundaverint. Dicta sit alibi locus determinatus. Cum vero noveris quod flegma fuit in causa mundificetur corpus cum pillulis cochiis vel medicamine de turbit. Si autem colera superhabundaverit mundificetur infirmus cum decoctione mirabolanorum citrinorum vel cum aliqua medicinarum coleram purgancium. Cum vero noveris quod melancolia habundaverit purga melancoliam cum pillulis fetidis vel decoctione aliqua dicta capitulo de melancolia. Post hoc abradatur caput sepe et purgetur totum perfecte et fricetur cum panno aspero donec rubere incipiat. Postea vero fricetur cum cepis incisis extrinsecus donec paciens in loco incensionem senciat et ardorem. Sed postquam factum fuerit permittatur sic permanere per diem et noctem et secunda die illud idem fiat et cum in loco ampulle vel vesice incepérint apparere ungatur totus locus cum adipe anatis anseris porci vel galline et permittatur infirmus quiescere absque fricatione per aliquot dies. Si vero tunc pili inceperint apparere abradatur sepe et locus fricetur cum panno aspero omni die et ungatur sepe cum oleo quod sic fit. Recipe foliorum lenisci capillorum veneris florum camomille ana ʒ i bulliant in aqua donec dissoluta sint postea accipiatur de illa aqua lb. i et lb. i olei de camomilla vel de spica et tamdiu bulliant ad invicem quousque fuerit consumpta et tunc reponatur et reservetur. Aliud ad idem post abrasionem per fricationem factam multociens fricetur locus lesus et depilatus cum oleo de tartaro combusto ac fere combusta mixta cum oleo communi aliquantulo

acceto fortissimo donec vesicatum repererit vel iam fortiter aut pruriret et vesicatus post fricationem cum panno aspero et cepis cum re que sic fit. Recipe spume maris ʒ x baurach salis rubei sulfuris euforbii ana ʒ ii staphisagrie cantaridarum ana ʒ i terantur et cum oleo communi misceantur et fiat in modum unguenti. In fine autem hora consolidationis ungatur cum adipe anatis anseris et galline aut cum unguento de cerusa quod fiet in antidotario aut ungatur cum unguento citrino facto cum rasina quod fecimus supra circa furfures. Fricetur multociens hec circa capite donec perfecta fuerit et abstineat paciens a rebus generantibus humorem peccantem et utatur bonis cibariis boni nutrimenti et vino limphato. Unguentum quod cotidie multiplicat capillos seu pilos omni loco sic fit. Recipe cineris farine fenugreci et pulveris foliorum lenisci pulveris florum camomille ana ʒ i fiat unguentum cum ʒ iii mellis et ʒ iiii ferris olei de lino vel olei de olivis. Ungatur ex eo omni sero locus et in ortu solis abluatur bene cum aqua calida decoctionis capillorum veneris et florum camomille si fuerint scarificationes per totum locum lesum post abrasionem pilorum et fricationem cum panno aspero et cum fricationem cum cepis et rebus vesicantibus ita quod sanguis fluat multitudo cura esset brevior et magis perfecta. Sequitur.

Capitulum iii. de generacione capillorum vel pilorum in locis in quibus velit confirmacionem eorum qui cadunt et medicacione in ea calvicie. Rubrica

Quando locus depilatur propter aliquam causam intrinsecam considerandum est quis

humorum superhabundancia in causa ut
supius dictum est Nam illum purgare
vel mundificare convenit aut cum pill'
fetidis vel cochijs aut cum medicamine
de epithimo et elleboro nigro et indis
mirobolanis Facta mundificacione et or
dinata dieta in contrarium humoris qui
mundificatus fuerit fricet locus cum
spinna maris et cinere lenticum vel
cinere capillorum humanorum combustorum
mixto cum oleo veteri vel oleo de ca
monilla et ex tali oleo vel talibus
unguendus est paciens singulis nocti
bus cuius regimen ad ea que calefaciunt
est reducendus Vtatur vino forti

Vel

non limphato et si locus ulceratur cum
fricacione et fortiter fricaretur
cum cepis allijs et sinapi esset utile
ad quam fricacionem sequeretur unctio
prenominata Modus alius confectio
nis qui est valde utilis que confectio
sic fit cum modo operacionis Recipe olei de
camomilla vel de spica ℥ iiij cantari
darum habencium alas et capita abscisa
℥ xij et confricant sicut terantur can
tarides et misceantur cum oleo deinde
oleum in parva olla positum super ignem
lentum cum ligno commiscendo coqua
tur donec spissetur postea ab igne
depositum reponatur cum parum musci vel
ambre est admiscendum ut redoleat
de quo si locus fricatus fuerit donec
vesicas habeat apparebit citissime
nativitas pilorum Idem facit oleum

oleum

de tartaro cum admixtum sit aliquid
musci vel ambre vel oleum de alinc
ferum continet abrasio pilorum omnibus

abrasio

locis quibus intendit generacio de
novo eo quod est de melioribus rebus
Confirmat capilli vel pili cum medi

Confirmacio capilli et pili

camine quod sic fit Recipe laudani ℥ iij
oleo de mirto vini rubei sciphum mis
ceant et omni sero radices pilorum
fortiter fricent et mane cum aqua
calida decoctionis foliorum mirti et
florum camomille abluant Item sola
in unctione continua cum oleo de mirto

unctio

ad quam sequitur ablucio aque calide
decoctionis balaustiarum vel corticum
granatorum aut farine gallarum et
mirtorum firmat capillos et si sepe
et frequenter fiat Aliud ad idem quod

ad

fortiter firmat et eciam denigrat ca
pillos Recipe emblicorum foliorum mirti ana
℥ ij pistent et bulliant in tribus lb
aque donec non remaneat nisi lb j
coletur et misceatur cum lb j olei omfan
cini vel de mirto et coquatur hoc totum
usque ad consumpcionem aque cum in fine
facta decoctione addatur ℥ j laudani
resoluti in uno sciphro et de tali con
fectione omni sero radices capillorum
fortiter fricent et cum aliqua aqua
calida ex dictis supius abluatur locus
in unctis Ad idem Recipe foliorum mirti
et foliorum pampanearis rubei capilli ve
neris apii seis ciclc seis apij emblicorum
ana ℥ j Hec autem omnia pistata in lb iiij
aque decoquantur donec una remaneat
et coletur et misceatur cum j lb olei de
camomilla vel de mirto et iterum coqua
tur donec aqua consumpta fuerit tunc
ad miscenda sunt ℥ j acacie lb j
cineris pini et hinc reponatur et omni
sero capillorum radices ungant et in
mane cum aliqua aquarum dictarum supius
abluant Medicamen prohibens
calviciem est circans quod credo iam in
ceperit sic fit Recipe capilli veneris foliorum
mirti cortice pini thuris ana ℥ ij
omnia ista assentur donec possint terri
et cum trita fuerint misceantur cum
eis laudani et mirte ana ℥ ij et in
corporentur cum vino veteri et oleo de
semine rafani vel oleo de mirtis mis
ceantur ita quod totum fluat et liquidum
sit et ex isto radices capillorum omni
nocte ungant et mane lavetur ca
put cum aliqua aquarum dictarum su
pius calida hoc enim sanat calviciem iam
inceptum Item sola ablucio conti
nua cum aqua decoctionis gallarum
mirtorum et gummi arabici firmat ca
pillos et ablucio lixivii debilis decoc
cionis earundem verum facit illud idem

Capitulum iiij de scissuris seu corrosione capillorum

Circa hic convenit et est bonum
cum utilitate quod hec passio
crebro fieri ...

siccitatis in toto corpore et humoribus sit unde inveniens est mutare et specialiter nutrimentum in contrarium siccitatis. Cura si fricentur sepe capilli cum oleo et aqua contusim et incorporatis et mixtis ad invicem utile reperitur et nunquam abluantur capilli nisi cum decoctione lixivio in quo separatim radices malvavisci aut folia fenugreci vel vini coquantur vel ponantur. Aliud ad idem sepe abluantur capilli et fricentur cum aqua decoctionis psillii fenugreci seminis vel herbe eius seminis lini foliorum malve et malvavisci et cum hoc introducatur balneum et quies et comestio humida et multiplicetur potus in comestione et ante et post dummodo digestionem stomachi non impediat. Hec cura utilis est cum siccitas corporis et capitis sint in causa. Si vero corrosio vel scissura eveniunt in corpore et habitudine humida et corpore carnoso procul dubio et bene formato et sano procedendum est contra istam infirmitatem cum pillulis fetidis et silibus et flotia et cum abstinentia a vino et a cibariis multum multiplicantibus sanguinem et humores in corpore. Contra omnes scissuras oculorum capillorum ex quacumque causa fiat continua ablutio et fricatio capillorum cum aqua tepida decoctionis fenugreci vel herbe eius quod est melius et seminis lini et radicum malvavisci eam removet et abstinentia a bacuto et siccitate. Et signum huius est quod hec passio raro accidit pueris et mulieribus et flatitis. Sola ablutio continua cum herba fenugreci est sufficiens in hac cura et prolongat capillos ultra modum. Deo gratias.

Capitulum v. De crispandis et planandis capillis et longificandis etc.

Crispatio capillorum non fit nisi cum magno studio. Cura autem capillorum fricentur sepe capilli cum sint humidi post ablutionem et non siccum cum foliis vitis albe vel gallarum aut cum foliis dumi aut fricentur cum re que sic fit: Recipe farine fenugreci, mirte, seminis insquiami, foliorum vitis albe, foliorum, galle, calcis, auripigmenti. Cum terantur fortiter hora post ablutiones qua sunt medii inter humidum et siccum, cum quibus fricatur involvantur capilli ad invicem et vertantur vel fiat ex eis crines multum involuti aut involvantur fortiter circa cordulas parvas et sic dimittantur per noctem aut per noctem et diem et per viam istam si sepe fiat istud acquirent capilli formam crispositatem quam retinebunt per longum usum. Sola tortuositas vel involutio seu crispatio capillorum si fieret omni nocte post pectinationem cum pectine humefacto in lixivio ita quod capilli humectarentur aliquo modo induceret per longum usum crispationes. Applanantur capilli ex usu medicinarum que removent scissuras capillorum de quibus superius diximus. Si autem sepe capilli laventur cum aqua calida vel aliqua calida decoctionis malvavisci aut foliorum malve et ungantur nocte cum oleo violarum vel de nenufare aut de camomilla et similia inde fiant plani. Elongantur capilli ex medicamine quod sic fit: Recipe foliorum, cubi capilli veneris, viridis mirabolanorum, kebuli, mirre, et ponantur in ablutione et cooperiatur caput ex hac medicina postquam madefactum fuerit ex aqua in qua emblici fuerint positi. Aliud ad idem: abluantur capilli cum aqua decoctionis sicle in qua aliquid sinapis ponitur et post ablutiones ante perfectam exsiccationem ungantur cum oleo communi. Aliud ad idem quod est valde nobile et probatum in elongatione capillorum: decoquatur herba fenugreci in lixivio et continue dimittatur in eodem lixivio cum quo fiat ablutio capillorum semper et cum capilli fuerint medie exsiccationis inungantur per tempora cum oleo et pectinentur capilli. Hec enim ablutio cum tali pectinatione capillos elongat ultra modum et multiplicat. Deo gratias.

Capitulum vi. De regimine

Aplanand[?]

Elongant[?]

Eius qui vult ne canicies ad eum properet et de hiis que inducunt glaucedinem rubedinem albedinem et nigredinem in capillis R[ubrica]

Canicie tardante

Ultotiens fiunt cum in hominibus intempestiue et alii tardari solent causa sunt complexionis que est causa uel frigida quia in complexione frigida properant canicies calida uero tardant. De hiis que caniciem tardant est trifera minor que sic fit. R[ecipe] mirabolanorum nigri kebuli embli et q[uod] conterunt in unguentum oleo et confitiant cum melle dispumato et bene cocto. Sumit de ea omni mane ad modum nucis et bibit ad bonum vinum odoriferum post. Nutriunt tales in quibus canicies videtur tardari cum rebus frixis in oleo uel pinguedine porci aut cum rebus assatis aut cum rebus calidis et siccis nam canicies secundum plurimum fit ex habundantia humidi cum frio. Conuenit ergo abstinere ab omnibus humidis videlicet a lacte et cibis humidis qui fiunt de pane et aqua et brodiis et frumento cocto et cibis viscosis et piscibus et abusu aque frigide et ablutione cum aqua frigida et abusu aque rosate et camphora nam usus aque rosate et talium multiplicant caniciem ante tempus. Bibat vinum forte acutum uel vetus absque aqua et parum multiplicatio vini secundum quantitatem multiplicando vapores in capite humidos caniciem inducunt. Aut bibat mel cum aqua sapore mellis vincente in commixtione. Utatur salsamentis et pipere et sinapis in suis condimentis cum cirminis et salibus et alliis coctis. Comedere post vitellos ouorum cum condimentis dictis sicla et feni et silia. Multus usus balnei et coitus inducunt caniciem

Bibat

multiplicatio vini inducit caniciem

balneum coytus caniciem inducunt

ante tempus. Si autem per usum rerum calidarum incurrerent calores extinguantur talis cum aceto uel agresta vino de granatis et succo berberis aut sirupo acetoso uel oxizaccara dissoluta in aqua frigida in estate et calida yeme. Ungantur radices capillorum omni sero cum oleo de spica uel de costo. Mundificet caput aliquando cum pillulis cochiis et non dormiat post repletionem specialiter in die. Sumat sepe de triaca magna in ieiunio parum semel in ebdomada uel de electuario de anacardis et bibat cum eis ad bonum vinum. Scire hic conuenit quod philosophi non intendunt dare aliquam triacam in capillis de qua sit curandum nisi in albis tantum quia eadem triaca etiam non quod daret citrinitates uel rufedines flauitates uel rubedines in albis capillis in aliis rubiis capillis uel fortis uel nigris daret et faceret nigredinem uel augmentaret. Tinctura ad faciendum glaucos capillos uel citrinos seu deauratos cum cani uel albi fuerint sic fit. R[ecipe] gummi arabici alcanne ana ℥ .i. galla de qua fit incaustum ℥ .ij. foliorum de quo preparant coria pro scorium et arichis ℥ .iij. pistent et bulliant in lixiuio valde debili et dimittant cum lixiuio per dies et noctem et tunc cum illo lixiuio abluantur capilli maxime optime et post ablutiones exsiccentur et dimittantur sic donec fuerint medie exsiccati. Tunc fricent radices capillorum cum succo cortici nucum et pectinet capilli cum pectine commune humefacto in succo predicto ita quod omnes capilli senciant de illo succo et humectent cum illo succo et postquam omnes facti fuerint de illo succo humectati dimittantur sic per horas vi. uel per unam noctem integram. Postea pectinentur absque pectine humefacto siue humectato in succo prenominato et sic dimittantur usque ad alias ablutiones. Succus corticum nucum sic fit. Accipiant nuces virides et immature in principio iunii uel circa illud et excorient et pistent illi cortices fortiter et exprimatur succus ab eis et coletur

et debent quod inducunt exscaures albedinem antecedentem et nigredinem capillorum

et reponet in vase vitreo per totum
annum et si permitteret bullire ali
quantulum ad invicem melius con
servaretur. Ad idem fricentur
omnes capilli et radices cum carno
sitate pomi aranci vel cum pulvere
alcanne humectato cum aqua tepi
da vel urina quod satis melius est
vel cum carnositate granatorum post
quam abluti sunt cum lixivio an
tedicto et facte sunt medie exsicca
tionis et sic dimittantur per horas
vi et fient citrini vel glauci sed
tinctura de arancis nobilior est
sed ista que fit de citro minus me
lior est et fortior. Illa vero que
fit de pulvere alcanne humectato
cum urina melius fit et magis du
rat. Ad rubedinem capillorum fiat
tale remedium. Recipe fortine lupinorum
ʒ x. mirre ʒ v. alumis rose alumis
fecis vini ana ʒ iii. terantur et fiat
confectio in modum unguenti ex eis cum
lixivio facto de cinere sarmentorum
de qua confectione tingantur omnes
capilli postquam abluti fuerint cum
lixivio antedicto et dimittantur sic
per noctes unam deinde laventur
cum aqua tepida fiat istud iterum
et iterum quousque tincti fuerint. Nam
talis tinctura primo facit rufedi
nem 2° rubedinem. Idem operatur
pulvis rubee tinctorum si misceatur cum
lixivio sarmentorum in modum unguenti
et observetur in opere eius tempus
et ablutio similis lixivium facta exgum
arab et alijs. Ad albedinem capil
lorum intelligens hic per albedinem
diminutiones aliquam nigredinis
Nam impossibile est ut nigredo ca
pillorum in albedinem convertatur. hoc
melius sic fit abluantur capilli cum
aqua calida et sapone et cum capilli
fuerint medie exsiccationis fumi
gentur cum sulfure. Inungantur ca
pilli cum re que sic fit Recipe stercoris
hirundinum emule sterc sulfuris florum
capparorum sicci me S seis rafani seis
sambuci silvestris sicci terantur
perfecte et incorporentur in modum
unguenti cum felle vaccino et aliquantulo

aceti fiat sic sepe redeundo a capite
donec mutatus fuerit color postquam
illud factum fuerit multis vicibus et
capilli receperint de albedine ungantur
cum oleo de lino vel de sambucino
Tinctura que inducit nigredinem in
capillis sic fit primo humectentur capilli
cum aqua calida vel tepida postea
fricentur fortiter cum manibus cum
pulvere gallinarum ultimo inungantur
cum oleo deinde accipiantur herbe
iusti dragaganti ana ʒ v. salis gemme
ʒ ii. alumis ʒ i. terantur omnia subtilia
contricione et misceantur et incorporentur
cum aqua calida ad modum paste molle
et dimittantur sic ad invicem per horas
iii vel vi. abluti et humectati ca
pilli capitis et barbe cum aqua ca
lida exiccati manibus fricando
linantur ex pasta mediana et hic
cooperiantur omnes pili ex foliis viri
dibus sicle propter ne medicamen
nimis exiccet quod postquam per vi.
horas permanserint cum aqua te
pida lavari et mundificari debent
Scias. convenit quod tales tincture et con
similes et medicamina non multum va
lent nisi multotiens reiterentur et
continuentur et hec est veritas recta
Alia tinctura ad idem faciens pul
cram faciem sic fit Recipe litargiri al
ris non extincte ana ʒ ii. terre pu
re et pulvere ʒ iiii. ceruse ʒ viii.
infundantur et misceantur omnia ista
cum aqua postquam ultime fuerint
trita in modum unguenti et ungantur
omnes capilli et radices et foliis co
operiantur et sic per tres horas vel
iiii. dimittatur et postea cum muci
lagine fenugreti maluavisci laventur
et fiet nigredo in fine stringentur
cum fuerint exiccati. Ad idem
alia que est fortior omnibus Recipe
litargiri calcis ana ʒ ii. aque lb ii. terantur
et misceantur et ad solem in vase vi
treo per dies iii. dimittantur misce
do sepe medicinas ad invicem cum
spatula lignea in fine temporis
aqua coletur et mittatur lana alba
in ea et si denigrant bona est si autem
non fiat nigrum adiungatur iterum

p nigredine fa fit

ad faciendum pulchram faciem

litargiri et calcis an. ℥ ii. in eadem aqua et ad solem dimittatur per tres dies et tunc iterum coletur et expiatur cum lana alba si ea denigrauerit utile est Cum autem lanam denigrauerit utile est Si autem non tamdiu sic reiteretur donec bona fiat Cum uero bona facta fuerit accipiatur puluis alkanne et misceatur cum predicta aqua in modum unguenti et ex ea fricentur capilli ablutis cum lixiuio debili decoctionis gallarum post quam fuerint medie exiccationis et sic dimittantur per totam noctem et permaneant cum per hanc in uncto aliquo modo exolebet fiet nigredo Aliud ad idem probatum abluantur capilli cum lixiuio debili facto ex cinere et gumma arabica alcanna gallis et foliis rosi dicto supius et cum capilli fuerint medie exiccationis fricentur fortiter cum uitriolo de quo fit incaustrum dissoluto cum aceto et vino et dimittantur sic per noctem postea parientur fiet nigredo fortis et durabilis Sapientes dixerunt quod nichil est quod ita colorare habeat capillos et ipsos pulcros et flauos reddere quemadmodum exponere caput discoopertum ad solem et etiam pectinatum ad solem multum facit ad hoc Coopertura vero continua reddit capillos nigros et ante tempus inducit canicies Nam calitas solis cum sit uiuificans et equaliter mundificando et digerendo res colorat eas et pulchras tum de eius natura sit omnia uiuificare et reducere eos in esse meliori Sequitur

Capitulum vii. de hiis que capillos euellunt et destruunt omnino ita quod non renascantur et de hiis que odorem siloti destruunt et prohibent adustionem siloti et sanationem eius quod iam adhusit

Reuulsio capillorum et destructio fit duobus modis modo imperfecto et modo perfecto et perpetuo Secundum primum modum euelluntur pili et destruuntur cum aliquo silotro Nam per silotrum non eradicantur pilos sed eos circa radicem in superficie cutis corrodit et cum radices pilorum remaneant sub cute tempore crescunt et renascuntur Psilotrum cum quo fit destructio pilorum melius sic fit Recipe calcis albe quam aqua non tetigit cinerum corticum maris an. ℥ i. arsenici citrini ℥ i. puluerizanda subtiliter omnia tunc in ultimo ponantur simul in mortario et misceantur cum aqua in modum unguenti et per horas duas sic maneant dimittantur et reseruentur Eius operatio sic est facienda primo calefiat locus quem intendis depilare per inclinationem per fumum aque calide uel per introitum in stupham uel aliter quod locus balneetur loco calefacto inungantur omnes pili circa radices non fricando locum sed applicando locum unctum loco leniter cum manu quia fricatio loci induceret excoriationes Cum uero unctum applicatum fuerit ad locum inclinetur locus super fumum aque calide cum uncto donec locus incepit depilari uel stet in stupha diligens istud donec locus fuerit calidus et pili per experienciam inceperint remoueri tunc cum manibus leniter pili omnes remoueantur et locus cum aqua calida tepida leniter abluatur et in fine totius locus leniter cum penna inuncta cum oleo rosarum vel manu et sic fiat cum oleo omni sero usque ad dies tres et locus excoriari non possit posset etiam leniter locus fricari post remotionem pilorum et ablutionem loci aqua tepida cum farina ordei uel fabarum uel seminum melonum mundatorum et contusorum quia talis fricatio loci tardat pilorum generationem et remouet

acuitatis silotri. Possent adiungi in silo
tro ut acutior fieret de cinere viti
vel barrachi silotris pilosus fortis
fricaret absque aqua et loci calefac
tione cum spuma marina et gipso
bene removerentur pili usque ad sup
ficiem cutis. Post priorem remotionem
locus est regendus ut dictum est post
operationem philotri. Aliud ad idem
fortius quod sic fit. Rx calcis non ex
tincte ℥ iii aque ℥ viii misceantur
et sic per tres dies sic dimittantur tunc
coletur aqua et in eadem aqua colata
addantur ℥ iii arsenici citrini triti et tam
diu sub sole dimittantur donec penna
immissa depiletur. Et postquam sic
factum et compositum procedat in eius
ratione principii medii et finis ut dictum
est supra. Qualiter evellantur pili ita
ut non renascantur. hac via et ingenio
primo necesse est ut omnes pili unati cum
suis radicibus evellantur quibus evulsis
ponatur super locum psilium mixtum et
dissolutum cum aceto deinde emplastretur
locus cum iusquiamo et opio mixtis
cum aceto forti aut ungatur locus
cum sanguine ranarum morantium in
aqua que non movetur aut cum sanguine
testudinis aut ungatur locus depilatus
cum oleo in quo stellio sit coctus us
que ad perfectam dissolutionem aut
araneis. Dicit quod si ungatur locus cum
melle mixto cum castoreo multis
vicibus pilis evulsis perfecte cum suis
radicibus quod non renascuntur. Aliud
fortius et verius omnibus aliis quod
ponitur super locum pilorum evulsorum ut
dictum est. Rx succi iusquiami viridis ℥ ii
aqua in qua iusquiamus vel eius se
men coctum fuerit ℥ ii aque dulcis
℥ iiii aceti ℥ iii allumis zuccarini ℥
ß. cerusse ℥ i. succi nespilorum et sor
barum an. ℥ ii. sandali citrini dragaganti mastic
gummi arabici an. ℥ i. opii ℥ i. terantur
et simul misceantur in modum unguenti
et ponatur continue vel omni nocte sup
locum depilatum. Cum vero videntur
pili iterum oriri dimittantur crescere in
tantum quod evelli possint cum radicibus et
tunc abluatur locus cum aceto decoctionis
omnis seminis iusquiami vel in quo viridis

iusquiamus fuit coctus et iterum inungatur
cum medicamine dicto quod fit de allume
et cerusa et aliis et iteretur iste modus
evulsionis et ablutionis cum aceto
iusquiami viridis vel eius seminis et in
unctione cum medicamine ante dicto
vicibus multis tam diu quod amplius pili
non renascantur. Hic est melior modus
omnibus aliis et verior et magis prope
veritatem sed est maioris laboris.
Nam per alias vias fieri potest natiuitas
pilorum et removeri a locis in quibus
per naturam nascuntur nisi pellis fuit
callosa per adustionem loci cum igne
vel per medicinam cauterizatiuam
sed hic modus non pertinet ad de
corationem cum superfluat pulchri
tudo pellis secundum istam viam destruatur.
Privantur etiam loca capillorum per naturam
sicut in calvitie naturali que depilatio
non pertinet ad medicum. Ea que
odores psilotri destruunt sunt folia
frigida cum eis locus fricatur aut cooperiatur
et specialiter si ipsa folia infundantur in
aqua rosarum et similibus sicut folia psilii
et foliorum ortulani citri et tiperi
et rosarum et folia camomille et aneti
et melliloti et similium. Unguentum quod
destruit odores psilotri sic fit. Rx olei
rosarum ℥ i. cere ℥ ß. croci ℥ ß. camphore
℥ i. liquefiat cera cum oleo ad ignem
quibus liquefactis ponantur in scutella
vitreata et cum eis misceatur pulvis
camphore et croci et abluatur cum
aqua rosacea cum hoc quod tale unguentum
removet odores silotri et eius sedat
ardorem et ustiones. Ea autem
que prohibent ne psilotrum faciat
ustiones neque pustulas aut vesicas
sunt quod quam cito sunt pili remoti vel sunt
in via remotionis si aliqua sentitur
mordicatio in loco aut locis statim
abluatur cum aqua tepida leviter
fricando donec totum quod est de psi
lotro removeatur et postea locus
epithimetur cum aqua frigida longo
tempore vel ponatur locus in aqua frigida
et stet tam diu quod totum recedat
sensibilis mordicatio et tunc ungatur
locus totus cum oleo rosarum mixto et
incorporato cum albumine ovi et aqua rosarum

Ea que odores p[silotri] destruunt

Unguentum destruens odorem

ne ustio fiat per psilotrum

vel cum populeon. Postquam vero locus vesicatus fuerit et adhustus, curetur et epithimetur locus cum panno superposito et infuso et aqua rosarum mixta cum aliquantulo aceti et lentibus excorticatis et pistatis vel ungatur et emplastretur totus locus cum unguento de cerusa. Aliud unguentum ad hoc utile. Recipe litargiri ʒ. i. olei rosarum ʒ. iii. albumina ovorum tria misceendo cum spatula lignea miscendo in scutella vitreata et in corpentur simul et ex eo locus continue epithimetur. Silenter locus fricetur cum oleo rosarum mixto cum parvo aceto multum valet in remotione hustionis et in consolidatione eius quod adhustum est. Sequitur

Capitulum viii de saffati et pustulis rubeis capitis et faciei humidis et rubore faciei cum pustulis siccis et pruritu. Recipe

Ex egritudo aliquando est cum pustulis humidis aliquando cum pustulis siccis et pruritu et tam prima quam etiam 2a potest esse recens vel vetusta. Semper fit vel ex flate salso in quo non dum supervenit adhustio aut ex sanguine mixto cum colera humiditates cuius finiunt adhustio.

Signa prime speciei sunt quod in facie vel capite apparent pustule eminentes manifeste albe et rubee a quibus emanat sanies si premantur et est locus absque pruritu cum rubedine non multum intensa sed sentit infirmus in loco ubi apparet ardorem et calorem.

Signa secunde speciei sunt rubedo intensa cum siccitate et in loco apparent pustule parve minute que raro saniem emittunt etiam si manibus premantur sed fit locus crustosus et est cum pruritu vehementi et rubedine. Circa prime speciei que saffati humida appellatur est ut primo purgetur cum pilulis de rochijs aut cum decoctione mirab. citrinorum et primorum in qua stetit ʒ. viii. resolutur et ʒ. i. aloes et dulcoretur cum zucaro fiat flobotomia de cephalica et ponantur ventose in posteriori parte capitis in radice nuche. Item ventose sub mento ponuntur utiles sunt valde clarificant enim faciem. Abstineant panis a rebus acutis dulcibus et salsis et convertibilibus ut a lacte caseo carnibus salitis allijs et vino porris caulibus et similibus. Nutriantur cibis insipidis et bonis ut cucurbitis lactucis spinachijs portulacis et carnibus elixatis cum eis ut carnibus edinis pullinis et similibus et condiantur cum aqua rosarum succo berberis vino degranatorum mixto vel agresta dulci. Abstineant omnino a vino si est possibile. Si vero possibile non fuerit bibat vinum debile aquosum mixtum cum duplo eius de aqua. Epithimetur locus vel ungatur omni sero cum re que sic fit. Recipe ceparum cimine litargiri alcanne aristo. rotunde corticum granatorum ana ʒ. s. terantur optime et cribentur et incorporentur cum oleo rosarum et aliquantulo aceti. Aliud ad idem infundatur pannus lineus in aceto calido decoctionis acetose vel perminilarum mixto cum oleo rosarum et pulvere sandalorum et aliquantulo camphore videlicet in rubile. Aliud ad idem si saffati fuerint adhusta vetusta laventur locus sepe cum aqua calida decoctionis psillij et radicum maluavisci et post ablutiones ungatur cum unguento facto ex oleo rosarum cera et adipe anatis vel anguille seu galline. Seper minat ultra nares cum nasali caputpurgium factum ex oleo viol. vel de cucurbitis aut de amigdalis dulcibus et similibus. Aliud ad idem. Recipe salis adhusti vitrioli de quo fit encaustum sulfuris vivi galle indice cicamine litargiri aristo. rotunde ana terantur et cribentur et misceantur cum oleo ro. et aceto et ex hoc omni sero locus epithimetur post ablutiones cum aqua calida decoctionis psillij vel

Sig^a p^e spei

Sig^a 2^e spei

acetose. Si autem per hoc locus non in-
cineretur scarpellandus erit et frican-
dus. post scarpellationem cum oleo
de tartaro vel oleo de allijs fetis.
Post fricationem epithimetur locus
cum vnguento quod sic fit. R olei ros. ℥ .i.
cere ℥ .i. litargiri ℥ .ß. cerusse cam-
phore arsenici citrini radicis cucu-
meris agrestis ana ℥ .ß. liquefiat cera ad ignem
cum oleo quibus liquefactis deponatur
ab igne et in scutella vitreata puluis
rerum misceatur cum eis perfecte. In
fine huius vnguenti abluatur aqua ros. et
aceto et reseruetur. Circa hanc speciem que
est cum pruritu et vehementi rubore
est ut mundificetur totum corpus et caput
cum pill. cochijs vel fetidis aut cum
decoctione alia dicta superius in capitulo
de melia et flebotometur ut dictum est supra
et etiam de vena frontis et summitate
nasi et ventosetur locus nauratum in
saphati liuida. Lauetur omni die locus
rubeus et tota facies cum aqua decocti-
onis viol. et maluauisci excorietur
et mundificetur locus infectus cum sapo-
ne et aqua tepida et hoc multotiens
tamdiu quod tota corruptio sit remo-
ta et mundificata. aut cum oleo de tar-
taro vel alliorum fetidorum. Sepe applicetur
sanguisuga super loca infecta postquam
per longum tempus steterit super sapo-
nis aut oleum de tartaro vel super allijs
fetidis dissolutum cum aqua tepida et
cum infirmus fortes senserit morsica-
tiones abluatur locus cum aqua tepi-
da de decoctionis fenugreci maluarum
violarum et maluauisci et post ablutio-
nes vngatur locus cum oleo ros. mixto
et incorporato cum camphora et muci-
lagine psillij et hordei ut dictum est
supra et abstineat a vino et rebus
acutis et salsis. Et si a vino abstine-
re non posset bibat vinum debile lim-
phatum duplo eius de aqua frigida. Sepe
epithimetur facies cum panno infuso in
acetositate citri vel arancij quod est
melius mixta cum mucillagine psil-
lij et maluarum aut viol. Sepe et spe-
cialiter in fine vngatur locus et epi-
thimetur cum vnguento facto ex cera cam-
phora et oleo ros. arsenico et alijs

et descriptio illius vnguenti sit in fine
cure supius saffati liuide. Ferrezer-
tur aqua ista si necesse fuerit quia secundum istum
modum bene reduceretur infirmus ad
pristinam sanitatem si deus voluerit
et specialiter iteretur purgatio et flebotomia
de cephalica. Si epithimetur faci-
es vel abluatur omni sero per longum tempus
absque aliqua custodia et cum custodia
perfecte et absque dubio curabitur
omnis saffati et omnis rubedo faciei
siue recens siue vetusta fuerit cum
aqua que sic fit. R aque limpide
lb. i. vel aque ros. lb. i. quod satis melius
est sulfuris viui in vltimo ut alcho-
ol ℥ .i. et ß. ponatur hic sulfur in aliqua
istarum aquarum et dimittantur ad solem
in vase vitreo per longum tempus vel absque
sole in propria aqua continue et de ea
fiat epithima vel ablutio faciei omni
sero et videbis mirabile. Sequitur

Capitulum ix. de aluesten idest de pustulis liuidis que appellantur gosomi et sunt similes nodis que fiunt in principio lepre. R

Excrescentie gosomi sunt
aliquando sem et saphati viz.
rubedo faciei cum pustul.
liuidis vel siccis male sunt
et timende quia melio-
semper peccat in via salsa et melan-
colica et promodum et nam eorum dant
significationem ad lepram et sunt excrescen-
tiones pertinentes ad lepram sicut dicta.
Primo mundificetur totum corpus multo-
tiens cum pillis fetidis vel cochijs
aut cum aliqua decoctione facta in capitulo
de melia et abstineat ab omnibus
rebus generantibus melias ut dictum est
capitulo de melia et dicetur capitulo de lepra.
Abstineat a vino forti et aquam bibat
vel utatur vino debili valde limphato
ita quod aqua sit dupla ad vinum et plus.
Sumat dictam ordinatam capitulo de me-
lancolia et ut dicetur capitulo de lepra

Si corpus fuerit carnosum et pingue fi
at flobotomia de vena cephalica que est
in manu inter indicem et pollicem et
ponantur ventose in collo aut sub mento
quia faciem clarificant Sed usus
ventosarum in collo destruit memoriam
et usus ventose que ponitur sub mento
visum debilitat Epithimetur locus
cum sapone dissoluto cum lixivio
forti et aliquantulo aceti et dimit
tatur tamdiu quod locus vesicet.
Aliud quod est fortius et virtutem
combustionis tenet ℞ arsenici citri
triti sal' kali calcis viridis eris ana
lb. ß argenti vivi salis armoniaci ℥
iij terantur omnia et misceantur adinvicem
in mortario cum aqua prima donec
argentum vivum sit extinctum postea
desiccentur et desiccata iterum terantur
et misceantur cum predicta aqua ita quod
fiat quedam massa in modum paste
valde mollis deinde ponantur in vase
cum quo fit aqua ros. et distillentur
per alembicum et in vase vitreo servetur
hec distillatio vel sublimatio Aqua
autem prima cum qua conficiuntur tales me
dicine sic fit ℞ calcis vive kali
gemme salis est quod reperitur apud
illos qui faciunt vitrum ana ℥ j terantur
perfecte et cum eis misceantur ℔ xij
aque et dimittantur sic per dies tres
agitando omni die tribus vicibus
cum spatula postea coletur et hec
est aqua prima de qua loquitur phisicus
in hoc casu Hoc enim medicamen de
siccat emorroidas et fistulas et ul
cera sordida et urit ut cauterium Cum
vero locus vesicatus vel pustulosus
fuerit factus abstergatur cum nitro
vel sale et aqua calida vel leniter lave
tur deinde cum terbentina dissolu
ta cum melle locus epithimetur et sic
per dies tres remaneat quo remo
to locus cum sale et aqua tepida
lavetur et siccetur quo terso et
mundificato epithimetur cum me
dicamine quod sic fit ℞ arsenici
citrini lapidis cum quo sartores et
pellipari vel barberi acuunt cultel
los ana ℥ j thuris ℥ ß terantur
ut alcohol et misceantur cum mucillagine
psillii de hoc medicamine locus deinceps
in die est linendus ita quod nichil de eo
aliqua vice removeatur sed addatur
medicamen super medicamen et
sic continue fiat usque ad dies tres Et
postquam per dies tres continuos sic
factum fuerit locus lavetur cum sale vel
nitro et aqua tepida Si autem per
hoc non curarentur ad idem regimen
redeundum est donec sanentur Iam tale
regimen destruit omnino hoc est gossam
vel alguelle vel grosonos facie
Aliud remedium valde bonum quod mitigans
fervorem sic fit fricetur locus
suis cum alumine fecis dissoluto cum lixi
vio omni die semel usque ad tres dies
vel cum oleo eius aut cum oleo de
tartaro propter quod locus abluatur vel ab
stergatur cum aliqua re. In fine trium
dierum in sero abluatur locus cum lixi
vio et farina orobi vel lupinorum
et post ablutiones epithimetur locus
totus cum unguento quod sic fit ℞ olei
ros. ℥ iiij cere ℥ ß cerusse arsenici
citrini litargiri ana ℥ ß camphore ℈
ij liquefiat cera cum oleo in circella
et post liquefactionem ponatur in scu
tella vitrea et addatur pulvis omnium
aliarum rerum tritarum et cribellatarum
subtiliter et cum oleo et cera liquefactis
perfecte incorporentur in fine addatur
modicum aque ros. et aceti Si autem per hoc
non curaretur tamdiu redeas a prin
cipio quod bene curet hec est via certa
absque fallacia Sequitur

Capitulum x. De impetigine et serpigine que fiunt in facie et collo et aliis membris ℞

Tales egritudines fiunt ex materia
salsa adusta vel ex sanguine
infecto per adustiones sive
cum adustio non dum finivit
suas humiditates Signa impetiginis
sunt quod scabies superficies cutis cresp
cutis etiam et nascuntur in collo et in
omnibus membris et sunt cum pruritu

medicina corrodens emorroidas & fistulas ulcera sordida

et ardor et etiam est impetigo Dicit
tamen hoc quia impetigo est circa super
ficiem cutis magis serpigo vero magis
profundatur in cute et currit huc et
illuc serpendo paulatim et utraque in
firmitas tamen a laicis appellatur ignis
saluaticus vel volaticus et dicit illa que
fit a sanguine ab illa que fit a flan
salso quia illa que fit a sanguine est
cum rubedine magis intensa et eius
superficies magis humida vel cum pustu
lis albis humidis et paruis et in eius
superficie continetur aliquid in modum
roris Alia autem que fit ex salso
flan est magis adusta et cum pruri
tu maiori et non continet in eius
superficie ros nec aliquid in modum humidi
sed est sicca adusta manifeste et est
de genere albarag et fit lepram ut
albaras et corrodit radices pilorum
itaque cadunt Cura conueniens et
utilis erit pacienti hanc infirmita
tem ut utatur dieta narrata capitulo de
melia aut dicetur capitulo de scabie et
pruritu et ut utatur medicinis mundi
ficantibus et est illic dictum et dicetur
in scabie Vngatur locus cum adipe
anatis vel galline postquam locus
fuerit sepe ablutus et fricatus cum
aqua tepida decoctionis malua
uisca vel fenugreci aut lappacii
acuti Scarificetur locus ita quod san
guis fluat et abluatur locus cum aqua
tepida ne coaguletur in locis incisis
vel ponatur sanguisuge in loco itaque
sanguis fluat ex loco postea fricetur
locus fortiter cum oleo de tartaro
vel de fecibus aut cum allume fecis tar
tari quod locus vesicetur et mundificetur
post mundificationes vel vesicationes
vngatur locus cum aqua cum qua
vasa terrea vitreantur mixta cum
aceto aut cum oleo de frumento
quod sic fit Sumatur triticum mundum
et in pisside habente collum et forami
ponatur et tunc tota pixis cooperiatur
ex argilla vel terra conferta que non
destruitur per ignes vel ex terra de
qua fiunt forme campanarum quo
facto accipiatur una testula in fundo
cuius centro fundi sit foramen ta

magnum quod collum pixidis possit libere
intrare tunc vero opiletur os pixi
dis cum pila facta ex filis ceris ita
quod frumentum non possit exire cum
caput pixidis fuerit versum et illa
ora collum pixidis foratum ponatur
in foramine teste et circa collum pixi
dis et circa pixidem et super pixidem
ponatur stercus vaccinum siccum et car
bones et in ipsis accendatur ignis pau
latim et sub foramine teste ponatur vas
vitreum in quo recipiatur oleum quod
ex ore pixidis opilato in qua est fru
mentum hoc enim oleum de proprietate
sanat impetiginem nouam et veterem
Aliud ad idem quod impetiginem
et serpigines curat ℞ radices
rumicis vel lappacii acuti et abluantur
et contundantur et coquantur continue
in aceto forti et de istis radicibus
fricetur locus lesus omni die in paucis
diebus curabit egritudo Vnguentum
de cerusa confortatum multum valet
ad hoc facta mundificatione loci cum
allume fecis vel oleo eius et cum scari
ficatione loci vel positis sanguisugis

Aliud

Capitulum xi de hiis que clarificant subtiliant albificant faciem citrinant rubificant et eam denigrant ℞

Iste modus operationis plus
trahitur ex usu et experimen
to quam ratione et propter hoc
mulieres experte in talibus
multum de tali operatione
nouerunt et sciunt Ea autem que
subtiliant cutim et lucidam et claram
reddunt et dealbant sunt gumme et
limones et confectiones et epi
thimata facta ad hoc Sumatur
habens virtutes insitam in se subti
liandi lucidandi clarificandi ex
proprietate sue compositionis sic fit fe
farine ciceris fabarum et ordei ana
drachmam sex farine amidi pulue

terent et super lapidem tamdiu fri
centur quod fiant ut alchool hic cum
lacte aspergantur itaque fluant et
ex eis in nocte facies tota epithi
metur et mane lavent cum aqua calida
in qua mole sicce et furfur cocte sit
hec gumera .i. linimentum sive sipisma
quod est idem vel medicina debet
continuari per longum tempus quamquam
vult ut eius appareat effectus et
ad minus continuetur usque ad v. dies
Aliud ad idem et est gumera nobilis
Recipe amigdalas excorticatas amili
et dragaganti et terantur ultime et
commisceantur omnia cum aqua non
ordei lavanti et ex eis epithimetur facies
es in nocte et in die lavetur cum aqua
in qua camomilla et viole cocte fuerint
Aliud ad idem Recipe amili et dra
ganti amigdalas dulces excor
ticatas et pulverizata cum lacte
spergantur et ex eis facies epithimetur
et cum siccari ceperit removeatur
epithima quod postquam per ebdoma
dam unam factum fuerit locus est
abluendus cum aqua calida Aliud
ad idem valde nobile quod sic fit
Recipe ceruse libram .i. teratur et dissolvatur
cum aqua limpida facta dissolu
tione coletur cum panno spisso valde
ita quod illa colatura recipiatur in pixi
de vitreata illud vero quod re
mansit in petia reiteretur et colatu
ra dimittatur per noctem ita quod fi
at residencia in fundo paxidis
et hic aqua supernatans reiciat
et residencia exiccetur optime ad
solem et sit semper scutella co
operta panno lineo mundo ita quod
pulvis nec aliud possit super venire
residencie Cum vero residencia
ceruse et tantumdem de granate
albissimis pulverizatis ut alchool
ut est ceruse residencie aspergantur
cum lacte omnia et epithimetur faci
es continue xv. noctibus et in mane
lavetur cum aqua decoctionis furfuris
et malve siccate hec gumera enim et
eius usus mirabiliter dealbat fa
ciem et clarificat perfecte Res multi
tes inhac gumera absque lacte solum

cum aqua furfuris multum operantur ad
dealbandum et clarificandum Ea
autem que inducunt rubedinem
in facie sic fiunt Recipe sinapis albi arse
nici rubei partes iiii hec trita cum
lacte conspergantur et ex eis per ebdo
madam facies epithimetur et fiat
epithima leve et subtile ne facies
excoriaretur Gumera alia nobilis
in hoc Recipe croci orientalis rubei
cum quo tinctores tingunt thiras
mirre mastici cum succo cepe quod
vocatur bulbus sive scalogratus
ut ex eo possit res confici et ex hac
confectione facies in nocte liniatur
et in die lavetur cum aqua tepida
vel frigida Medicamen rubifi
cans Recipe ysopi sicci ℥ x croci ori
entalis ℥ ii zuccari ℥ xiii ex hiis fiat
pulvis de quo singulis diebus con
sumatur ℥ Comedere carnes et
vinum bibere rubeum et crossum et uti
eis que fiunt ex melle et cum aqua calida
dulci Sepe lavari et edere vitellos
ovorum sunt de hiis que rubificant
similiter et ficus et granata dulcia
idem faciunt Gumera albificans
faciem accipiatur de ligno quod dicitur
brasile aut de radice pedis colu
bini et pistentur et bulliant in aqua
in qua aqua ponatur totum et di
mittatur per horam et postea ex
trahatur et desiccetur ad soles
Cum vero cum ipso operari volueris
tangas faciem cum salivo vel locum sup
quem locum humectatum cum saliva fiat
fricatio cum bombice vel coto rubi
ficato sola fricatio cum pede colum
bino absque aliqua decoctione super
locum humectatum cum saliva rubifi
caret Citrinare faciem artificialiter
poterit ad ypocritam vel galiochis
vel ad fraudulentiam decipere in lo
co ubi sit ciminum citrinat faciem
et uti cimino in omni cibario et odo
rare cum vino et linire faciem vel
simpoismare cum pulvere cimini post
quam facies inclinata fuerit super
aquas calidam multum citrinat
Sola suffumigatio cum cimino idem
operatur si liniatur facies cum cerotosa

montana rinat Notaui in loris en | 9 l
lidis et aquis bibe fontes et uti
in comestione aceto et comestio
lini nel crete et multe uigilie et stu
dium sollicitudine omnia ista tinguit
faciem mirabiliter et inmediate dol
ore sup albos nigribus fuit omnium
in phrenitis faciem atrimat De
nigrare faciem pertinet ad eos q
non delectant mordinarionibus et de
coracionibus similiter est opponi se soli et
comedere ex cibis salsis et balnearorum
dimitte et cum hoc etiam relinquere
omnia que faciem abstergunt et
mundificant Comedere draganum
sepe in suis cibariis aut mirabalans
conditis faciem denigrant si epithi
metur fortiter et sepe facies uel locus
aliquis cum philotro et medasegin
denigrabitur color qui remoueri non
poterit nisi duriter Et si tales colo
rem remouere uolumus lauetur locus
in aceto in quo cocta fuit usure uel
stercus passeris uel uermiculorum
uel acetosa aut cum herba que appel
latur catriola uel cum herba que uo
catur saponaria que est melior
Aut lauetur locus cum acetositate
citri uel aranci uel cum lacte aceto
so uel fricetur locus cum aceto et fa
rina ciceris multis uicibus donec locus
ad suam redeat dispositionem tangere
locus cum succo corticum nucis et cor
ticum granatorum uiridium et cum suc
co corticum lignum quod nascit apud
aquam quod uocatur umcu tinti de
nigrat et faciem et remouet talis
nigredo cum rebus supius narratis
et specialiter si locus cum urina calida
uel lixiuio et aceto et sapone fricet
Si tangat locus denigratus cum
oleo et fricet cum urina calida statim
remouebitur talis nigredo et tunc
in fine abluatur locus cum sapone
et aqua calida Similiter casu quando homo
intendit multiplicare nigredinem
multum oportet fames et uti rebus
inmundis et iacere et stare in loco in
mundo et uti rebus sordidis et mundis
et nichil curare de seruilo neque de ali
qua re seruilari et munda Nunc a

uel simplicitur aut limatio de albas
et rectificans faciet colorem et
magne honestatis sic fit omni sero
cum uadit dormitum mulier abluat
faciem suam cum lacte amigdalarum uel cu
lacte omnium calido uel caprino ut exit
ab ubere et postea epithimetur cu
pecia infusa in ipso quiescet per noctem
integram super facies et mane ab
luatur cum eodem lacte fiet decora
tio manifesta et in hoc melius melius
omni lac amigdalarum est Scire conuenit
hic quod in unguentis et ablucionibus facti
cum cerusa uel argento uiuo semper
cadit timor Nam usus istorum et similium
corrumpit et nigredines dentium et fe
torem oris cum corruptione gingiuarum
finaliter inducit absque dubio hec mun
es per continuum usum effectum manifeste
ostendit bone bonum et male malum Et

Capitulum xii de hiis que prohibent scob id est mutationem coloris que fit in facie a sole et uento &c

Et si superna hominis cui est
membra et facies continue
ex panno lineo aut ex pa
nno lane humefacto cum
panno lineo infuso in aqua
draganti uel psillij Aliud idem
fit dragant amili gummi arabici muscil
laginis psillij muscillaginis seminis ci
toniorum terantur et misceantur cum mu
cillagine psillij aut albumine oui aut
cum succo portulace et epithimetur
facies uel infundatur pannus lineus
in eis uel in aqua ipsorum uel in aqua
uni illorum et ponatur super faciem
mitiuere Item si infundatur medul
la panis sicci albissimi in aqua fri
gida tamdiu quod bene dissoluatur et ex ea
facies epithimetur uel ex panno albis
simo hora itineris epithimetur uel solu
ex albumine oui et dragaganto multum
defendet quolibet istorum alteracionem coloris
faciei a uento et sole Si autem color
faciei fuerit mutatus epithimetur

Item de albo

Aliud

De

De ... faciei
color faciei

in nocte facies cum ceroto qd fit
ex cera et oleo aut cum adipe galline
et farina ciceris et dimittatur super
faciem longo tempore et postea ablu
atur facies cum aliqua ex aquis
dictis supius in decoratione faciei Si
autem dure remoueret color acqsi
tus a sole uel uento liniat͛ cōtinue
facies cum aliqua de albi
ficantibus et clarificantibus faciem
sīm q supius narratum est in cº de deco
ratione faciei Inpinguari et lōgo
tempore et manere in umbra et absti
nere a labore et motu remouet colo
rem acquisitū a sole et a uento et
spāliter sit facies cōtinue sic cooperta
cum panno lineo mūdo Sequitur

Capitulum xiii de hiis que remouent pannū faciei et lentigines et ulcerū cicatrices et uariolaꝝ uestigia Re

Ad

Aut que pānū faciei
et locoꝝ solent destruē
sunt que cutim leuit͛ ex
coriant ut est epithima
quod sic fit ℞ seīs ruffaī
uel seīs eruce uel fenis greci ozilaī
cū decoquant͛ omnia ista simul
in aqua uel aliqd illoꝝ per se donec
aqua ingrossetur cum illa aqua
aspergat͛ puluis optime tritus et
cribratus ex cimino et rosto factus et
ex tali epithiate locus epithimet͛
Aliud ℞ sinap ficus siccas ul' uiri
des aā pistent͛ et cum eis locus
epithimet͛ cum aqua calida aut epi
thimet͛ locus cū panno infūso in aqª
tam diu q locus rubeat et cū rube
fuerit tunc locus epithimet͛ cum
rebus dictis et est non negligendū
ne pellis faciei uulneret͛ cū epithi
matibus dictis Nam cum dolor inci
pit statim medicamen admoueat͛
a loco ab epithimate quiescat post
quietē redeūd' est ad medicamē

Dolor nō admitta͛

Aliud ad idem ℞ fructus arboris
roseꝝ siluestris et amigdal' et sēina
melonis aā excorticent͛ et pistent͛
et misceant͛ cum equali pondere illaꝝ
cum terra argenti uiui et fiet ex eis
epithima Aliud ℞ lupinoꝝ seīs
rafani seīs eruce costi amigd' ama
raꝝ bauracis piperis bdellij ponde
ra equalia confice sic dissoluat͛ bdel
lium in aqua acetose montane aut in
aqua saponarie ex qua alie medicīe
conspergant͛ et fiet ex eis epithīa
Si abluat͛ faciei pannus cum sapone
dissoluta in aqua calida post cuius
ablutiones inungat͛ locus cū butiro
uel oleo de allure seu destruitur
pannus post longū usū Res autem
que adiuuāt ad destruendū lentigi
nes magnas et paruas et pannū
[M]ollificetur primo quod est intra aurem de sordicie cum oleo tepido ponendo oleum ipsa hora qua vult dormire in aurem et mane in ortu solis vel aurora vadat patiens ad stufam et ponat aurem mundificandam super solium calidum stufe et permittat exire totum quod in aure continetur si exire potest et cum a balneo exiverit ponat stilum involutum ex coto in aure sive intus et revolvat per aurem mundificando quod remanserit. Aut si non vult ire ad stufas inclinet aurem in aqua postquam fuit oleum super aquam bulientes vel calidam de rochonis camomille vel aneti et postea mundificetur cum stilo et coto. Aliud ponatur in aurem aceti et bauracis vel vinum de baurach aut aqua calida et baurach et postquam parum ibi remansit expellatur et ponatur in balneo vel tenenda est auris postquam exiverit super vaporem aque calide per aliquod tempus quo facto mundificanda est auris cum coto et stilo ut dictum est. Si medicus habuerit instrumentum eneum vel argenteum subtile valde cuius extremitas una esset inclinata aliqualiter et plana bene et competenter posset absque aliqua mundificatione ante dicta omnes sordiciem removere ab aure absque alia re et specialiter si fuisset usus in hoc vel habuisset conversationem cum magistro qui hoc facere suis temporibus consueverit. Sequitur.

Capitulum xxv. De hiis que auferunt fetorem assellarum. R[ubrica].

[A]ssumatur litargirum albificatum et conspergatur cum aqua ros[arum] in qua sit canfora dissoluta et fiant inde trocisci et tegantur superius et inferius cum ros[is] et maneant sic donec desiccentur et reponantur et fiat ex eis medicamen cum necesse fuerit removebit odorem malum. Aliud ad idem abluatur ascella cum sale et aqua et post ablucionem conficiantur cum aqua ros[arum] et camfora et fiant trocisci et reserventur et cum necesse fuerit epithimentur locus et siccetur. Aliud ad idem R[ecipe] ros[arum] rubearum ℔ i gallie gariofilorum spice nardi nucis muscate ana ʒ i bezantini simul et teribentur et ex eis informentur trocisci cum aqua ros[arum] et cum necesse fuerit fiat epithima in loco et siccetur. Et abluantur omni sero ascelle cum vino de rochonis mirti murte vel marrubii et ciperi vel cum vino in quo dissoluta sit una grana musci removebit omnis odor malus a loco. Et si epithimetur locus cum muso et siccetur bene operabitur in hoc. Si patiens fetorem assellarum et pedum et aliorum membrorum purgetur cum pillulis fetidis vel stomaticis alkindi vel cum aqua de rochonum dicta capitulo de melia et lepra et ciuitate medium. Et si continue usus fuerit in dieta sua odoriferis et gariofilis et salibus et abstinuerit ab allijs cepis porris omnis et eruca et herba de qua fit assa et absque et salibus et cum hoc abstinuerit a fastidio erit sanum bonum et inveniens. Sequitur.

Capitulum xxvi. De hiis que prohibent ne puerorum testiculi et puellarum mamille properent magnitudo. R[ubrica].

aliud

Si patiens pati…

ne mamille et testiculi magni fiant

Modus procedendi in hoc talis est. Fiat emplastrum ex cimino contuso et consperso ex aqua super mamillas et testiculos et sic maneat. Cuminum super testiculos et mamillas cum pecia infusa in aceto et aqua bene et fortiter absque dolore et sic usque ad dies tres dimittatur et tunc removeatur. Loco illius fiat emplastrum cum cepe lilii albi pistati et incorporati cum aceto et aqua et bene et fortiter ligetur et sic per tres maneat dies quod non removeatur. Ista enim emplastra et medicamina conveniunt ut fiant super testiculos et mamillas multis vicibus in mense. Si accipiantur duo lapides virides quibus acuuntur ferra et fricentur ad invicem cum aceto et aqua et fiat emplastrum vel epithima ex eo, quod ab eis resolvitur, conservat mamillas et testiculos mirabiliter ne eis properet magnitudo. Teratur allumen et misceatur cum oleo ros. et ex eo omni die mane et sero ungantur mamille et testiculi absque fricatione. Hoc enim defendit ne augmentum in eis conveniens deveniat. Aliud R. bolarum gallarum viridium ana terantur et cribentur et misceantur cum melle et fiat epithima quod postquam per diem integrum sic permanserit lavetur cum aqua frigida et hoc fiat multis vicibus in mense. Durabit enim per hoc parvitas testiculorum et mamillarum tempore longo. Aliud R. cerusse lapidis marmoris albi quod delem fundit ana partes quatuor terantur et aspergantur ex oleo mirtino et cum succo iusquiami misceantur et fiat emplastrum. Hoc enim mamillas neque testiculos neque pilos in femore crescere permittit. Stando simmo tantum tacitu mamillas et testiculos augmentat. Ita si non tangantur neque fricentur eorum tardabitur augmentum et casus. Si omni nocte vel die epithimetur cum aqua ros. et aceto in quibus sit ad camphore vel tinne vel cum bruda vel sacculo supinus vel sus

gulam clementer mamille et testiculi ipso femine non eveniet eis augmentum neque casus nisi in senectute et post longum tempus. Sequitur

Capitulum xxvii de hiis que ingrossant corpus et ipsum macrum efficiunt R.

Mirabilis fuit conditio hominis vel macre sciendum enim quod corpus est possibile et delem fieri pot hoc in quolibet homine sed impinguare quodlibet corpus est impossibile et specialiter corpora extenuata habentia epar magnum et venas magnas et hoc propter duo. Primum quod est caliditas epatis acuta cum calilitate membrorum et eorum siccitate que est prius resolvere humores et humiditates membrorum antequam in pinguedinem convertantur. 2m est cum vasa totius corporis sunt magna manifesta valde sunt plus capacia humorum et humiditatibus quam natura posset convertere in pinguedines et carnositatem et talia corpora semper extenuata manent. Ea autem que habent macrescere et extenuare corpus sunt cibaria pauci nutrimenti ut olera et legumina comedere salsa acetosa et que movent ventres et uti rebus provocantibus urinas et sudorem multum valent ad hoc multum currere et parum comedere et ieiunare et multum movere et parum et male dormire et maxime super stratum durum et cum indumentis asperis et balneari in ieiunio post labores et abstinere a comestione post balneum et longam moram facere in balneo et uti vino veteri limphato et comedere panem siccum de spelta ordeo et milio et dormire in ieiunio post laborem et balneum longum. Verum ista de necessitate corpora habent extenuare et macrescere. Abstinere a rebus dulcibus et in quibus

et vino novo et lacte et salibus et
in illis fiant ad hoc usus electuariorum [illegible]
dorum valet ad istud et movere neque
corpus et usus rerum provocantium
urinas et est usus trifere minoris
et usus diaireon piperon diacurcume
et diagalange diacimini et similium
et debet homo movere antequam come
dat post eorum receptiones donec appe
titus qui fuerit irritatus deprimatur
et debet talis pati famem atque sitim
et movere sub sole et in locis et mina
sionibus calidis et in balneo sudare et
medicinas facientes manere sepe su
mere   Medicamen faciens corpus
macrum sic fit Recipe ameos seminis apii seminis
feniculi cimini ana pertinens vel ℥ i sem
buci siccis bamachan quartam unius
partis vel ℥ ss. facte per duas vel ℥ ii
pulverisentur de quorum pulvere habe
at cotidie utens a eo pondus aurei
i hoc enim medicamen vehementer
corpus desiccat   Medicamen aliud
Recipe trifere minoris ℥ iii pulveris pigre
hiebre ℥ i sumatur hoc medicamen
qualibet ebdomada semel   Aliud
Recipe cimini piperis salis zedoarie ana ℥
ii terantur et cribentur Si sumatur de
isto pulvere pondus unius aurei de tertio
in tertium diem in ortu solis cum ℥ i
aceti vel ℥ iii vini albi veteris mira
biliter extenuat omne corpus   Impin
guatur autem corpus quod est possibi
le impinguari per usum vini rubei dul
cis et novi et specialiter usu lactis in
ieiunio et cum eo ponitur zuccarum quam
mel per usum rerum dulcium et per ab
stinentiam a labore vigiliis et super
fluo motu et ab omnibus rebus pro
vocantibus urinas sudores et move
ntibus ventrem propter suas acuitates aut
calliditates   Et utatur rebus nutrientibus
multum ut est triticum coctum in iure
carnium et absque ipse pinguem ut sunt
pultes de farinis que sorbeantur
cum vino dulci et novo et brodia
carnium inspissata cum vitellis ovorum
et mica panis vel farina   Cibaria
omnia de farinis facta et [illegible]
cocta et condita cum lacte et zuccaro
et pulvere qui sic fit multum impinguat
Recipe cardamomi ℥ i mic[is] nucis muscate galange
piperis longi ana ℥ ss. fiat pulvis cri
batus Abstineat a rebus acetosis
a salsis et acutis non pro sapore ci
bi ut appetitus melioretur et non defi
ciat   Comedere habundans res nutribiles
carnes vitulinas et iura carnium et brodia
cum vitellis et speciebus dictis impingu
ant mirabiliter vel alterat ad melius
Hoc preceptum est ut homo in hoc ca
su desiderans impinguari vel melio
rari aut defendi ab exsiccatione
utatur ante comestiones vel cibum debili
de ambulatione vel subtilis et ut a
forti motu et de ambulatione gravi
abstineat et ut eius lectus sit mollis
et in loco frigido et quod multum quiescat
et dormiat et ut ungatur corpus eius
cum oleo violaceo vel devenintur omni
die post cibum et tunc intret balneum
aque dulcis et fricentur membra sua omnia
tempore quousque aliquantulum rube
videantur loca   Solacia et instrum
dilectabilia continue aut sepe sint coram
eo bis in yeme et ter in estate come
dat et semper post prandium per horas
vel cenam balneum ingrediatur et hoc
omni die vel de die in diem secundum quod
medico consideranti videbitur   De
cetero cibarium quod fit ex farina ciceris
fabarum risi tritici et ordei et similium
conditum cum lacte et zuccaro et iure
carnium et caseo recenti absque sale
est utile in hoc et erit si tale cibarium
fieret absque pinguedine conferret
Fructus quoque quorum nuclei come
duntur cum zuccaro ut amigdale avella
ne fistici et nuces dulces recentes
et corpus pinee impinguant et plus
omnibus aliis fructibus impinguant
ficus mature   Impinguant etiam cor
pus et crassum faciunt arietina caro
porcellina et edina gallina et ova
assata et castratina et panis vel mice
super quas funditur pinguedo pullorum
columbarum cum assantur et carnes cocte
cum aqua vel cum aliqua herba et speciebus
et abstinere a fleubotomia et solutione ven
tris et coitu   Sorbiciuncule facte
ex farina frumenti ciceris fabe risi
cum lacte et butiro et ex pane si

Nota

Medicin' impinguatiua

bibat in ieiunio multum valent. Me
dicamen impinguatiuum sic fit. Sumat
sera cinnerbita, decorticata et terat
ultime et cum lacte vaccino conspe
rgant et fiant trocis subtilos ex q
bus cum lacte et zuccaro ℥ i. coquat.
Aliud. Sumat farina ciceris et fa
barum risi et amigd' dulces excorti
cate et nuce pinis sicce et excis
fiat cibarium cum lacte et zuccaro ℥
et in ieiunio comedat et cum come
derit per horam balneum intret in
quo faciet moram non multam et cum
exiuerit et quieuerit nutriatur nu
trimento proprio et usitato.
Aliud. Sumant amigd' excorticate
dulces et auellane et semen papa
ueris albi et fisticu et butirum vacci
num et zuccarum pistent ultime et te
rant et cum butiro ungant et dis
soluat cum zuccaro manzorum ad de
co comedat. Aliud. Sumat caput
arietis pinguis bene mundificati
et optime pistet cum addat lb. s
eiusdem arietis et due lb. lactis et ci
ceris rubri tritici an. unc. [illegible] ℥
iij. quibus tantum aqua misceatur ut
exea possit cooperiri et sic coquantur
hoc totum usque ad dissolutionem omnes
postea ex aqua colata ℥ iij. et pin
guedinis ℥ ij. et olei ros. et olei
de nucibus an. ℥ i. sumant et fiat
suppositorium et ex hiis in nocte post
quam assellauerit et dormiat in
ea tota nocte tenendo ipsum in uen
tre et fiat hoc bis in ebdomada ℥
si fiat cibarium ex hiis omnibus preter
quod sunt ibi olea erit utilis in hoc.

Cibarium impinguatiuum nobile valde

Cibarium impinguatiuum et est nobi
le valde sic fit. Sumant fiualle pa
nis siccii ~~et in~~ in multe ~~in~~ et minus
pinguium carnium cum feruet ponat
et cum mollificate et bene minime
imbibite extrahantur unam et con
spergant ex caseo recenti et in fine
ponat ad super eas de puluere
specierum dicto supius et antequam
infrigidentur comedant et post eas
et cum eis bibat vinum rubeum nouum
et stet per tres horas tres anteq
comedat cibaria usitata. Et nota

impinguatiua et medicinas in anti
fiaminis facies uel ponas sequitur.

Capitulum xxviii de hiis que sudorem bene redolere faciunt. R.

Primo oportet ut fiat flobo
tomia uel mundificatio cum pillis et
medicinis mundificantibus
humores putridos et utatur
patiens cibariis odoriferis
conditis cum speciebus odoriferis et
bibat vinum clarum odoriferum in quo ad
aque ponatur. Sumat omni mane se
men cimini potu cum vino aut
cassia lignea aut gariofil' sepe utatur
fricationibus et balneis in ieiunio in
quibus rose et gariofilata et beton
ica ponant et similia. Comedat
capita cardorum et semen apii feni.
et sisileos fricet totum corpus sepe
cum bauracth et lyciasty de ros. quos
fecimus cap. de fetore assellarum.
Mutat sepe camisias et eas fac
at odoriferas cum musco et speciebus
in mundo loco et bene odorifero dor
miat et a fetidis rebus se abstineat.

Capitulum xxix. de diminutione fetoris urine et egestionis. R.

Conuenit in isto casu ut ho
mo abstineat a fastidio et ab
omnibus fetidis viz. ab allis
feniugreco et semine lini cepis
eruca porris et caulibus
et a omnibus et speciebus qui de proprietate
fetorem in urina multiplicant et similibus
et utatur vino odorifero claro limpi
do aliquantulo et semine cimini et seme
feni. et ysopi et ciceros in suis cibariis.
Condiantur sua cibaria omnia cum
puluere qui sic fit. R. cinamomi elec.
℥ ij. gariof. galange longi piperis
cardamomi. ℥ iij. folij mirti musc. an.
℥ ij. macis croci an. ℥ i. musci grana
vi. fiat puluis cibariis. Reste

Ne corpus mortuum cito fetat aut putrescat

Capitulum xxx de custodia corporis mortui ne feteat et ne cito putrescat R

Cum enim intendit medicus istius rei oportet ut eleuet ad superiora crura mortui et inuersum et sit caput mortui remissum versus terram et ponat in ano et corpus mortui clistere calidum factum ex decoctione colloquintide et bauracis quo facto eleuetur caput mortui ad superiora et eius pedes reuoluatur versus terram et sic teneatur donec totum clistere exeat cum fecibus et fiat hic modus clisterizandi sepe et tamdiu quousque intestina omnia euacuata sint ab omni superfluitate cum stercore quibus gestis uel factis fiat clistere odoriferum conseruatiuum corporis quod includatur cum coto uel tenta fortiter intra corpus quod sic fit R aloes mirre acacie galle muscate camfore ana teratur perfecte et dissoluantur cum aqua rosarum et ponatur hoc totum intra corpus per anum et includatur ut est dictum Item dissoluatur hoc totum cum aceto et sale et aqua rosarum et de eo omnes vngantur mixture Iterum condiatur argentum viuum cum aloe et sale mixtum et allume et gallia muscata mensura equali quibus mixtis et incorporatis impleantur nares ex eo et omnia foramina corporis Illud quod de proprietate conseruat cadauer ne putrefiat est ut lauatur totaliter cadauer cum pice liquida calida factis pluribus clisteribus euacuantibus intestina cadaueris si per os cadaueris et anum inmittatur acetum in quo dissoluta sint mumia et sal et aloes et puluis mirtorum et puluis carpobalsami et xilobalsami seruabitur longo tempore illesum specialiter si eius extrinseci omnes ex ista re vngantur et fricentur Omnis preterea mortuus ut volunt antiqui si super suam faciem iacet uentrem suum non habebit inflatum et cum in eis naribus argentum ponetur viuum cerebrum ipsius non defluet sed condensabitur in vnam massam Sequitur

Que prohibent sudorem pedum

Capitulum xxxi de illis que prohibent sudorem pedum R

Si abstinuerit a replecione qui sit in sero et cenis et bibat vinum odoriferum lauet cum aqua calida decoctionis foliorum cipressi uel foliorum tamarisci et foliorum uel granorum mirti perfecte remouebitur sudor et malus odor pedum Si abluantur pedes cum aqua decoctionis folii et virge erit notabile medicamen in hoc conueniens nobilibus et regibus et magnatibus Sequitur

Ne pedes et manus a frigore corrumpantur

Capitulum xxxii de regimine extremitatum pedum et digitorum et manuum ne a frigore corrumpantur et succursu si incepta fuerit corruptio et sanatione eius quod corruptum est R

Circa hic conueniens qui nil est deterius ad velociter afferendum frigoris nocumentum quam ut pedes sint suspensi et manus distorte aperte pendentes igitur pro defensione ne frigus eis noceat ut pedes et manus fricentur vehementer absque aliquo liquore post fricationem vngantur ex oleo veteri uel oleo de lilio uel de spica facta vnctione inuoluantur totaliter pedes ex pannis laneis acu cusis et lana molli deinde calciamenti sint ex caligis subtilibus largis mollibus duplicatis Summopere cauendum est ne pedes

Nocumenta frigoris expellentia

Preservantia a frigore et remotiva nocumenti

Signa lesionis a frigore

In congelatis cura

calient ex fricationibus factis modo
facto aut humectatis. Ea autem que
nocumentum adveniens extremitati
bus a frigore expellunt sunt hec: habe
calie ut maiorana et ozimum et cal
famet cum meis in volumine et in vincho
cum oleo laurino vel de costo et similibus.
Si involvantur pedes et manus cum
panno lineo infuso ex aqua per te impri
te liquida liquefacta ad ignem non
solum istud defendit extremitates
a nocumento frigoris sed etiam illud
quod iam incepit corrumpi prohi
bet peius fieri. Idem operatur spadrap
pum factum ex cera resina et oleo de
spica vel de costo et in manibus cirote
tere de pelle agnina mar facte ma
nus defendunt a nocumento advenien
ente ex frigore propterea omnis viator
vel homo qui timet de nocumento
quod posset extremitatibus advenire
non utatur pati sitim vel frigus vel
ad aliud ex quo extremitates ledi
possunt fortius per hec extrema ve
lociter corrumpentur. Signum autem
lesionis contingentis ex frigore in extre
mis est quod eis notabatur iam alleviari
sentitur licet eorum opimentum non sit
mutatum neque augmentatum neque ab
aere frigus est remotum hoc enim non
evenit nisi ex sensus minoratione
vel debilitate. Oportet ergo ut cum
frigus nocere inceperit quod opimentum
pedum mutetur et fricatio in eis multum
fiat et post fricationem operiantur
ac mediocri incessu contineat moneri.
Si autem congelaverit pedes vel extremi
tates a postema et eorum sensus
minui adhuc poterunt curari nisi
ipse extremitates vel pedes virides
aut nigre fiant. Tunc antequam nigre
scant vel virescant debent poni in
aqua tepida decoctionis palee tri
tici vel ponantur in aqua in qua caules
vel napi bullierint vel in aqua in qua
vel camomilla vel mellilotum vel sticha
dos aut semen lini vel fenugreci
cum unoquoque separatim cocti sunt
aut omnia simul et maxime si in igne
cum aliquo oleorum superius dictorum
fricati fuerint sepe. Cum autem extre

mitates vel pedes virides vel nigri
facti fuerint tunc festinet ad scal
pendum profundum ut ad carnem non
deveniat et sanguis ab eis fluere
permittatur donec per se sanguis
restringatur et stent cum pedibus
et locis scalpellatis in aqua calida
ne sanguis in ore vulneris vel venarum
congeletur et exire prohibeatur.
Cum autem sanguis fuerit restrictus
vel eius fluxus nimius fuerit fi
at epithima ex bolo ar dissoluto
in aqua et pauco aceto quod super
ponendum est loco leso vel viridi aut
nigro et est sic dimittendum per diem
unam et noctem. Deinde ex vino te
pe facto vel ex aqua et aceto lavan
dum et post hoc quoque similiter bis aut
ter epithimandum et ad ultimum te
dum est cum dicto hoc epithimate
donec loca denigrata videas
iam facta esse dura et rubea. Si
autem ante scalpellationem duricies me
brorum fuit dissoluta et malum reddat
odorem et in putredinem versa fu
erit tunc scalpellatio nullo modo
utilis reperitur. Aliquando necesse est ut
omnia que sunt in illis locis occidat
et fiat hoc absque tarditate ne cor
ruptio veniat usque ad carnes sanas
illo loco. Nam mali medici non bene
assuti cum ferro et violenter cu
removent a dictis locis et carnes
putrefactas subtrahunt licet non ibi
magna reperiatur durities sed locus
sit tenuis et subtilis quia per illo
riens nervos et cordas sanas et
utiles taliter operando destruunt et
discerpunt et inducunt deinde ma
las egritudines et incurabiles faciunt
in illo loco et membris generari. Caro
namque putrida ferro removenda
non est a membro in tali casu primo
emplastrum ex foliis sicle aut foliis
caulis coctis et butiro calido admixtis
confectum in modum panis fieri con
venit et est superponendum calidum.
Idem operatur emplastrum factum ex len
tibus coctis et pistatis et mixtis
cum mellilloto et farina fenugreci
et butiro et aliquantulo salis bene

confiteor quod operatio cum ferro in membro
subtili et debili corrupto in quo non
magna reperitur grossities vel profun
ditas corruptionis non est sic conuenabilis
quemadmodum operatio cum emplastris mun
dificatiuis et emplastris confortantibus
loca sana que circa loca putrefacta
sunt apponenda sed operatio cum
ferro in membro subtili et grosso sine
corruptione fuerit profundata sine
non si sapienter et absque extensione
neruorum et cordarum et lesione partis
sane fiat erit utilis valde et velocio
ris actionis quam illa que fit cum
emplastris quamuis in ea sit timor ex
parte mali medici et inusitati in hoc
facta mundificatione carnis putride
et remoto quod putridum erat totaliter
considerandum est utrum putrefactio
ingressa sit os an non. Si autem in
gressa non fuit os incarnetur locus
cum puluere thuris minuti vel cum
unguento facto ex ipso et in fine conso
lidetur cum puluere mirre capilli et si
milium. Si vero ingressa fuerit ipsa
corruptio os tunc necesse erit ipsum
os corruptum radere cum aliquo in
strumento et remouere quod corruptum
est aut aliquam eius partem auferre
aut totum a iunctura remouere et
post ossis ablationes locum incarnare
et consolidare. Qui enim non huius
artis usus est indiget medico scien
te quamuis doctrinas habuerit huius
artis. Sequitur

Capitulum xxxiii de illis que prohibent sissuras que fiunt in calcaneis et appellantur mugri. R[ubrica]

Intentio huius rei quantum pertinet
ad partem defensionis ne
sissure vel mugri fiant quantum
pertinet ad partem curatio
nis postquam facte sunt.
Intentio defensionis ne fiant est ut
pedes sepe lauentur cum aqua calida
decoctionis fenugreci vel seminis lini

Murre quid

vel radicum malueuisci et longo tempore
teneantur pedes in aqua illa donec
[illegible] loca in quibus consueuerint eue
nire sissure mollificentur. Post molli
ficationem ungantur loca cum oleo de mas
tice vel oleo de spica inspissato cum cera
aut fricentur loca cum puluere draganti
triti ut alcohol et post epithimentur
cum pice liquida aut supponatur pedi
et calcaneo pannus infusus in oleo
calido et sit semper homo calciatus ex cali
gis largis absque subtellaribus et si ab
sque subtellaribus stare voluerit sint
largi absque adherentia ad pedem
et strictura et caueat sibi a puluere plan...
et frigore sicut melius poterit. In
tentio vero que pertinet ad partem
curationis postquam mugri vel sissu
re facte fuerint est ut curentur loca
cum mundificatiuo calefactiuo in quo
sit virtus consolidationis ut est un
guentum quod sic fit. Recipe sepi caprini
lb. i. pulueris gallarum tritarum ut al
cohol ℥ i. liquefiat sepum et coletur
et misceatur cum puluere gallarum
et ponatur super sissuras antiquas
et nouas nam hoc mundificando pu
tredines loci consolidant. Aliud
ad idem. Recipe litargiri ℥ v. terantur
et misceantur cum ... ℥ olei et co
quantur in patella agitando cum spa
tula continue donec fiat ut pix et tunc
addantur ℥ iii. gallarum et tunc iterum
bulliat donec inspissetur deinde cum
tepidum factum fuerit ponatur super
sissuras hoc enim antique et noue sis
sure auxiliatur et conficit. Aliud
Recipe picis liquide olei de semine lini ana
misceantur et coquantur donec inspissetur
et cum tepidum fuerit ponatur gutta
tim super locum antique sissure et pu
tride et eadem conficit mundifican
do et consolidando. Aliud Recipe
adipis pedum bouis ℥ ii. cere albe
℥ s. misceantur et decoquantur ut pri
inspissetur et cum hoc fuerit inspissa
tum ponatur super sissuras et mur
gas et mundificando consolidabit mi
rabiliter. Attendendum est hic quod
omni die sissure ante suam consolida
tionem debent calefieri et mollificari

mundificatiua ℥ 9
...

maqua calida et cum mollificate debet
extergi cum panno lineo et post hoc
cum unguentis et medicinis curari
Hoc enim remedium preservat et defendit ypsas
sive vel uniquere eliciunt et destruunt
eas que facta sunt est ut homo qui
timet ab aprilis veniens usque ad finem
deferat super calcaneum petiam infu
sam in pice liquida et super illam
petiam et totum pedes ponat subtel
larem factum de panno lini et super
illas deferat alium subtellares facti
de pelle nova continentes totum
pedem et postea deferat super
omnia ista caligas duplicatas lar
gas et non deferat subtellares
de corio neque ocreas manebit enim
illesus tota yeme absque aliqua gra
uitate si deus voluerit Sequitur

Hec est secunda pars is
tius capituli primum in quo
determinat de caute
la venenosarum rerum et
collectionibus et aggra
uationibus manifestationis
venenosorum et morsu ve
nenosorum animalium &c

E venenis quedam sunt
que dant occulte et
operantur occulte et quedam
sunt que dant manifeste
Que autem dant
occulte et occulte operan
tur sunt herbe et sca
monea et silia que miscentur in ciba
tis habentibus superfluas dulcedines
aut superfluas acetositates que eorum
obtinebunt saporem et odorem
et nulla venenosa non admittitur
eorum virtutem quam paulatim alte
rent complexionem et eam mutent in
contrarium nature hominis et sic per longum
usum et continuum finaliter interficiunt
et sicut sunt res venenose vel animalia ve
nenosa que cadunt in cibarijs ex herbis vel
que per accidens et occulte submerguntur
in vino quod est in vasis que dimittuntur
ad aerem extra domum vel que in cellarijs
absque cooptorio reponuntur que de illo
genere sunt Nam secundum plurimum animalia
venenosa diligunt odorem vini et adipi
scuntur unde quidam moriuntur in ipso et quidam
bibunt ex eo et vomunt in ipsum Et etiam
sic dicitur de puella que nutrita fuit vene
no a principio sue natiuitatis ut interfice
rent reges qui cum ea coirent vel con
uenirent et dicitur quod saliua eius interfici
ebat animalia et de vetula que usa est
napello ita quod nutriebat ex eo Que
autem operantur manifeste et dant mani
feste sunt napellus et opium et silia
que dant manifeste causam nocendi
vel sicut animalia que manifeste mordent
in vigilijs et in sompno ut serpentes
et canes Unde propter tales modos
nocendi cum venenosis que sunt in am
bus bonis et malis hoc bus accidunt
indiget quilibet homo qui timet de exhibitione
venenorum ne destruatur Cautela et
preuisione in talibus ut venena non
noceant vel ut debilitetur virtus eorum
ut parum noceant et non interficiant
sicut est usus medicinis de aqua et
medicinis de nucibus et ficubus et
usus tiriace de terra sigillata et me
tridati et usus tiriace maioris que fit
de vipera Nam ut multum dicit Avicenna libro v.
in fine capituli in quo narrat utilitates
tiriace et almansor viij. libro primo capitulo
in quo ponit aggrauationes et summas
medicandi venena et hoc in hoc con
veniunt quod usus medicinarum que valet
contra venena defendunt hominem ne a
venenosa noceantur vel impediunt ut parum
noceant et specialiter usus tiriace maioris
que sic fit de viperis unde quando aliquis
sapiens vel timens de veneno sumpserit
in ebdomada bis vel ter aut semel ad
minus ʒ .ß. tiriace de viperis cum ʒ .ij.
vini calidi in yeme vel vini limphati in
vere et autumpno vel aqua frigida in estate
non metuere et egritudines pestilen
tiales neque nocebunt ei venena si deus
voluerit Preter hec oportet habere

cautelam in modo comedendi de re
et quantitate sicut homini timenti de
veneno ut non statim comedat de
cibariis vel re cum enim putatur sed
oportet ut sint duo vel unus quod
melius est qui de illa re prius come
dat per tempus et de illa plus in quan
titate quam timens de veneno come
dat ex isto enim modo sumendi rem
timerosam manifestabitur timenti utrum
nitre [?] sumenda sit ad de quo sit timendum
vel non. Caveat sibi timens de vene
nosa re ne ei exhibeatur ab omni re in
qua dulcedo aut acetositas vel unctu
ositas vel acuitas sit multiplicata
nam sub talibus saporibus et rebus pos
sunt res venenose optime exhiberi
absque premissione nisi supervenerit
cautela quam ante diximus de hora
et quantitate comedendi id quod putatur.
Cuiusque cibus vel potus vel aliqua
alia res malum habuit saporem odo
rem vel colorem relinquenda est et
maxime si reputatur absque cautela an
dicta de modo et quantitate recipi
endi rem. Conveniens et utile est ad
cautelam veneni pertinet ut timens
de veneno non laudat tamen animal quod
ignorat naturam quam nescit nos sum
mittat neque corpus suum extra fe
rri [?] faciat in mansionibus ubi est
venenosorum animalium sint fenestre
clause et fugentur animalia ut dicemus
inferius. Cum quis morsus fuerit et igno
ratur cuius sit morsura vel punctura
illico postquam patiens morsum
vel puncturam senserit liganda pars
que super est loco morso et est locus
sugendus cum ventosa vehementer
ignita inde extrahendus et est impo
nendum emplastrum super locum patien
tem factum ex pullis in medio scissis [?]
talis existentibus aut depilandus
est pullus ex partibus que sunt circa
anum et ponere foramen ani pulli
super morsuram vel puncturam extra
het per suam calliditatem et motus ve
nenum ad se attrahit venenum ad
exteriora aut per medicinas ru
bificantes attrahentes que sunt
necesse allia et sinapis et cicuta
ut

et sepe et similia que inferius dicentur
Aut per similitudines sicut adeps
ad morsum corcodrilli et caro vipere
post abscisionem extremitatis eius
in abstractione veneni sui et sic de
aliis. Postquam vero eger existimo
curandi senserit quievisse dolorem
vel ad corporis profunditates pene
trando accidere senserit iam ad
erit bonitatis species. Et si hoc
modo non fuerit ponatur supra punctu
ram emplastrum quod sic fit: Recipe fimi
columbini mentastri ana pistentur et
ferte [?] et incorporentur ut fiat emplastrum
ex vino et sulfure super locum.
Aliud. Recipe castorei sinapis serapini
asse sulfuris stercoris columbini men
tastri pulegii cimini ana pistentur
perfecte et incorporentur et misceantur
cum pice et oleo veteri agitando
cum pistillo in mortario donec
mixta sint omnia simul et incorporata
et postea loco superponatur in modum
emplastri. Si autem infirmus aliquam
senserit frigiditatem in membro et ex
eius emplastri suppone remedium
senserit et rebus studere ipsum curare.
Si vero ex rebus talis nocumentum
manifeste senserit ex rebus et
emplastris fortis curare studet et hec
est generalis regula in cura veneno
sorum et etiam aliorum. Primo enim quatri [?]
dencia in loco emergunt ut apparet
oportet sapientes medicum medi
cinas invenire convenientes. Commune
remedium ad omne venenum ebibitum
et non ebibitum est tiriaca de vipis
et vomitus et etiam omnis alie ti
riace quas in antidotario faciemus. Similiter
in quacumque hora homo timens de
veneno incipit sentire nocumentum
vel mutationes consuetas et estima
tiones post assumptiones alicuius
rei quam hic facere non deberet in
continenti attribuatur ei aqua tepi
da et oleum in potum de quibus ita
repleatur ut vomat et confortetur
natura cum positione in unctis in
oleo et cum manu (digitis) ut vomitus
fiat. Si autem purgaret natura
in vomitu faciendo coquatur in aqua

Emplastrum pro puncturam

Remedium commune ad venenum

Vomitum

lupos et similia et ea interficiunt

Animalia autem que fugant venenosa animalia ut serpentes et rapacia ut lupos et similia sunt aliqua animalia et herbe gumme et plante et lapides et terrene vene ut sulfur et similia. Animalia fugantia alia animalia timerosa et venenosa sunt cati et furones et pavones grues et gallus et gallina et ciconie cigni et mustela et cervus et similia hiis. De natura enim eorum est rapere animalia venenosa et ea interficere et debent talia in turribus et domibus et locis timerosis et putridis nutriri. Semper timens de animalibus venenosis si potens fuerit debet habere lampadem luminosam in loco ubi dormit et cum hoc debent homines esse ibi apud lampadem qui submissa voce in modo conveniunt continue de quolibet. Nam propter lumen lampadis et propter voces ibunt venenosa ad ipsos loquentes et locum in quo dormit dominus dimittent. Et dicit propterea si smaragdus et melior etiam posset si teneatur in manu vel digito fixata in anulo quod de proprietate fugat animalia venenosa. De hiis que expellunt serpentes de domo de locis in quibus homines morantur sunt suffumigationes que fiunt cum cornibus cervi aut unguibus capre aut sulfure et capillorum humanis. Si siler silvester vel siler satidonis ponatur in foraminibus serpentum fugient serpentes vel non exibunt a cavernis. Si autem domus vel locus in quo quis dormierit suffumigentur cum galbano serpentes fugient. Si autem aspergitur domus vel camera cum aqua in qua sal armoniacum fuerit dissolutum serpentes ei nullo modo appropinquabunt et si de ista aqua fundatur in eorum foraminibus moriuntur. Cum autem aliquis tenuerit in ore salem armoniacum donec sunt dissolutus et postea

spuerit in os serpentis moritur. Cum enim domus vel camera suffumigatur fuerit ex pice aut bdellio fugabuntur serpentes et similiter ex serapino si ungantur pannum ex pice nigra vel pice navali et ponatur in foraminibus serpentum expelluntur. Cum in orto multiplicatum fuerit abrotanum fugient serpentes a loco illo et si ex eo fuerit locus extus vel camera fugient serpentes. Cum fetus ignis vel fumus de granatorum lignis in loco expellet serpentes et plurima venenosorum animalium. Si ponatur sinapis tritum in foraminibus serpentum fugat serpentes. Dicitur quod si vipera bonam intueatur smaragdum mox eius oculi eliquantur et fluunt a capite. Et preter ista sunt unctiones circa corpus ad fugandum serpentes sicut est que fit in unctione ex oleo quod sic fit. Recipe foliorum pini vel foliorum cypressi granatorum iuniperi foliorum agni casti abrotani radicis herbe de qua fit asa assodillorum dauci carpobalsami radicis nasturcii ana ℥ s. pistent omnia simul et ponatur vel pistetur unumquodque per se et ponatur in oleo ex quo linatur corpus totaliter. Aliud recipe radicis herba de qua fit asa flores cypressi granatorum iuniperi ana ℥ ii radicis mandragore ℥ i carpobalsami cassie ana ℥ iii terantur et coquantur cum oleo donec recipiat spissitudinem et fiat ex eo unctio. Aliud recipe affodillorum ℥ i carpobal. seminis iusquiami et albi ana ℥ iii terantur et misceantur cum oleo et aceto et fiat in unctio. Aliud ad idem recipe flores pini ℥ i radicis mandragore ℥ ii seminis iusquiami albi ℥ iii terantur et misceantur cum oleo et fiat in unctio. Aliud ad idem recipe flores pini granatorum iuniperi ℥ ii storacis ℥ i misceantur cum oleo et linatur corpus ex eo. Si linatur manus ex succo dragontee scilicet herbe bistarte vel ex succo eius vel decoctione eius non mordet ipsum vipera. Et de illis que interficiunt serpentes

Effugatio scorpionum

est spiritus lenium specialiter colerici pro
lectis in os serpentis et maxime
quando colericus ienunus fuerit more
suo salivam .i. immoniatur. Effugatio
scorpionum quando multi scorpiones
capiuntur et ex eis domus suffumigatur
omnes alii fugiunt. Dicitur quod mures in
cauda venantur scorpiones et eos
comedunt. Si domus cum sulphure
et galbano et ungula asini fuerit
suffumigata fugabuntur scorpio
nes. Si oleum fundatur in ipsorum fora
mina non exibunt amplius sed
fugiunt de loco. Dicitur quod formice
comedunt scorpiones proprie illos
qui vocantur ietaret .i. parvi qui in
foraminibus murorum morantur. Si dis
solvatur in aqua fetida assa et ex
eo vertetur locus non ibi appropin
quabunt scorpiones. Et si perunge
rentur in pice navali vel nigra
aut ex assa resoluta et foramina ip
sorum in ungendo et cum dentes non
exibunt inde ulterius.

Effugatio pulicum

Effu
gantur pulices quando rorantur domus
ex aqua in qua cocta fuerint ab
sinthium colloquintida et nigella et
interficiuntur. Similiter si rorentur
domus ex aqua in qua fuerit silvestri
vel sacerdotalis coctus fuerit
vel ruta aut oliander omnes puli
ces moriuntur. Scriptum est si
herba per sicciaria vel herba nigra
in lecto posita fuerit statim fiunt
pulices et capiuntur de leni. Et
dicitur quod fugiunt ex odore caulis et
foliorum oliandri. Dicitur si fiat fovea
in angulo domus in qua ponatur
ad sanguis vel sanguis ita quod os
pulices ibi colliguntur et moriuntur.
Et si ungatur lignum ex adipe quod
omnes congregantur super lignum
illud. Sed tamen attendendum est
quod nichil est melius in effugando
pulices quam habere camisias mu
das a brevia et omni superfluitate
et sepe mundare linteamina et cami
sias et omni die purgare locum cum
scobis et rorare ipsum cum aqua frigida
et omni die omni hora qua homo
exit de lecto si cooperit linteamina

et pannos lecti ventare ad aerem
et solem et sic dimittere usque ad
horam dormiendi. Hic vero mo
dus pulices et cimices et similia
solet mirabiliter effugare.

Effugatio cimicum

Cimi
ces et scarabeos mirabiliter fugat
fumus factus ex palea vel stercore
vaccino et fumus vitrioli. Vitrioli
de quo fit incaustum et nigella et
si fiat ex predictis suffumigatio
si postea mordent non multum in
ferunt nocumentum. Si inungatur
cum conchilia marina cum oleo et po
natur iuxta lectum valet ad hoc.
Dicitur quod si fiat fumus ex herba ma
rina cum oleo et ponatur iuxta lec
tum que appellatur origa fugat
scarabeos.

Effugatio muscarum

Effugantur musce
ex aqua in qua coquitur elleborus niger
si ponatur arsenicum in lacte omnes
musce moriuntur que illud lambere
lac vel fugiunt. Fumus etiam thuris
fugat eas sed melius in hoc casu om
nibus rebus est ut homines domus et lo
ca sua omni die mundet et munde ab
omni re ex qua musce possint tempore
alimentum. Nam per privationem
alimenti alonge removebuntur. Mu
res fugiunt si domus de vitriolo de
quo fit encaustum suffumigetur
si ex mica sengi et aqua ferri et
realgar et farina et oleo fiant
bronsti et comederint ex eis hoc
medicamen omnes fiunt. Tradaltur
porse et misceatur cum farina et
pinguedine porci et fiant bronsti
mures mirabiliter interficit et
specialiter si aliqua in domo non inve
nerint comestibilia. Dicitur quod si
unus ex muribus castretur et di
mittatur quod omnes alios interficiet et
eos fugiet. Et si unus ex muribus
capiatur et ligetur in medio domus
cum corda subtili alii ab eo fugient
vel de suis foraminibus egredientur.
Item si quis unum ceperit murem
et eius excoriaverit faciem et
dimiserit eum omnes alii fugabuntur.
Sed in effugatione murum et
eorum destructione nichil melius
invenimus nostro tempore quam pinna

magnus habens aliquas eminentias
in modum alarum et longitudo eius est
circiter unius cubiti et interficit in
duas horas et accidit ex morsu eius
singultus et alterius color stupor
et frigus membrorum et sopor profun-
ditas et clausio palpebrarum cum vehe-
mentia pulsus cordis qui est proprius
ei et magnitudo doloris eius est
ut dicetur iam inferius. Aspersitus
sicut assilatur in proprietatibus et si-
gnis predictum dicte et cura eius est
eadem cum illa et eius longitudo est
a tribus cubitis usque ad quatuor et non curatur
quia interficit a duabus horis usque
ad tres. Serpens qui appellatur
spuens et asilus cuius longitudo est
usque ad duos cubitos et non valet
in eo nisi curatio illis qui mordent
aliquis remanet qui morsus est
absque sensu et motu quietus dor-
miens et cum hoc incurrit clausionem
oculorum et colli torsionem et spasmum
et pulsus moderatus et non sentit
dolorem sed quando sentit in medio in-
testinorum colorum ex hoc sties quia
vidi ipsum intromittentes violenter
digitos suos in ore suo et evomat
et dicitur quod hic serpens elevat caput
suum ut expuat venenum et narrant
ab eisdem quod locus morsus eius est
parvus secundum quantitatem acus absque
apate vel inflatione et currit ex eo
paucitas sanguinis parvus et niger
et non vivit qui morsus est ex eo
usque ad dies tres eo quod accidit huic
omnes sine tenebrositas oculorum et in
visceribus dolor intollerabilis et in
ore siccitas et sopor profunditas et
alia dicta superius. Cornuta de qua
dicitur serpentis longitudo est ab uno cubi-
to usque ad duos et super caput eius sunt
due eminentie sicut duo cornua
et color corporis eius est sicut color
cineris et eius venter est sicut squame
sicce due que stridunt super terram
cum strepitu et eius dentes sunt equa-
les venenum et plurimum est habitatio
eius in locis arenosis et est plurium ge-
nerum quedam appellatur parva propter cor-
nua parva eo quod illam cornua tendere

et aut propter brevitatem sui corporis et nominantur
omnes eodem nomine et sunt eiusdem operati-
onis et effectus et dicitur per viam cognitio-
nis quod sentiunt in loco morsus eius quasi
clavum acutum et inflantur labia oris
morsi et accidit vertigo et tenebro-
sitas oculorum et destruuntur ratio etiam
incurrit maximam corporis gravitatem.
Indus vel reduffaris cum est magni
nominatur agrestis indus et quando habi-
tatio eius est in campo vocatur reduffa-
ris et accidit ex morsu eius in primo
dolor vehemens et ut inflametur
locus morsus et fit viridis et accidit
cum morsu vertigo et vomitus colere
fetida et motus inordinatus et ultimo
delusitas et mors in tertia hora et non
transit tertiam secundum plurimum ut dicitur
vel contingant ex hominibus cum sunt morsi
a quibus non sanatur forsitan.
Serpens qui vocatur pdzia nobis
non est sed dicitur quod eius morsus egre-
ditur et dilatatur et dolor eius ossifi-
catur et egreditur ex eo humiditas mul-
tum fetida valde et eius curatio fit diffi-
cilis et prolongatur quare convenit ut
consideretur in cura eius cum sollicitudine.
Serpentes omnis quos nominavimus usque
ad locum istum appellantur surdi eo quod
non audiunt operantur aut suos effectus
propria natura et dispositione et nos
ponemus curam generalem convenientem
omnibus tangendo de propria cuiuslibet.
Preter hec serpentes diversificantur
ex masculinitate et feminitate et sunt
masculi deteriores feminis quamvis
femine sint plurium dentium et plura vel
non sexus. Et iterum senes deteriores
sunt iuvenibus propter siccitatem maiorem
ex non etate et cum hoc magni sunt
deteriores magnis parvis et etiam
in eadem specie. Et serpentes qui habi-
tant montes et loca arenosa sunt
deteriores hiis qui habitant loca
aquosa et litora et hoc quia venenum
mitigatur propter humiditatem locorum et ite-
rum famelici et irati sunt deteriores re-
pletis et quietis illam propter replecionem
et quietem mitigatur acuitas veneni
et preter istud venenum serpentum est
estate deterius quam in yeme quia

Serpens spuens nana

Cornuta

15

ex tempe calio acquirit acuitates. Quidam estimaverunt q venenu serpe ntu et viparu sit frm pp illud q accidit morso ex vipera vel serpentibus nisi quia calor nalis et spus resolunt a veneno natura sue acuitatis et vene nositatis. Nam serpentes no ex eo q mortificant in yeme sunt frig complonis sed ex eo q sin pauci calo ris respectu sui corporis et tempis fri. Cura serpentiu surdorum erit cois omnibus et de quibusdam pticlaris et inpticulari pm plurimu morsus sur dorum serpentiu venenosorum non cu rantur eo q subito aut in breui inter ficiunt ut est dictu. Cois cura morsus surdorum procedit statim cu incisione mebri si est possibile aut cum adustio ne ultima penetrante usq ad profu ndu mebri si est possibile aut cu adustione ultima morsi et ve nenati. Nam combustio combutit venenu et astringit meatus ne sper gatur per mebra et totu corpus et si fieret vomitus aut sup repletione ex piscibus salitis cepis sinapi et silibus aut absq repletione cum ox i melle et aqua decoctionis aneti radicis rafani et seis sinap. et alt plures et silibus esset utile valde. Bibere de triaca cum aqua decoctionis pa paveris et castorei sepe et ponere de ea super morsuras et locu vene natu erit valde bonu et conveniens ligare mebru fortiter supra mor suras ne venenum ascendat ad cor est de melioribus rebus. Particulariter considerant morsus surdorum ex parte opationis medicinalis ut in nomine dictu est eo q in morsu eius valet ℥. i. papaveris et ℥. i. castorei con iunctim et sepatim si sumat sup morsuras et ore sumat cu melle vel vino. Medicamen pticlare ad morsus cornute est ut sumat seme rafani cum vino confert et siliter castoreu cum vino et calamentu campestre cu vino et semen rafani utile est in hoc. Et si ponat sal tritu cum pice nigra vel navali sup morsu aut cepe tritu cu aceto mirabile videb

Est etiam conferens ut sumat pati ens nucem capsti cum datis cu gummis miscu de unoquoq ℥. i et s. cum aqua mell vel vino aut sumat ℥. ii. aristo. cum vino aut aceto mixto. Et silr succus passu sumat cu vino aut mixto cum aceto et est utile et bonu conferens ut emplret locus cum calce et oleo et calamento et corticibus radicis quercus et silibus singulariter et coniunctim et misceat cum eis omnibus aut cum una illaru vel farina ordei et erit melius. Preter illa venenosa que surda st sunt alii serpentes venenosi non surdi qui nocent pncipaliter veneno pprio et morsura sed non nocent p morsus nocumento de quo sit multu curandu sicut vipera et omes serpe tes mordentes qui non sunt surdi qui habent unu dente vel plures in mandibula equaliter. Nam serpetes qui habent unu dentes in mandibula sunt masculi et sunt deteriores et anti quoris vel maioris veneni quas fere et fortioris opationis et cognoscit inter masculu et femina per vulne ra facta in mebro que vident plura in unoquoq latere mebri morsi a ser pente q est femina aut non videtur nisi unu foramen in quali parte me bri morsi a serpente q est masculus. Signa morsus serpentis venenosi ultra q sit masculus vel femina sunt q egredit a pncipio de loco morso sanguis deinde virus ferviens et for tasse incipit exire aquosus sanguis de inde spumosus deinde ut eruginosus et sic et hinc convertit na ad sbam ve neni et colorem eius et postea appa ret apa calida rubea habens bothor et vesicas sicud fit ex adustione ignis et pambulat cito q deinde fit viride apa illud prope morsum et sb ore et accidit in visceribus inflama tio et rubedo in corpe deinde sudor frigidus et corruptio coloris declinans ad viriditates et commotio vertiginis et frequentia anhelitus et nausea et singultus et evomit. Inde vomitus coleribus et fit difficultas urine et

angulis oculorum et naribus, auribus et per os ani et virgam et cum vomitu et aliquando apparent tortus et de inguine et currit ex eo res parva aquosa et solvitur venter et constringitur umbilicus et fit difficultas urine et absconditur vox et mollificantur membra et fit oblivio et accidit spasmus et cadunt dentes et in firmius moritur. Curatur venenum eorum cum potu vini plurimo et specialiter cum super ipsum fit vomitus maxime postquam comederit ipse morsus ova mollia pisces salitos et allia et bonum est iteretur vomitus super ipsum morsum et postea comedat panem et pisces positos super prunas et comedere uvas passas et semen rafani est ex eis qui confert multum et proprie cum vino et iterum sumere succum peponeris cum radice lilii celestis cum vino sed ratione exitus sanguinis confert albugo ovi cum vino. Emplastratio cum portulaca et farina ordei aut foliis vitis decoctis aut arnoglossa aut gualle et sunt de eis que retinent sanguinem per cauterium et poctum et urtica et ruta cum farina ordei et albumine ovi cum ponuntur super morsuram. Inveniuntur serpentes facientes sitim quorum longitudo est palmus unus et super corpora eorum inveniuntur vestigia plura nigra et eorum capita sunt parva et eorum colla grossa a capitibus usque ad caudas. Et dicitur quod multiplicantur in regione lotiai et assem et eorum forma est forma vipere et color posteriorum eorum usque ad caudas est ad nigredines declinis et incedunt inclinando eorum caudas et accidit morsus ex ipsis ut dicitur ut eius venter ad hidropisim et inflammetur. Quare non sanatur ex aqua vino non cessat bibere absque exitu alicuius rei per urinam aut per sudores ita quod inflatur eius venter totus et currat aqua in venis ipsius et fit ydropisis. Post curationem nihil melius in hoc. Nam statim bibant oleum tales et evomant deinde bonum est eos clisterizare cum eis que educunt feces et humiditates

et trahunt aquam ad inferiora ut clistere facta ex colloquintida et agarico et centaurea et aqua frigida et similibus et ut dentur diuretica postea hoc sunt decoctio que fit ex semine apii spice inde cinamomi asari siseleos petrosilini et silium. Emplastrum fiat super morsuram cum sale calce et oleo et emplastratio cum eis que diximus ad morsum canis rabiosi. Inveniuntur serpentes quidam salientes et volantes et sunt parum breves in nimium et occultantur in quibusdam arboribus et deambulant ut proiciant se ipsos ad illum qui transit per eos et exeunt procedentes ardentes. Et dicunt quidam se vidisse tales serpentes in partibus de Bestrei et sunt ad rubedinem declives et sunt calidi valde et maligni et accidit ex morsu eorum dolor vehemens et transit velociter per totum et fit mors. Sed eius cura est cura canis et cura viparum et dicunt quod eius due extremitates sunt in grossitudine equales medio. Serpens qui appellatur ulicinus vel dirosos habitat in collibus et vineis quod credimus in arboribus que sic vocantur et dicitur quod sunt arbores venenose ut est fraxinus vel egenus et secundum quosdam dicitur quod plures sunt arbores castanearum sed michi non videtur et accidit ex morsu excoriatio cutis illius qui morsus est ab eo et excoriatio illius qui permiscet et curat ipsum et habet odores malignum mortificantem eum qui presens est sive sit ledens sive non et accidit ex eo iterum accidentia viparum morsus. Cura eius est cura viparum et etiam canis dicta primo capitulo et etiam secundo et confert morsui eius proprie bibere vinum et aristologia cum vino et radice affodilli et septefolia. Serpens qui miliaris appellatur habet colorem quasi milii propter suam cecitatem et accidunt ex morsu eius accidentia mala viparum et cura eius est illa cura. Serpens qui vocatur situla habet colorem silem colori serpentis salientis vel volantis ad

Serpens saliens et volans

Cura eius

Serpens illicinus

Serpens miliaris

Serpens situla

dudi partes sed saliens est deterior et cura eius est illa cura. Serpes amess i aspit humida est habens colores diuersos et dr q est ma lignus interficiens in die 2° cum corrosione epat et fractione in testinoz. Cura eius est cura vipaz pacnaz. Serpens tersistul ht accidentia ut sunt accidentia vipa rum fiunt cum inflatione loci morsi et vesic et duritie apparente et cursu humiditat sanguinee nigre ex illo loco et accidit ei albucie ronis et tenebrositas visus et spasmus mortificans. Et cura eius est cura viparum. tamen no ticia hui serpentis non est in scia phioz verificata. Serpens fa mensus vocatus ht morsum siles morsui vipaz et accidit corrup tio et mollificatio sicud accidit ei qui ht ydropisim ex morsu ei et accidit ei profunditas sopni et oblivio et egritudines in epate et in ieiuno et colon. Et iste serpes non est notus ciuaz sed cura ei est ut cura vipaz et cura cois dcu cu° p° et 2°. Serpens qui no minat apiudumz et anchorus sunt sm longitudinem usq ad cu bitu et eoz color est color manet et super eos sunt vestigia Et dr q accidit dolor vehemens ex mor su eius eoz in loco et ipa maxim et currit ex morsu eoz virus et interficiant in tertio die et mora est quinq usq ad septimu. Cura mor sus eoz est cois sed pprie datur eis in potu castor et cinamomum et radix centauree longe maxim liniamentu et radix et dantur de vino quoq. ʒ ij. cum vino et confert et hic radix centaurei longe maxim linamentu et radix asonsis et surcusems et radix gen tiane Et plur bonu ad istum morsum R̷ mell decocti ex terra tr et teriu indican granatoz cen tauree seis lim seis armel volu bilis silvestris rute an pistentur et incorpentur simul et ponantur

super morsuras emplrm appropitu ulceribus putridis valent in hoc. Serpens qui nominat selfir est pus faciens et dr q est in regionib assem et egypto et ht caput latu parum colli curtus caudaz et bene ventres rotundu et non sunt sup caput eius linee et squame sed super corpus eius sunt linee diui colorum et hi cum mordent contin hominem et non vertificant et cum ipa ex morsu eius dolorosius et putrefactio totius corpis post con tritiones eius et casus capillor et qn festinat putrefactio p des illud quod sanu est et dr q est species vipaz. Cura ergo eius est cura cois et cura vipaz et post illud. Cura eius est dns accidentia et dispositiones. Sequit

Caplm iiij. De morsu serpentu qui nocent qn mordent p ipaz mor sus et non per viaz veneni de quo sit curandu. R̷

Serpentes qui appellant dracones sunt de his q hanc habent naim. Et minor draconu ut dr est v. cubitoz. magni vero sunt xxx cubitoz et supra et dicunt hoies qdam sunt duo oculi magni et sub mandi bula inferiori est eminencia sicud mentu et sunt ei dentes plurimi. Et dr q dracones multiplicant in ptibus nubie et indi sunt maiores et illi de nubia q sunt in regione asie sunt usq ad iiij cubitos sed indi sunt magni valde et dr q sunt ut diximus et habent facies et nas et nigras et sunt eis ora vehement amplitudinis et super cilia coope riunt oculos eoz et super colla eoz semper sunt squame et in omi ma dibula sunt tres dentes Et ergo

possum dicere de hoc quod fui in castris medi olani cum domino martino de la turre quem curabam de debilitate nervorum et stupore et tremore eorum in quodam suo castro quod vocabatur petramus et quibusdam eius castellanis dixit eidem domino martino et michi vultis quod ducam vos ad locum in quo videbitis mirabile quod umquam audivistis et nos diximus sic et nos cum eo et quibusdam aliis hominibus ivimus et ipse castaldus duxit nos post ista verba ad quendam locum desertum in quo maxima materia lapidum secundum longitudinem facta erat et cum fuimus ibi ipse castaldus cum multis aliis hominibus dixit quod breve tempus erat quod viderat in loco illo unum spolium serpentis cuius longitudo erat per bonam mensuram ad suum cubitum plus xxx cubitis et videbit os spolii serpentis magnum in tantum quod puer x annorum intrasset absque lesione et homines qui mecum erant et homines de terra illa veri ficabant hoc et propter hoc bene possumus credere illud quod dicit avicenna de hoc quod est prope veritatem. Et scivit Aristoteles sapiens quod tales dracones inveniuntur et possunt inveniri in aliquibus regionibus preter quam in india. Accidit ex morsu eorum dolor parvus deinde inflammatur et masculi sunt deteriores feminis et cura eorum est ut cura ulcerum putridorum et malorum ut dicemus in cura canis rabiosi. Adedisimonpsin dicitur quod est de genere draconum et accidit ex morsibus eius simile ex reliquis morsibus draconum et dicitur quod dentes draconum sunt vehementes et propter hoc accidit de proprietate draconis ut contineat carnem membrorum que mordet unde magnificatur timor in vulnere eius et sic indiget cura vulneris malorum valde. Morsus draconis marini curatur cum sulfure et aceto et dicitur quod cum adeps corcodrilli emplastratur confert et pluribus cum fricatur super ipsum inunctio et medicine quas scribemus capitulo de morsu rutele sunt utiles et hic et proprie tiriaca parva et communis et basi-

licus bibitur et emplastratus confert ei. Hazentarcen dicitur quod sit de genere draconum marinorum et accidit ex morsu eorum illud quod ex morsu viperarum. Alkoterathiz et hamabi sunt serpentes ex morsu quorum accidit dolor vehemens et plurima sitis et stupor et mors procul dubio et cura eorum est venenosorum fortiorum. Emplastretur eorum morsus cum aceto tepido et foliis lauri et inungatur cum oleo rosato et oleo de pizelio et silibus et ex oleo calido mixto cum squilla et urtica et detur in potu ei cui non est morsus succus foliorum lauri cum aceto et cum ysopo et ruta. Aliud R nucleorum piperis rute ana aur. iii vel ii datur cum vino et post tiriaca quam dicemus capitulo de rutela est in hoc est utilis valde. Sequitur

Capitulum v. de morsu et quadrupedum etc.

Ille morsus cuiuscumque malus existit est deterior qui fit a ieiuno sive sit homo sive sit non homo. Propterea morsus malus fiunt infusiones unguentum et spinarum et silium. Primo nam in eis ponitur oleum calidum cum panno vel lana aut quod inungitur cum oleo astringendo deinde si videtur tibi quod malicia infixionis vel morsus augmentaret impedificet locus primo cum suctione ventosarum et post suctionem emplastretur locus cum cepis pistatis et mixtis cum melle et fabis masticatis sicut sunt aut cepis melle et sale et silibus vel cum oleo mixto cum euforbio et castoreo post remotionem suspectionis infusionis vel morsus mundificetur locus cum unguento apostolorum et consolidetur.
Unguentum nigrum est de melioribus rebus in isto casu post cessationem apostematis et suspectionis infixionis vel morsus quod sic fit. R litargiri z. xx. et tutie et cubellarum olei lb ii aceti lb x. Decoquantur inducendo donec coaguletur et ponatur super

ipsum postquam coagulatur id est rubet
humor iste cum et rubellata erit
ampulla si fuerit necesse confortando
partes membri que sunt circa infixi
ones vel morsuras cum oleo rosarum et
pulvere boli ar. et aceto mixtis et
positis illic ad modum epithimatis
cum pecijs et tunc infirmus bibat
vinum degranatum cum aqua frigida vel
agrestam vel vinum agreste cum aqua
tripla ad vinum et comedat succum
ordei vel farri vel micam panis
lotam in aqua et similia. Continue
super vulnus factum ex spina vel
unguibus animalium et similibus [illegible]
ponatur seu pix liquida. Curant enim
sumne tales talia vulnera postquam
cum oleo bene sunt mundificata.
Morsus hominis in homine et morsus ani
malis curatur cum cepe sale et melle
mixtis et positis super morsuram aut
cum unguento facto ex adipe cervi et
oleo et curatur etiam valde bene cum
emplastro facto ex cinere aceto et melle
et cepe et iterum cum thure minuto tri
to et mixto cum oleo et vino. Quod autem
accidit ex morsu hominis et specialiter
ieiuni vel alterius animalis corrupto
oportet ut primo curetur et inungatur
locus morsus cum oleo rubeo asper
gendo et post unctiones emplastretur
cum emplastris dictis vel emplastro facto
ex radice feni. melle et farina fabarum
mixtis cum aqua et aceto et permutetur
sepe in die emplastrum et fiat inunctio
cum oleo omni die. Morsus fit a
cane quandoque rabioso quandoque non rabio
so. Fiunt autem canes rabiosi propter con
versiones sue complexionis naturalis ad malam
malis cibis et potibus aut per viam
sue creationis. Ex aere calor accidit
cum calor in aere vehemens com
burit humores in canibus qui alterant
eorum complexionem et fit rabies et specialiter
in autumpno. Fit rabies etiam cum
vehemens sit frigus in aere quod
congelat sanguinem in canibus et fiant
ipsi declives ad ingrediendum alterum
per hoc eorum complexiones et fit in eis
rabies. Primo fit rabies ex cibis et
potibus cum lambunt canes sanguinem

Canes fiunt rabiosi

mortuorum et comedunt ex cadaveribus
et bibunt ex aquis putridis replentur
melancolia putrida et alterantur eorum complexiones
et fiunt furiosi. Quandoque fit per naturam
quam contrahunt ex semine cum materia impri
creatura sicut accidit in lepra. Signi
ficationes quod canis est rabiosus
sunt quod non comedit et famem patitur
et non bibit aquam et quod color totus
et facies totius alteratur et timet cum
videt aquam unde occupatur ex visu
aque et tremit et multiplicatur tene
brositas in oculis et est semper solita
rius et fit ignarus et non cognoscit
dominum suum et fiunt oculi eius rubei et
vehementer aspectus et extrahit
linguam et currit saliva spumosa
ex ore eius et fluit nasus capite
eius demisso et auribus eius mollifi
catis et movet eas ambas et inclinat
dorsum eius et specialiter ad latus et
ambulat timidus et declinis quasi
sit ebrius tristis angustiosus et prope
rat omni passu et cauda eius firmatur
inter coxas et currit contra omnem for
mam que ei occurrerit in vadendo ipsa
sive sit paries aut arbor aut animal et
parum et obscure cum raucedine
latrat et cum latrat fugiunt alii canes
ab ipso longinquo et fit instabilis
et manet [illegible] et squalidus totus
et cum presens fit alium canem non ra
biosum repente blanditur ei et obedi
ens fit inter manus eius et conatur
fugere ab eo. Et lupus rabiosus
est deterior cane et sunt multa ani
malia rabiosa sicut vulpis et lupus et
mustela et multi ut dixerunt quidam.
Et cum canis rabidus vel aliud animal
rabiosum hominem momorderit fit vul
nus dolorosum in principio sicut sunt vulne
ra aliarum rerum et post tempus repentine
in eo forme timoris et incipit ex
pavescere et vigilare plus solito
et deficit appetitus comedendi aque
propter et desiderat esse per se et
habere alios homines odio et incipit
murmurare absque causa manifesta
et fit vox morsi rauca et plorat
timore aque et hiis similibus et quo
ciens approximat ei aqua ymagina

canē quare timet ex ea et quandoque non tre
tur ex aqua primo nauseat eam scilicet
aquam et diligit voluptatem meretriciam quandoque
et amittit pro ierhio spermatis absque de
siderio et fit spasmus et sudor frigidus
et sincopis et mors et quandoque moritur
ante has dispositiones et desiderat
aquam quandoque deinde proclamat ex
ea cum obviat ei et sorbet ex ea quandoque
quare strangulatur per eam et moritur
et latrat sicut canis et fit raucus et
abscidit vox eius quandoque et fit sicut ap
poplecticus non valens tollerare ut
clamet et quandoque mingit pinguedinem
in qua sunt res carnose mirabiles que
sunt animalia et quasi canes parvi et
urina eius secundum plurimum subtilis ap
paret et quandoque mingit nigram et urinam
aliquando retinet ita quod mingere non va
let et fit strictus sicut in ventre secundum
plurimum et fit homo promptus mor
sus ad mordendum homines quibus ho
minibus morsis accidit post tempus illud
quod accidit ei qui morsus fuerat
et non territus est ab aqua aliquis
morsus ex cane vel homine rabioso
qui evaserit per curationem aut absque
curatione et max(ime) cum viderit fa
ciem suam in speculo et non cognovit
seipsum aut cum ymaginatus
est canis. Nam duo viri de quibus dicitur
quod morsi fuerunt ab homine qui morsus
erat a cane rabioso et dicitur quod mortui
morsus ex cane rabioso timorem
et moritur ad dies xl. secundum plurimum
et quandoque usque ad ebdomadam et quandoque
usque ad vi menses et fingit aquibusdam
usque ad annos vii sed non creditur
verum est. ⸿ Cum vero morsus
fit a cane non rabioso quod scietur
per permutationem signorum significan
tium super canes rabiosum curabit ex
emplastro facto ex cepis sale et melle
mixtis et pistatis simul et fricetur morsus
quod ponitur super vulnus per dies
et noctes integram et post illud cura
bitur tale vulnus vel morsus et sic
morsus canis leonis et omnis animalis
mordentis absque rabie et proprio
veneno cum unguento nigro quod sic
fit. Recipe galbani picis liquide

sepi alicuius animalis ana ℥ 1 liquefiant
in caccabo ad ignem et colentur et fiat
unguentum. Hoc enim omni die bis calidum super
morsuram et vulnus ponatur. Nam de
proprietate huius unguenti est mundifica
re plus omnibus aliis unguentis morsus
et vulnera que fiunt sagittis spinis
unguibus avium et animalium et rostris
et dentibus animalium et specialiter appa
rebit propter hoc utilitas huius unguenti
ut diximus si observabitur in principio
vulneris illud quod supius dictum est scilicet
de dilatatione vulneris et cum oleo calido
et de eius curatione et corrosione et at
tractione sanguinis ad exteriora cum
cepis et sale et melle mixtis. ⸿ Cura
vero canis rabiosi vel alicuius canis
rabiosi est ex parte diete et potus
omni modo ut dictum est circa de melia in sequ
in potu morsi a cane rabioso debet
omni ingenio aqua multiplicari et si
esset iam dispositus quod nollet videre
aquam superveniat discretio boni medici
quod cum bubulba vel coannilla vel stringna
ta recipiat aquam preter quam eam videre
possit ponendo in ore infirmi bubulba
vel cannam stringnatus ut aqua os in
firmi et gulam libere intrare possit
absque aliqua prevetione et posset
primo debet a principio mundificari cum
medicinis dictis eo circa si fuerit ne
cessarium et specialiter cum accidentia
melie iam manifeste incipiunt appa
rere timoris seu rabiositatis. ⸿ Cura
vero ex parte loci et defensionis cum
medicinis exhibitur ne inferius mane
at rabies et si mane erit ut emendetur
si est possibile est, ut statim in principio
morsus canis rabiosi vel ad minus
usque ad dies tres attrahatur sanguis
cum ventosis ab ore vulneris
et post attractionem sanguinis cauteri
zetur vulnus per fricationem usque ad profundum
cum ferro ignito. Nam post dies
tres hec cura non esset utilis eo quod
venenum iam post dies duos vel tres
diffusum erit per totum corpus et posset
removeri per istam operationem in loco
vulneris primo talis operatio per dif
fusionem veneni in totius corpus
confortando locum vulneris fuerit

medificamen plus ... unguentis aliis

Cura canis rabiosi ex parte diete et potus

Cura ex parte loci ... rabie ...

venenum plus currere per corpus et fa-
ctis semper enim a principio ponant super
loca vulneris ea que habent vul-
nus dilatare et prohibere ne con-
solidetur ut sunt sicut sinapis mel
anacardi et cepe cum melle et sale et
eruca et filia et non expectet in
cura morsus a cane rabioso specialiter
vel animali rabioso ut incurrat terro-
rem ex aqua vel humiditatibus quia
postquam territus fuit ab aqua non
curabitur et specialiter si complexio eius
sicca fuit. Nam cum complexio fuerit
humida tardetur longius et timor
aque et causa quare terrentur morsi
a cane rabioso est quia cum complexio
venena sicca in membris firmata
fuit et facta fuerit mansiva venu
ut corruzius et recipe illud non potest
ymo sequitur siccitates et finaliter
interficit sed antequam appareat
vestigium timoris et fisionis [illegible]
sicce ex veneno optime per medi-
cinas et regimen curari potest propter
has causas contrarias ex complexione
sicca vel humida que est in hominibus
Tardatur timor in morsu aliquando per
unam ebdomadam quandoque usque ad duas
et communiter usque ad dies xl et in humidis
et pueris et mulieribus usque ad men-
ses sex. Medicine ebibite et
emplastrate que curant morsum canis
rabiosi et preveniunt ne morsus
ex cane rabioso vel animali rabioso
incurrat rabiem sicut sunt primo illud
quod bibitur est tale Recipe cineres cancrorum
adustorum cum suis testibus et
totalitatibus in furno vel testula
postquam triti et cribellati fuerint
℥ x gentiane ℥ v thuris ℥ i te-
rantur et bibent et misceant omni
die a principio usque ad dies xl continue
recipiat ℥ iii vel ii vel i adminus
de hoc medicamine cum aqua frigida
hoc medicamen si datur a principio
continue operatur manifeste quod morsus
ex cane rabioso non incurrat rabi-
em et etiam si iam inceperit timere
et continuabit hoc medicamen usque
ad tempus dictum postquam inceperit
sume spiritum perfecte curatur. Similiter

etiam de terra in terram dierum ℥ ß hora
re bone hora qua vadit dormitum
cum ℥ iii vel iiii aque frigide que erit ad-
iuvans in hoc et utile. Emplastrum
quod debet continue super vulnus usque
ad perfectam curationem sic fit Recipe areti-
um lb i et ß oppopanaci ℥ iii picis
liquide albe lb i bulliant adminus
donec incorporata sint et facta in
modum spissitudinis et emplastrum super-
ponatur super vulnus et non sit aliquis
alius ausus negligere alia que debent
fieri in primo iuxta cum propter istam me-
dicinam sed procedatur cum dieta
et mundificatione humoris melius et
ventosatione et cauterio ut supius
plenarie est dictum. Morsus rapa-
cium et precipue unguium ipsorum ut
leonis et leopardi et luporum et similium
et morsus corcodrilli et simium cati
mustele muris et mugalle et omnis
animalis cum morsu fit dolor malus
et timetur ne venenum inferat ut dictum
est in cura canis non rabiosi cum
emplastris ventosationibus et mundifi-
cationibus et cauteriis dieta et potibus
et omnibus aliis rebus preter quod medi-
camen de cineribus gentiana et thure
non datur nisi contra morsum ca-
nis rabiosi vel animalis rabiosi. In aliis
vero non datur. Nam in medicinis
morsus corcodrilli adeps anseris et
in medicinis morsus simii ponitur
feni et amigdale amare et ficus sicce
Et in medicinis morsus cati ponitur
nigella et sisamum. Et in medicinis
morsus mustele ponitur ficus sicce
et farina orobi. Et in medicinis mu-
galli quod aliter est minus mustele et assilatur
in morsu et morsu mustele ponitur radix
gentiane et coagulum edi et agni et
eruce et filia. Sequitur

Capitulum vi de punctura parvorum venenosorum et morsu eorum.

Scorpiones dicuntur per masculi-
nitates et feminitates et [illegible]
leos et per alas et secundum colores

ut scriptum est in antiquis scripturis
per masculinitates et feminitates, sta
masculinus extenuatus et minutus
et parvus in ventre, femina vero
pinguis et grossior existit. Preterea
quia quidam scorpiones videntur
habere duos aculeos et quidam unum.
Per alas etiam diversificantur quia secundum quos
dam quidam habent alas et volant
et prohibent alii ventus ne cadant
et movet eos de regione in regionem.
Diversificantur etiam secundum colores quia dicitur
quod sunt ix colorum quidam citrini sunt
alii quidam citrini rubei et (?)
et ferrandi virides, nigri habentes
nigras caudas et extremitates cau
darum et sunt quidam vinosi coloris
et punctura eorum sentitur ut punc
tura acus et nocivus dolor et sunt
de eis fumosi et accidit ex morsu
eorum risus et permixtio comis(?). Di
versificantur etiam quia sunt quidam
qui habent vi spondiles in cauda et
morsus eorum interficit. Significatur
morsus scorpionis quia locus morsus
apostematur statim cum duritie rubo
re et dolore protenso et infunditur
locus quandoque et inflatur quandoque et fit punc
tura in loco ut punctura acus et videtur
infirmo ut comprimatur locus cum pila
salis et fit aliquando sudor et tremor labii
inferioris et tonus corporis et frigus
eius et expulsio rei viscose cum vomitu
qui congelatur super ipsum et fit mol
lificatio totius corporis et emmeritia(?)
in inguinibus et tensio virge et accidit
inflatio in ventre et excitatur super
hominem morsum bubus vel tenla(?) et
specialiter si morsus fuerit ab umbeli
co fiunt apata sub ascellis et cruci
atio plurima et alteratur proprie color
faciei. Et si scorpio fuerit fortissime
malitie accidunt omnia dicta intendi
tur et fuit fornica ita quod locus mor
sus apparet cauterizatus ab igne
vel ferro ignito. Curatur cura com
et generali cum tiriaca et cauterio loci
et extractione sanguinis statim a
principio cum punctura ut ventosis. Et
cura eius proprie est cum oleo de scor
pionibus quod sic fit. Recipe aristologie gen

ciane apii coriandri indici capparis
ana ℥ i. pistentur omnia grosso modo
et proiciantur in lb. i olei amigdalarum ama
rum et dimittantur sic per unam ebdo
madam deinde colentur et proiciantur
in oleo illo scorpiones x et stet sic
sub sole tribus ebdomadis deinde
administretur super locum morsus.
Tiriaca ad id valde bona sic fit. Recipe
castorei piperis albi mirre opii ana
℥ i informentur trocisci cum succo aristo
logie vel rute et sit unusquisque in pondere
xxxvi granorum ordei et datur cum
℥ iiii vini valet etiam hoc in morsu
tutele. Ad idem Recipe oppopanacis mirre
galbani castorei piperis albi ana. Te
rantur et conficiantur cum melle
et storace ana et datur cum vino ad
modum castanee. Aliud Recipe radicis
colloquintide capparis absinthii aristo
logie citoree ana ℥ s. fiat pulvis datur
de eo cum vino ℥ tria vini ad pulverem
et magis est cum irrabil (?) cibor cum non
est par. Item si in morsu maliciosi
scorpionis multum datur ii grana
opii et ii musci in conferta cum melle
quod multis confert. Emplastrum bona
si ponatur amaracus super morsura
erit utile valde si fuit contusus et
viridis. Aliud Recipe maiorana sicce
vel viridis et misceatur cum urina
hominis et fiat emplastrum. Aliud proderit
datur ad bibendum cibor valde bonum.
Terantur tres dentes alii et dentur
cum vino veteri optimo et est val
de bonum et fiat ex eis emplastrum super
locum morsus est magis conferens
si deus voluit. Algerarar seu
alcatarii sunt ut scorpiones habentes
corpus gibbosum trahentes post
se caudam et eorum venenum calidum dicitur
et multiplicatur in alohor et malikan
honorato. De punctura eorum non
curatur prima die sed post diem acci
dunt angustie et alteratur color et
crescit quandoque ytericia et lingua a
postematur et rubescit locus puncture
et migit in fine minus sanguinem
et non assellat et incipit cum pulsu
cordis et sincopis et ducitur ad
mortem et non oportet ut negligatur

Tiriaca bona

ad

Emplastra

In bibendo bonum

Algerarar seu Alcatarii

pp[ro]pter levitatem sitis eius quam est mali
veneni. Primo curetur cum clisterio et
medicinis ubibus ad venenum cum
triaca et extractione sanguinis ex
loco cum ventosis et sumat sepe
aquas lactuce et aquam acetose et
aquam ordei et omnia ex tinctura calo
ris et bibat vinum debile multum lim
phatum cum aqua veri frigoris et
bibat vinum de granatis vel succum
de pomis acetosis cum aqua frigida.
Triaca bona ad hoc sic fit: Recipe cor
ticum capparis, gentiane, absinthii,
aristologie rotunde ana, acetose sicce ℥ iiii
terantur et misceantur et sit eius dosis
℥ ii cum aqua decoctionis acetose.
Ad idem Recipe acetose sicce, foliorum
malorum acetosorum, coriandri ana
per equales. Datur de eo cum aqua pre
dicta quantum tribus digitis ter potest
capi. Si autem acciderit inflamma
tio vel calor fortis extinguatur
cum succo fructuum acetosorum et
aqua frigida vel cum eis de succis et
aqua frigida et camphora et curetur
cum aqua endivie. Et si nigrescet san
guines curet cum medicinis ad
tinctus sanguinis. Et si apostemetur
lingua fiat flora [?] in tinctu sanguinis
similiter imprimis circa vulnus fiat
epithima cum bolo armeno oleo ro[sato] et
aliquantulo aceti. Tarantula mor
det ut scorpio et algerat et videtur
quod sit ut et malicie illorum duorum et
est animal quod assimilatur parvo ara
neo quod vocatur phisfir vel capax
et solet muscas venari; similiter vero
magno et araneo et habenti lon
gos pedes assimilatur. Species ta
rantule sunt sex: rubea, viridis et de
picta que est varii coloris, alba lucens
et citrina. Ex morsu rubee sequitur
dolor fortis in loco morsus et tortio
membri et ventris strictura. Sed
ex morsu que est viridis dolor primus
et pruritus qui velociter sedatur.
Ex morsu eius que est varii co
loris vel que est depicta sequitur
fortis dolor et in toto corpore
sitis et tremor. Ex morsu vero
albe sequitur dolor parvus et pruritus

Triaca bo[na] ad h[oc]

Si fiat ardor inflamma[tio]

Si nigra sanguine
p[ro] lingua ap[ostem]a

Epithima cum bolo
ap[ostem]a

Tarantula

Species tarantule

et ventris fluxus. Ex morsu vero eius
que super dorsum habet lucentes line
as et vocatur lucens sequitur primus
dolor et pruritus atque stupor et
relaxatio totius corporis. Sed ex
morsu eius que est citrina habens sup
se nitios accidunt dolor fortissimus
et tremor ac sudor et inflatio ven
tris. Cura omnium equaliter est ut
infirmus sedeat cum membro in aqua
calida donec dolor sedetur. Nam cum
in aqua per unam horam steterit quie
scat et cum ab aqua exierit dolor
revertetur, reiteretur; et cum dolor
quieverit per viam istius loci ex aqua
in qua multum salis fuerit resolute
lini et lana et tunc calefac corpus
patientis et facias ipsum ingredi bal
neum et sudare ipsum in eo multociens
eius per dies aliquos et postea pone
super locum emplastrum quod sic fit: Recipe
cinerum ligni sicci, calcis, salis alkali
vel salis simplicis ana conspergantur
vel incorporentur ex aqua calida et
ponatur super locum. Detur ℥ ii ni
gelle patienti cum aqua calida, erit
hoc utile. Aliud ad idem Recipe nigelle
℥ x, dauci, cimini ana ℥ v, seminis
iunipri, gallarum, cipressi ana ℥ iii
spice, castoree, baccarum lauri, aristo[logie] ro[tunde],
carpobalsamum, cinamomi, gentiane,
plantaginis, seminis apii ana ℥ ii. Te
rantur et pistentur et conficiantur
cum melle et detur de eo ad mensuram
magnitudinem cum vino vetere vel
puro fortiore. Idem operatur medica
men factum contra scorpiones dictum
supra quod fit de opopo[naco] et mirra
et aliis rebus. Ad puncturas vesparum
araneorum, apum, formicarum, polmoni
stellionis, lacerti et pediculorum qui
vocantur piattoi et vermis habentis
pedes xl et salamandre et scorpionis
marini et araneae marine et ranae
rubee. Communis operatio contra omnium istorum
animalium puncturas parvorum et vermium
est illud quod dictum est in cura mor
sus et puncture scorpionis simpliciter
et in cura tarantule, scilicet cum triaca
cordiali et curatis factis in punctura ta
rantule et scorpionis. Cura ipsi

vini nisi quia vermis varietatem habet
ex propriis significationibus corporis ubi
tamen ex morsu vespe et apis accidunt
dolor et rubedo et apostema in loco sem-
flatio aliqua et in puncturam magnum
est aliquando tumor et pruritus et aliquando i-
pacius sed faciunt vesicas in loco mani-
feste et lingua gravatur ex eorum mor-
su aliquando et aliquando fit spasmus propter hoc
et est differentia manifesta inter punc-
turas vesparum et apium quia vespa mor-
det et pungit propter quod dimittit acu-
leum apis vero parva dimittit acu-
leum unum Et apis magna sive habens
magnum caput dimittit aculeos plu-
rimos quandoque Cura omnis vel cuiu-
ens utriusque est ut statim super locum
morsus ponatur succus sansuci vel
pistetur coriandrum et ponatur super lo-
cum et sumat patiens tres res post
succum lactucarum et silium et vinum gra-
natorum et berberis fiat emplastrum super
locum cum malvis violis rosis et succo ci-
holorum et silium accipiatur lenticula
aque et pistetur cum aceto et ponatur
super locum et videbis mirabile
Ponatur iterum pannus infusus in aqua
frigida et aceto et est utilis valde vel in
quibus dissolvatur opium et semen et
iusquiamus et ad complexionem cum succo
lactucarum et solatri et erit conveniens
Aliud bonum et conveniens est ut po-
natur membrum morsum in aqua calida
et dimittatur per horam deinde per-
mittetur subito ad aquam frigidam sal-
sam mixtam cum aceto statim remo-
vebit dolor fricetur statim locus
cum saliva et aceto post puncturam
sedabit dolor et non fiet inflamma-
tio neque apostema Experimentatoris autem
orum aliquando consequuntur sena acciden-
tia ita quod extremitates infrigidantur
et cutis orripilatur et erigitur
virga et tenditur et impletur ven-
ter ventositate Curatur eorum
morsus cum ruta sicca et cyperis
contritis quando datur cum vino et est
conveniens ut patiens sudet in balneo
et post balneum sumat tiriacam et
bibat vinum calidum tota die paulatim
et non subito Formica volans

in medio et circa apium sed est longi-
or eo et habet aculeum et pedes
longos araneales alternos longi-
ores pedibus vesparum et [illegible]
habet citrinum et non ei de ingenio
ad fabricandum habitaculum suum quod
est vespis immo fabricant habita-
culum de luto habente orificia lata
et faciunt pilos ut aranei qui cum
egrediuntur de cavernis suis incedunt
ambulatione aranee et est de medi-
no vesparum secundum quosdam et propter hoc
cura eius non variatur a cura ves-
parum et apium Stellio et lacerta
quando mordent dimittunt in loco dentes
parvos subtiles et nigros et non
cessat dolor puncture donec au-
ferantur dentes cum ferro aut aliquo
ingenio Nam post extractionem den-
tium sedatur dolor Ponitur quan-
doque fimi et oleum super morsuram calida
valde et sedatur dolor et extrahuntur
dentes et si comedatur crocea et
ponatur super locum pistata confert
Detur ei in potu tiriaca rutele
et erit bonum Animal habens pe-
des xl quod quandoque antecedit in iti-
nere suo ante et quandoque retrocedit
habet venenum ut dicitur et habet
xx pedes in qualibet parte et dicitur quod
eius longitudo est quandoque per unum
palmum Curatur morsus eius
cum succo affodillorum vel cum sale
et aceto et dicitur de salamandra ab
antiquis quod est bestiola similis lacerte
habens quatuor pedes et est cir-
ce candide et pensant quidam homines
quod ipsa non aduratur etiam si pro-
iciatur in ignem immo ignis extinguitur
Sed veritas sensualis cum ratione non
manifestat hoc Et accidunt ex morsu
eius dolor vehemens et inflammatio
in corpore et gravitas in lingua et
punctio tremor et stupor et fit quasi
in membro nigredo rotunda in cir-
cuitu membri Curatur cum resina et melle
quandoque sumitur in potu et cum decoctione
foliorum lilii vetere et olei Et quidam
dant misto cum carnis decoctionis et
[illegible] earum et ponunt carnes salamandre
per emplastrum super eius morsuram et testi-

Stellio et lacerta

Animal xl pedes

Salamandra

Cura

cilium campestrem et folia rute. Ex morsu scorpionis marini accidunt inflatio ventris et forma ydropicalis et quandoque exitus accidit ventositatis absque dolore. Cura eius cura rutele et cura com(mun)is. Dicunt sapientes quod aranea maxima est maligna valde quia invadit animalia et corpora et salit idea ex longinquo ut ea mordeat et si mordere non potest sufflat idea nociuas sufflationes et accidunt ex morsu eius apostema magnum et velox perditio quandoque. Curatur morsus eius cum tiriaca magna et cura com(mun)i propria. Si autem sunt aliqui vermes venenosi de quibus sit facta mentio in loco isto curantur absque dubio eorum venena cum cura com(mun)i vel aliqua propria dicta in tractatu isto et deus melius novit. Sequitur

Capitulum vii de mineris que in potu sumuntur et operantur ut venenum &c

Alia nocendi et interficiendi inveniuntur in mineris et maxime in quodam lapide qui sillatur corallo quod dicitur quod sexta ʒ . pinus est interficiens et operatur sua substantia napellus et secundum hoc est de veneris ultimis et veris et accidit ex potu eius ut accidit ex potu napelli. Cura eius est ut vomat cum oleo et viribus et cum decoctione seminis napi et butiro et quod post vomitum sumat tiriacam magnam pinus et dyamuscum et diamargariton et medicines cappa(ris) conferunt in hoc valde. Argentum vivum quod bibitur non ledit ex eo bibens eo quod egreditur cum dispositione sua per inferiora sed quando funditur in aurem accidit dolor vehemens et commixtio cordis et quandoque ducunt ad spasmum epilentiam et apoplexiam propter lesionem substantie cerebri cum frigore eius et commotione et ipsius ponderositate. Sed extinctum et sublimatum est nocivum et mordicativum et inducit ponctiuras

et torsiones intestinorum et de mutilatione sanguinis et gravitate lingue et stomaci ex subtilitate quam acquisivit ex artificio sua mala qualitate actuali ledit stomachum et intestina cum dolore et torsione antequam egrediatur per inferiores regiones. Cura eius est bibere vinum cum aqua mellis et ʒ . iii . mirre una vice post alias multociens et facere clistere cum eisdem rebus et baurach et post illud adhibere ea que conferunt in cura intestinorum ut est dictum in cura fluxus ventris et cum hoc adhibere ea que cor confortant. Cum autem in aurem fuit influxum oportet ut patiens saliat super pedem illius partis inclinando aurem versus terram secundum quod possibile fuerit et non intromittatur iudix neque ad aliud causa colligendi argentum vivum quia cum non possit colligi acquirit commotionem vel intromissione ut magis ad interiora versus cerebrum penetret quare fit error in eius cura per vias intromissionis. Nam solus saltus cum aurs inclinatione sufficiat et specialiter in principio rei. Si potum litargirum ut apostimetur corpus suscipientis et lingua eius gravatur et stertus et urina non retinentur immo semper fluit fluxus ventris et urine et sentit gravitates et in intestinis ita quod egreditur . . . et fit rasura et fit inflatio in capite longanonis et exit in ventre eius quasi glandula lapidea et fiunt dolores et tandem fiunt ylios et fit color corporis similis colori plumbi vel limature eius. Cura introducatur vomitus cum baurach et decoctione seminis apii anethi et ficus et sumat post vomitum ʒ iii mirre cum vino aut spica celtica cum vino colubre bibentis vinum quia curat de proprietate hoc. Et oportet ut sumat ysopum absinthium aut semen apii aut piper cum vino aut ponderis ʒ . viii . mirre cum pondere ʒ ſ . piperis donec sedet et dantur vi grana ... iiii . stamonee in aqua mellis et utatur ribarijs factis ex carnibus agni edi et similium et utatur aperitivis provocativis et solutivis et quandoque per se absque

violenta emittit urinas et sternus est signum liberationis. Exeuntia qui bibit vel intrat per anhelitum corpus accidunt albificatio lingue et membrorum mollificatio et fit tussis et singultus et permiscetur ratio et corpus insudat et cerebrum excitatur et fit sincopis et fit in ventre punctura et mordicatio et in stomacho et in gutture ponticitas et asperitas et in lingua et ore stat dolor et suppositorium et albificatur color corporis et migrat infirmus propter nigrum sanguinem. Curatur quando infirmus comedit fisaminum vel semen lini et bibit vinum purum super ipsum et non permittatur dormire et bibat aquam mellis cum vi granis vel iiii scamonee et provocentur urinas et provocetur vomitus cum oleo delilio vel de aneto vel de camomilla vel de spica et clisterizentur sepe cum clisteri lenitivo et cum oleis et fiat in omnibus ut est dictum supra. Medicina eius qui sumpsit litargirum. Cum aliquis sumpserit gipsum accidit ea que accidunt ei qui sumpsit cerusam sed maior fit strangulatio et malus anhelitus mixto quasi mello. Curatur cum cura ceruse vel cura fungorum et preter hoc sumat in potu mucillagines fenugreci et seminis lini et malve et in dium malvavisci et psillii et similium. Et mundificetur sepe cum scamonea et aqua mellis ut dictum est supra. Si fieret abrasio intestinorum curetur ut dictum in fluxu ventris de proprietate medicatur cum ysopo et ancere extremitatum ut valet in fine quoque solutio ventris plurima existit. Cura argenti vivi est eadem cum istis et insufflant sorbitiones pingues cum brodio gallinarum et avium pinguium. Exponitur limature ferri vel squamarum ferri sunt vehemens dolor et mordicatio fortis in gutture et incisio in visceribus et ulcera et vomitus. Cura dare convenit lac cum eo quod solvit cum fortitudine ut est pulvis pillarum fetidarum vel stomaticarum et post illud sumat butirum cortium et crudum tamdiu donec dispositiones male sedentur et assiduetur effusio olei rosarum et olei violarum et de salicibus mixtorum cum aceto super corum capita et si patiens sumat aliquid de magnate ut aggretur illud quod est separatum super seipsum deinde dicitur adhibentur solutiva et datur quoque de magnete infirmo ʒ i in potu et post illud dentur coloquintida bendon in ea medicina labificantia cum butiro pacato cocto ut fiat solutio ventris si fuerit descendens vel ut evomat ipsum cum eis si in isto adhuc fuerit. Arsenicum i ʒ i mar vel virides et calx et arsenicum faciunt vehementer puncturas et mordicationes in gutture et incisionem in visceribus et ulcus et vomitum et oris siccitas et dolor in stomacho et solutio ventris cum sanguine et urine difficultas et egreditur cum urina quoque et proprie mox et accidit frigus extremitatum et sincopis et excitatur lingua et accidit perforatio. Vomat primo cum oleo aliquo et aqua calida et mures masticet et post vomitum sumat iuleb vel syrupum violarum cum aqua calida et post illud sumat decoctiones seminis lini vel risi vel eruce vel succus malve cum melle et deinde sumat lac et mucillagines viscosas dictas circa gipsi et circa pinguia et adipes et animalium et curatur proprie calx cum clisteribus unctuosis et lenificativis et quod valet melior est urina asini et ʒ i coagulum i capreoli quando datur cum aqua calida. Venit ex potu alius et dragantum tussis vehemens provocat ad ptisim. Cura eorum est sumere deinde asinini lac et potare butirum crudum et zuccarum et syrupum de ysopo et similia.

Capitulum viii de plantis et herbis calidis venenosis que in potu vel comestione dantur etc.

Apellus est herba que propter quod sit calida venenum habet et propria natura quo interficit animalia subito et quasi parum confert

tiriaca magna sive andro. In con
sum veneni vino multotiens nichil
confert. ¶ Accidit autem ex potu eius
ut labia potantis inpostimentur et eius
lingua et egrediuntur oculi et fiunt
super ipsum vertigo et sincopis et tenas
mon et raro evadunt aliqui ex ea
cum sentiunt quod cadunt in ethicam et
ptisim et si sagitte imbibantur ex suc
co eius interficiunt quicquid inveniunt
statim. Cura secundum quod est possibile
fieri sic preparatur paciens ad vome
dum cum decoctione seminis napi et detur
in potu vinum et butirum vaccinum cor
tuis multiplicando post potum
exhibendo decoctiones glandium
cum vino. sed cura principalis post
vomitum et etiam ante est exhibi
tio tiriace cum vino et musto et metri
date et musa et diamargariton
cum vino decoctionis capparis
maris et croci. Et dicitur quod nutritur
vel nascitur animal quoddam apud radices
napelli in modum muris de carne
cuius si comedit aliquis sentitur quod de proprie
tate sanat venenum napelli quia eius
natura est contraria napello in sompno
Sed de hoc non habeo veritatem
quamvis sic dicant. Cura utilis est
valde bona in hoc: scilicet vomitus et
usus tiriace magne et metridati et
similium. ¶ Cum quis sumpserit cornua
spiritus accidit nigredo lingue et ex
it ex virga sanguis guttatim et
emergunt signa frenesis. Curatur
post comestionem cura que est cum
vomitu facto ex aqua ordei et oleo
rosarum et similibus quibus datur infirmo
cum vino camphor cum ʒ. i. aq. ros.
et cum hoc sienplicetur cor cum sandal.
ros. et aqua ros. et camfora pistatis
simul et in corpatis et epar etiam
sumat sepe paciens sanich malorum
acetosorum et vinum de granatis et
succum berberis et sanich ordei et aquam
farturum cum iuleb et sirupo viol. et similibus
et aqua solatri et aqua lactuce acetosi
¶ Est quedam herba que inchibon
dicitur que facit accidentia ut napellus
et curatur cum medicinis napelli et non
cum aliis rebus. Perforbium cum

os sint fiunt angustia et inflammatio
et mordicatio in ventre et singultus
et ventris fluxus et maxime cum super
fluit. Curatur eius malicia et emen
datur cum vomitu facto ex oleo viol.
et aqua decoctionis violarum et mal
varum mixtarum cum iuleb vel sirupo viol. post
vomitum sumat butirum cochiz et can
dum et sumat aquas granatorum mirorum
et aquas malorum acetosorum et mirorum
et aquas lactuce et similia. Lac titi
malli et stramonea et almezereon et
camisuemelon et omnia lacta herbarum
venenosarum in dictio et curatione
sunt eiusdem curationis et conditionis
¶ Accidunt ex eis mordicatio et dolor
in ventre et intestinis et solutio ven
tris et vomitus flatuus et spumosus
et corrosio in stomacho et intestinis et in
toto corpore et singultus deinde super
venit spasmus et destruitur vox et
fit mors finaliter. ʒ. iii. de lacte
titimalli et similium interficiunt et de
scamonea ʒ. ii. et almezereon et came
nemelon et camemelon ʒ. ii. interfi
ciunt plus et minus secundum naturam reci
pientis. ¶ Dominus quod datur de his
in medicina quod medicina est sexta pars
ʒ. unius. Curantur talia et emendantur
cum butiro recenti et cocto et cum rebus
que valent ad incisuras sanguinis et so
lutiones ventris dictis superius et
curantur etiam cum aqua decoctionis
malorum acetosorum et citoniorum et sumo
berberis et sumach et similium et si multi
plicate est timor detur paciens post
ista in potu tiriacam magnam vel met
ridatis vel medicamen de terra sigil
lata et post ista ratione male compleins
acquisite et hiis detur in potu oxi
mel aqua endivie cicoree et similium
¶ Cum enim sumit in potu oleandrum
quod est herba venenosa expansa super
terram et calida valde et nascitur in ri
pis aquarum et fluminum inducit in
flationes ventris et angustias vehe
mentes et inflammationes et aqua in
qua oleander sedet vel nascitur est
mala valde. Sumitur cum sirupo viol. vel
iuleb si non est ex [illegible] accepti
one eius. Curatur eius malicia cum

ualde et quod est faciens sternutare propter ipsius maliciam et acuitates et accidit sincopis quoque et sudor frigidus et ea que accidunt ex comestione squille. Cura eius est ut vomat continue cum sirupo mol. et acetoso simplici et aqua tepida et comedat pisces salitos et vinum ante vomitum et post sumat triacam cum aceto calido et iuleb. Ex potu musci fit rugitus in ventre et singultus absque ventris fluxu. Cura introducatur vomitus cum aqua calida melle et sale et clisterizetur cum eisdem rebus et oleo et sumat triacam cum aceto et aquam decoctionis absinthii et ervi piperis et castorei vel cum sirupo acetoso composito quod melius est.

Capitulum ix. De plantis et herbis frigidis et venenosis que in potu et comestione dantur

Datur aliquando homini aliquando opium aut nux methel vel iabro et est radix mandragore et vocatur quoque assebirti seu iusquiamus albus vel nigrus aut mua vel pix stupefactiva mala seu coriandrum viridum vel phillium aut fungi vel tubera et conveniunt cum istis in cura sagitte armene. Per comestionem opii seu potum accidit stupor et extremitatum frigus et pruritus sicud ex odore opii quando odoratur et vertigo et singultus et oculorum tenebrositas et strictura gutturis et anhelitus et oculus et obfuscatio extremitatum et labiorum et faciei et mitas et sensuum difficultas et profunditas sompni et retentio lingue et subversio oculorum et perducunt ad spasmum et mortem post sudorem frigidum et hoc totum fiunt propter infrigidationem sanguinis cum infrigidatione spiritus qui non currit et fit mors et 3. ii. de eo inficiunt secundum plus et minus secundum virtutes et magis facit operationem suam fortiorem cum datur cum vino nisi vinum in sua quantitate vel qualitate ei resistat et quod vinum donat melius et magis subito virtutes opii ad cor et membra et corpora calida et colerica magis resistunt virtuti. Cura eius prima et veneni cum vomitu sumptu ex oleo nucibus aqua calida et sale et cum sirupo acetoso aqua et melle. Post hoc clisterizetur cum clisteribus calidis et acutis. Sumat sepe triacam cum vino et [..] assam vel electuarium de cinamomis cum eisdem potibus vel cinamomum cum sirupo acetoso aut origanum ruta et sale et allia et nuces sunt utilia in hoc. Vel sumat de triaca que sic fit que est ei propria. Recipe asse fetide castorei piperis ana terantur et cum melle conficiantur dentur in modum avellane vel nucis. Similiter si sepe biberit aut r. asse cum 3. m. vini odoriferi esset utile et vinum purum antiquum si in multa sumeretur quantitate esset mirabile. Fricentur extrema et caput proprie et impediatur in sompno cum sternutatione facta ex euforbio et elleboro et ungatur totus cum oleo de costo et omnibus oleis calidis. Sorbeat iura pinguia gallinarum et avium et bibat vinum decoctionis cinamomi in quo aliquid musci ponatur. Accidit ex potu nucis methe vertigo et rubedo in oculis tenebrositas et ebrietas et sompni profunditas et vix aliquis ex ea exhibitus interficiat et fit ex ea sudor et anhelitus frigidus. Ante hoc quando de ea datur 3 s. facit sompnum et non interficit nisi homines debiles. Curatur ex vomitu facto ex oleo sale et aqua tepida et post vomitum et etiam ante datur vinum bonum odoriferum cum pipere pretiro et baccis lauri. Inungatur corpus totum cum oleis calidis et ponatur ex[tra] in aqua calida et laboret et dormiat et utatur iuribus pinguium et vino dulci et rebus de cura opii. Cum datur iabrus radix mandragore quod est idem accidit quod accidit ex opio vel nuce methe litargia et surditas et tetanus. Cura eius est sicud cura opii et vinum cum absinthio convenit eis

Cura ei[us]

triaca

Nux methe

Cura

Radix mandragore data

Cura

et pirethru(m) et castoreu(m) et absinthiu(m) cu(m) vino et aceto cum eis et oibus (?) in le facti; conveniunt. Utatur sepe sternutatoriis et fricationibus extremorum et tiriaca cum vino et utatur dieta dicta superius. Accidit bibenti iusquiamum albu(m) ut mollificentur membra et lingua aptatur et egrediatur spuma ex ore et lingua rubeant oculi et accidunt propter ista vertigo et tenebrositas oculorum et constrictio anhelitus et surditas et pruritus corporis et singultus et ebrietas et permixtio rationis et facit epilentiam et quandoque vincit et ignit (?) quandoque et emittit vocem sic mulis vel mula quandoque. Et ex iusquiamo nigro accidunt eadem signa interiora sed cum perforatione et infrigidatione extremorum et spasmo et destructione ymaginationis. Cura necessarium est ut statim sumat lac vaccinum et exprimi inde vinum cum melle et butirum et grana pini decocta in vino et iterum decoctio ficuum et vinum dulce plurimum et cepe assatum. Et comedat cepe assatum et sumat in potu semen rafani et sinapis nasturtii et semen urtice cum vino et etiam aquam decoctionis cepe et allii rafani et tiriaca est de melioribus rebus cum aqua decoctionis piperis et vomitus fiat in primis cum oleo aqua calida et sale et radicibus rafani vel eius semine et fiant clisteria acuta et fortiora et sepe sumat vinum ad post ad cum pipere et absque pipere. Et sumat in potu vinum decoctionis piperis vel castorei et rute et mente et cardamomi et foliorum lauri et oleum balsami cum lacte est multum conveniens vel tiriaca in qua est balsamus. Emplastretur venter continue cum farina tritici et vino calido et farina lupinorum. Cuius quantitas vel pix sumpserit fit obfuscatio coloris et lingue exiccatio et singultus et vomitus et ventris fluxus vinceosus (?) cum abrasione intestinorum et fit sapor in gustu ut sapor lactis. Cura sumat sepe in potu lac asininum vel muliebre cum melle equali

pondere vel cum penn[a] et immissis cum calida mo comedat similiter amaras et pectora gallinarum et alas inducitur vomitus in primis et sumat tiriacam cum vino. Ex coriandro humido qui comeditur ex eo vel in de succo eius eveniunt vertigo et stotomia (?) et permixtio rationis et grossitudo vocis et sopor in profunditas et fiunt sermones sordidi ut sermones ebrii et sentitur ex eo odor ut odor coriandri. Introducitur vomitus cum oleo et aqua aneti et bauruch vel sale et utatur vino in omnibus suis rebus et per se et cibes cum vitell[is] ovorum et iure anserum pinguium et gallinarum condito cum pipere et bibat bonum vinum absque aqua paulatim et sumat de tiriaca cum vino.
Ex comestione psillii accidit debilitas virtutis et pulsus et frigus in toto corpore et tristitia et constrictio anhelitus tensio et inquietudo et stupor cum debilitate et sincopi. Cura eius eadem est cum cura coriandri sed piper magis valet contra psillium quam contra coriandrum. Ex comestione fungorum et tuberum malorum accidunt strangulatio et constrictio anhelitus et ventris inflatio et stomachi et singultus et putrefactio et mutatio coloris et parvitas pulsus et oppilatio et sincopis et sudor frigidus et mors ergo omnis sunt mali et specialiter per multam quantitatem comestam de eis et omnes illi qui sunt nigri virides vel varii coloris et qui nascuntur in locis vetis (?) et qui conduntur cum pipere et rebus odoriferis et vino et aceto possunt comedi. Curatur eorum malitia cum vomitu facto ex muria vel succo rafani cum aqua calida et oleo de lilio aut aliquo oleorum et sumat post vomitum tiriacam cum melle et vino odorifero et evaporatione inhibitivo cum aqua decoctionis absinthii origani et ficuum. Sumat sepe diatrion pipereon et diacuminum et vinum anticum (?). Sumat etiam sirupum acetosum cum sale et calamento et nutriat cum cibariis et vino dicto supius. Sagitta armena est sagitta infecta veneno facto et inde fiat

humide complexionem totius corporis ad contrarium eius quod est per naturam. Cura eius est ut sumat galbanum cum vino statim et confrica[tur] et locus sagittetur ut dictum est de morsu veneno sorum mordentium et regatur regimine eorum qui sumpserunt coriandrum psillium et fungos. Dicitur quod sterco rumine est triaca ad illud et emplastrum ex stercore humano super ulcus silicet.

Capitulum x de animalibus que corrumpunt et interficiunt cum eorum corpora comedunt. Re.

mortui silatur in virtute plumbo
adusto frigidum est in p[ri]mo siccum in 2°
consolidat ulcera et destruit car
nes additas et prohibet fluxum
sanguinis ex naribus conseruat visum
et remouet sorditates ulcerum ocu
lorum et ualet cum supponatur cum
lana uel coto fluxui sanguinis uel
matricis

Armoniacum

gumma sat
nota est
calida est in 3° sicca in p[ri]mo resolutiua
mundificatiua fortiter si misceatur
cum oleo et melle resoluit duriti
em uiscerum et ulcerum et confert
dolori yliorum et sciatice si ponatur
modo emplastri super locum destruit ul

extrahit de vulneribus frustulos et
spinas infixas cum bibitur decoctio eius dis
soluto cum vino confert duritiei e
patis et splenis si dissoluatur cum aceto
et emplastratur extra splen sanat eum

Arbor

gumme arabice est frigida et
sicca et prohibet fluxum
sanguinis et sputum sanguinis et fluxum
matricis

Anagallus

uel consolida ma
ior est duarum spe-
cierum unus habet florem citrinum alius cele
stem calidus est et in eo est multa
viscositas cum humiditate et eius sub[stanci]a
est profundata stipticus prohibet
ampliationes vulnerum et extrahit
frustulos sedat dolores molles si bi
batur cum vino confert dolori renum
adherentias facit in omni re soluta
unde confert rupture in principio
siue emplastretur siue comedatur

Anacardus

est fructus si
milis castanee
sed est durus quasi os dactili in
cuius medio uel tarditate inuenitur
etiam in modum mel al. mell. viscosum
calidum est et siccum in 4° eradicat ver
rucas et porros et pustulas nigras
et albaras et confert paralisi et tor
ture neruorum frigiditati et corruptioni
memorie fumus ex ipso siccat emor
roidas et ficos et maliciam eius fran
git oleum de nucibus

Anas

auis nota est calidior o[mni]
bus quibus dictum est infri
datos cale facit et cale factos facit
possidere se. pinguedo eius molli
ficat omnem duriciem et eius caro
frangit ventositates et impinguat
corpus et clarificat vocem et eius
pinguedo colorem bonum facit et ipi
sto plurium est nutrimentum quam est
leuius de tota eius carne similiter
et est eius caro maioris nutrimenti
carne omnium auium si bene digeritur
augmentum efficit in coitu et multipli
cat sperma Jo. Damascenus de. inserit

Auellana

nota est et vocatur
pondach maioris
durior quam nux sed est minus vi
scosa et magis nutrit calida est et

fr[ustulo]s extrahit ex vulneribus

sicca non multu͂ est ꝑ^m^ usus eius fa
at coleram et ventositates in ventre
inferiore et est magis stiptica quam
mix et cum assatur et comeditur cum
pipere maturat corruzam et aug-
mentat cerebrum Dicit quod si liniat^r^
super verticem puerorum habentium
oculos varios delet varietatem
confert tussi antique et adiuvat
ad stremdum

Auis quedam reperitur apud
nos que qua-
ha nominatur de natura eius nostri pre-
decessores non locuti fuerunt secundum
nostram opinionem Nam ipsa avis secundum
formam et varietatem penne quasi
assimilatur perdici secundum mores et estum
assimilatur galline sed est parvio-
ris corporis quam aliqua illarum Et
venatur suum nutrimentum cum pedi-
bus ut gallina et comedit milium et
granam ut gallina Sed eius mores
sunt ut perdicis quia absconse mo-
rant in cavernis terre et circa terram
ut perdix et est brevis volatus ut
ipsa quasi refugit a regione in regi-
onem tempore hyemali ut dicitur et
est avis valde timerosa de omni re
Nam eius caro in principio cum redit
ad regionem nostram antequam pingu-
escat melior est et sicca est et non est
boni saporis sed est sicut saporis terrei
et quamvis omnis caro dicatur calida et
humida de hac et bovina et vaccina
et consimilibus dicitur quod sunt melius in com-
paratione ad temperatam vel humanam
naturam Cum vero pinguescat tempore
autumpnali dicitur calida et humida per acq-
uisitionem pinguedinis ex pastu et propter
hanc diversitatem que reperitur in ea
carne dicitur et credit in unitate et
in esu humorum de membro ad membrum
Et signum huius est quod usus eius cum fu-
erit pinguis fastidium generat et
omne fastidium est principaliter circa ꝑti
quod guttam et renum cum sit propria
significatio super satiam et melioram
materiam more stomachi per indigestos
multiplicatos Sed tum vero similiter
almansor p^o^ h^o^ c^o^ de novanda ag-
gregatione iuvat et in stomacho nutricionis

Dicit enim ibi quod delectatione apud gustum
inferentes plus nutriunt et perficiunt
et melior digerunt cum avis de eorum
comedit fen 3^a^ apparet per istos
viros quo tempore sunt saporosi sunt
et maturationis impinguationis
etc vel eius caro huius temporis sit
valde saporita quod est nutrimentum
est valde bonum et male horibus
Membra capitis cerebrum confortat
et sompnum provocant et quod incere-
bro vaporosam et delectabiles multi-
plicant humiditates quasi ut perdix
et hec plus operatur tempore sue pin-
guedinis et maturationis quam alterius
temporis dicitur eius caro maturata
si assetur temperate et comedatur
cum salmuria vel vino degranatorum
et similibus Membra pectoris lenit
cannam humiditate sua actuali ac-
quisita per decoctiones et suum nutri-
mentum et per eius maturationem
tempore tali inducit gaudium et ridere
facit eo quod cor et pulmones confortat
et totum corpus Membra nutrimenti
longus eius usus propter nimias pingue-
dinem facit fastidium quod est inconve-
niens in arthetilosis et guttosis et ha-
bentibus vitium lapidis vel arene Sed
si assetur temperate ut dictum est et
comedatur ut dictum est cum suis
condimentis excitat appetitum
et confortat digestionem et bonum ge-
nerat nutrimentum ut supius est nar-
ratum per dicta antiquorum Membra
generationis augmentat sperma
et coitum excitant et manifeste
inducit in senibus erectiones et iuve-
nibus et confortat matricem et eam
calefacit et inducit bonam voluntatem
in utroque sexu febrientium sin primo
antequam pinguescat eorum caro
conveniens est quartanis et melius
omnibus et consimilibus sed tempore
sue pinguedinis omnibus talibus
manifeste offerunt et non nocent

Agnus castus planta est
et eius
folia assimilantur folijs persici calidum
est in primo et siccum in 2^o^ dissolvit
ventositates et est in ipso operatio

cum stipticitate valet tremori et las
situdini. Usus eius sodam induit
multiplicat lac sperma minuit. Dos
eius est a ʒ. ii. usque ad ʒ. i. Aperit
opilationes epatis et splenis et
valet ydropisi et desiccat semper
sperma et si ponatur super renes
et dorsum folia et stipites eius pro
hibet polluciones et virge erectiones
et per hoc castus dicitur et suffu
migantur mulieres luxuriose et de
struit desiderium earum. Folia fugiunt
venenosa si bibatur ʒ. i. de semine
eius cum aqua frigida confert morsui
canis et lupi. Si detur omni mane
mane ieiuno ʒ. i. pulveris agni cum
ʒ. i. mellis rosati colati et aqua frigida
valet contra suffocaciones matricis
et epilensias contingentes ex sper
mate corrupto et specialiter in mu
lieribus et etiam contra melias ex
eadem causa

p morsu canis et lupi

Alcannum

meliores omnium alarum sunt ale
gallinarum et ale anserum sunt bone
digestionis et nutrimenti et hoc propter
multitudinem motus qui est in eis
multiplicat nutrimentum earum propter
multitudinem carnis que est in eis
idem de ansere

Acorus

radix plante est que
nascitur in aqua si
cut papirus sed triangulata calida
et sicca in 2° confert dolori capitis
et epatis frigido mundificat stomacum et at
tenuat splenem manifeste et provo
cat urinas et confert rupture et dis
solucioni urine addit in coitu et valet
ad dolores matricis et intestinorum et
causa eorum et specialiter si intestina sint
frigida

Argentum vivum

notum est
et est de
mineris terre frigidum et humidum in 3° mix
tum cum oleo ro. si fiat exeo in unctio
est medicamen pediculorum et lendium
et dico quod si ungantur ex eo cingulum
moriuntur omnes pediculi et circumt
adipem. Sed usus istius rei et usus
argenti vivi super faciem marcescunt
dentes et facit accidere paralisim

pediculi [illegible]

et inducit fetorem oris et visum destruit
et finaliter eius usus et usus sublimati
interficit

Atramentum

per atramen
tum intelligitur
vitriolum de quo fit encaustum et est
quatuor specierum viride album citrinum
et rubeum. Viride est forcius omnibus
aliis quasi vena terre est calidum et
siccum est in 3° ad hustiva sunt omnia
et valde stiptica et constringunt
in omni loco prohibent deambulacionem
erisipile et restringunt ventositates
a fistulis et ex sufflatione in naribus
contra fluxum sanguinis narium et
operabitur mirabiliter et contra ca
riulam post eius ulceracionem con
stabies et durities palpebrarum

Arsenicum

vena terre est
vel est rubeum vel
citrinum rubeum melius est quod de
levi teritur calidum est in 3° et siccum in 2°
abradit pilos et est conveniens in addi
tis vulneribus sordidis confert mira
biliter rubedini faciei. Unde si mis
ceatur cum adipe destruit pedicu
los et vestigia sanguinis si misceant
cum vino et cum pice vestigium
sanguinis cum oleo ro. mixto destru
it emoroidas et fistulas in ano

Aristologia

est trium specierum
quedam est ro
tunda quedam longa et quedam est
similis planicie vitis. Et rotunda dicitur
femina et longa masculus appellatur
omnes eius species sunt calide in 3° sicce
in 2° extrahit spinas et furunculos
et longa est melior in ulceribus
et nascenciis eo quod magis abster
git sed rotunda est melior in re
movendo dolores ventositatis
confortat auditum et mundificat sor
des aurium. Rotunda est conveniens
asmati et tussi antique confert
singultui et spleni cum oximelle
et cum aqua cordi dolori laterum
et specialiter rotunda.
Longa ducit humores frigidos et medi
cos et confert stomaco quando bibitur cum
mirra et pipere purgat superflui
tatem matricis post partum et ex

habit fetu[m] mortuu[m] et pronocat men
strua et confert puncturis scorpionis

Alkanna herba satis nota et
frigida est in tertio sicca
in 2° stiptica et ex siccitatiua absque no
cumento et apta in artificio veneris
et eius decoctio confert apostematibus
calidis et adustioni ignis et stringit
fluxum sanguinis in vulneribus valet
in fracturis ossium et fit oleum ex ea quod
membra lesa confortat linitum super fron
tem ad sodam calidam et est utilis
in doloribus matricis et tinctura capil
lorum alborum

Amoniacum semen arboris
que est in vola
tum sicut rote et est boni odoris
rubeum habens colorem calidum et sicci
in 2° subtiliat maturat et confortat
et valet ad podagram quando bibitur eius
usus gravat et facit zodiam et in
ducit sompnum plenarum frigide confert
et aperit opilationes epatis et sple
nis et est utilis in egritudinibus epatis
vel in egritudinibus matricis et mitigat
impressiones eius confert in puncturis
scorpionum

Assa est duarum specierum fetida et
odorifera sed fetida in omnibus
calida in fine tertii sicca in 2° resolvit
ventositates et sanguinem coagulatum
in stomacho vel ad verrucas confert in
paralisi et doloribus nervorum et apti
tibus intrinsecis vel in epilentia et
si fiat ex ea gargarismus eradicat
sanguisugam anexam gutturi
Gargarismus enim clarificat vocem
et valet tussi antique et plenarum an
tique frigide nocet stomacho et epati addit
in coitu mirabiliter et menstrua pro
vocat et confert dolori intestinorum
frigiditate et solutioni antique frigide vel
in quartana si ponatur super morsu
canis rabiosi et vermium et scorpi
onis et rutele mirabiliter confert

Acetosa est duarum specierum quedam
est domestica et quedam
est silvestris et fortior omnino et
sicca in 2° et ante quam est siliis endivie
colerem destruit et alia etiam et eius
humor satis est laudabilis confert

scabiei ulcerose decoque si radix eius
suspendatur collo sanat scrofu
las confert fluxum ventris et matricis
sedat nauseam et valet in desiderio
inmundo crete

Asinus cinis epatis asini cum oleo
valet ad scrophulas et
lepram sanat qui contracti sedent
in urina asini fit unguentum
quod cum assatum comestum in ieiunio con
fert epilentie et ungula eius adusta
in potu eius omni die est due co
cleare cum aqua decoctionis peonie

Apium est multarum specierum mon
tanum vel et silvestre
et domesticum et romanum et non
romanum est calidum omnino in primo siccum
in 2° est resolutivum inflationis et ape
ritivum opilationis faciens sudare Sed
silvestre est ulcerativum resolvit apo
stemata flatica in primo nocet epilentie
et eam excitat et radix eius fran
git dentem suspensa collo proprie
valet in apostematibus mamillarum calidis
quando ponitur in emplastris confert epati
et spleni et est conveniens in comes
tione cum lactuca vel porropisi et
epar mundificat et ipsum calefacit
provocat urinas et menstrua et pur
gat renes et vesicam et est malum
pregnantibus et prohibent a lacta
tione quia sanguinem corrumpit et coitum
excitat et lactantem disponit ad epi
lentiam

Acule gumma similis armoniaco sed
est in suis virtutibus debi
lior armoniaco calida est in 2° sicca
in 3° eradicat putrefactiva et in ipsa
est abstersio cum acuitate et parum
stipticitate educit verrucas et pro
longat pilos palpebrarum et confert
asmati et bibitur et suppositum men
strua provocat

Amigdale note sunt et earum
unctuositas minor
est unctuositate nucum dulcis equalis
est declinans ad humiditatem amara
est sicca in 2° In omnibus speciebus
amigdale est mundificatio et ab
stersio et apertio sed amara magis
aperitiva est aliis abstersiva et sub

p[ro] desiderio lut[i] & crete

in apa[ti]b[us] mamillar[um]

tiluarum mitridatum quodam modo est omnis amara pro medicina sunt et non pro nutrimento Dulces vero bene prestat nutrimentum licet pre comedere amigdalas impinguant Et oleum amare valet in doloribus aurium et amare prohibent ebrietatem Amare conferunt tussi antique et asmati dulces et oleum earum confert pleuresi amare valent in opilationibus epatis et splenis et mundificant renes et vesicam et dulces sic sed debiliores amaris contra venenum canis rabiosi operantur emplastrate et comeste et sorbitio facta ex eis prohibet fluxum

Ameos calidum et siccum est in 3° confert humectationi stomaci et sedat nauseam stomaci et subversiones anime et est bonum epati et stomaco frigidis provocat urinam et mundificat renes et vesicam et confert ventositatibus et dolori ventris punctivo et uricem mundificat quando fit suffumigatio ex eo cum gumma pini antiquis febribus confert valet in puncturis venenosorum

Ambra est manatio fontis in mari illud quod dicitur quod est spuma maris vel stercus animalis non est verum Illa vero est melior que est gipsea deinde citrina deinde nazia nigra vero mala calida in p° sicca in 2° confert senibus et decrepitis subtilitate sue calefactionis et confert cerebro et omnibus sensibus

Araneatela eius stringit sanguinis fluxum quando ponitur super vulnera et indicatur frigida et sicca prohibet ulcera apostemarum coquitur aranea in oleo et distillatur in aurem sedat dolorem eius dicitur quod quando ponitur in emplastris fridis et ligatur super frontem sanat tertianam et tela spissa alba quando ligatur super adiutorium sanat tertianam

Aloes quidem est succus congelatus existens inter citrinitatem et rubedinem et est triu-

sperum aliud sucotrinum aliud arabicum et aliud semegenum melius omnibus aliis est sucotrinum et aqua eius est sicut aqua croci calida et sicca in 2° et est exiccativus absque mordificatione et in ipso est stipticitas parva confert doloribus iuncturarum mundificat superfluitates coleriras que sunt in capite et quando linitur super frontem cum oleo ros. sanat sodam confert vulneribus oculorum cum oleo ros. et operatur contra fluxum lacrimarum mundificat superfluitates colericas et flaumas que sunt in stomaco quando bibuntur ex eo 3. ij. cum aqua frigida vel tepida destruit appetitum falsum et corruptum valet in ycteritia et ledit epar dantur de eo aur. ij. vel iij. secundum quosdam vel ij. et ℥. et quod melius est cum eo ponitur in medicinis solutivis expellit nocumentum earum a stomaco quando cum eo solutione educit sanguinem quando ponitur in vino dulci super emorroidas eminentes et fissuras in ano abscindit sanguinem currentem ex eis provocat emorroidas quando solus bibitur et quando datur in diebus frigidis timetur quod faciat exire sanguinem solutionis

Arundo est vehementis frigiditatis et eius cinis calidus in cortice est abstersio et folijs et radix eius est repo sil vestri extrahit infixum in carne folia eius sunt similia superensipula amigro que est eius flos inducit surditatem eo quod intreat et non egreditur provocat urinam et menstrua et confert morsui scorpionis

Abrotanum est calidum in primo siccum in 2° subtile et amarum est et aperitivum quando decoquitur in oleo antiquo et fit ex ipso in unctio preparat na tiuitatem removet a pota flahea eius decoctio confert contrisi om quando decoquitur in hx... removet frigiditatem a capite confert difficultati anhelitus stomachi calefacit et eius removet frigiditatem et spasmum

qn decoquitur in lixivio removet
frigiditatem capitis cum oleo
multum vz infrigore flatione qn co
quitur cum oleo fit inunctio provo
cat urinam et menstrua et adiuvat
ad lapidem qn sternitur in locis fu
gat venena

Alumen est terre species sali
sufficit humidus et re
torius sufficit est flos alumis inveniatur
aut quodam alumen in quo est stiptici
tas manifesta sed insipiditas etiam
non valet ad talia et siccum est in 2°
est exsiccatio et stipticitas fortis
et prohibet fluxum omnis sanguinis
et fusum sup fluitatem interficit ti
mices et pediculos et omnis fetor
confert dolori dentium qn cum eo col
luitur os cum aceto vel vino calido vel
terra dissimilia desiccat

Anetum calidum est in 2° siccum
in 1° maturativum est
humorum frigidorum et sedativum dolorum
et carminativum ventositatum oleum eius
confert doloribus nervorum et facit
sompnum et excitat humiditatem aurium
anetum et eius semen lac multipli
cat et in semine eius est vomicatio
et per hoc nocet stomacho et confert do
lori ventris punctio semen eius
abscondit emorroidas ortus et
eius cinis est bonus in o et virge
et testiculis

Adeps anatis est calidior
et siccior
de inde adeps castrati et de nepi
ti castrati levior est adeps anatis
est subtilior adipe galline et ceteri
sunt magne calefactionis et adeps
pavie est media inter bovinam et ca
prinam et omnibus adeps masculi est
fortior adipe anseris valet ad fis
suras faciei et labii adeps porci
valet ad apata adeps vipe veres
valet ut non nascantur pili evulsi
ex palpebris et confert panno et
acuit videndi in oculo et adeps
piscis similiter confert spasmo adeps
cervi et adeps caprina confert
mordicationi intestinorum et ulceri
bus eorum et caprina est fortior in nica

ulcerum intestinorum quia adeps porcina
et hoc pp velocitatem sue congelaci
onis sed porcina sedat magis mor
dicationem omnis adeps valet in molli
ficatione durities et contractionum
adeps porcina confert in puncturis
venenosorum et caprina contrariis dibus

Alleum aliud est domesticum
aliud porcinum et aliud
silvestre Porcinum vero est com
positum ex alleis et porris in silves
tri est amaritudo et stipticitas et
vocatur alleum serpentis calidum est et
in 4° sed silvestre est calidius con
fert domesticum et omnia allea ad
alteracionem aquarum et est ulcerativum
et adustivum cutis et resolvit infla
tione decoctionis interficit lendines
et pediculos aperit apata multi sica
fit ex eo clistere ad sciaticam et vz
facit rodam sed qn coquitur vel as
satur sedat dolorem dentium visum
debilitat Usus eius confert tremori
qn comedit cum nuce et oleum qn
sederet in eius decoctione vel foli
orum provocat urinam et menstrua et
extrahit secundinam et qn teritur
deco et datur cum aqua melli
extrahit vermes et flatus qn coquitur
in aqua per se aut cum ciminibus
fit ex eo multa spermata et conmovet
ad desiderium coitus et equat ma
flationem et eam adhurit et confert
ad puncturam et omnium venenosorum
et canis rabiosi

Altea vel malvaviscus idem est
calida est cum equalitate
maturativa mollificativa et reso
lutiva et semen similiter mollificat apa
ta et prohibet ea et resolvit et ma
turat vulnera etiam sedat dolorem
intestinorum et proprie cum adipe anseris
et confert semen et tussi an
tique et facile efficit sputum cum
stipticitate sua prohibet sputum
sanguinis et valet in ardore urine
decoctio radicis eius et in ardore
intestinorum et valet in durities ma
tricis et ani Et qn decoctio eius
datur cum vino confert in diffi
cultate urine et lapidis decoctio

eius remouet pũchuras capitum ab
luendo

Affodillus calidum est et siccum in fine tertij. radix eius est abstersiua resolutiua et cinis radicis eius confert alopicie et serpigini quando ponitur. radix eius cum farina ordei valet in apostematibus calidis in principio urinam prouocat et menstrua quando radix teritur et ponitur cum fece vini super apostemata testiculorum confert de eo drachma de eo aut in. contra morsum venenosorum.

Aurum est equale temperamento ingreditur in medicinis melancolie et ex eo fit cauterium velox sanabile quam ex alia re et retentio ipsius in ore remouet fetorem oris quando ponitur in puluerib*us* colorum confortat visum confert dolori et tremori cordis et timori et ei qui solus loquitur.

Agaricum dicitur quod generatur in arbore acetosa per viam putrefactionis et dicitur quod est fungus abietis melius est illud quod est album frangibile leue porrosum valde est duarum specierum album quod appellatur femina et nigrum durum quod masculus appellatur et est calidum in primo siccum in secundo in est amaritudo manifesta cum quadam dulcedine resolutiuum insensibile humorum grossorum aperitiuum omnium opilationum valet ad sciaticam et ad omnes egritudines neruorum cum proprietate datur cum mellicrato in febribus longis confert epilencie et mundificat cerebrum et confert asmati pondus eius est .i. drachma aut datur ad bibendum cum oximelle et confert veterinie solucionem educit grossos humores melancolie flatus et colere rubee et adiuuat medicinas solutiuas et facit eas peruenire ad extrema corporis prouocat urinam et menstrua et sedat dolorem renum confert tremori cordis et febribus antiquis valet proprie contra omne venenum frigidum

Argentum frigidum est et siccum

tium confert limatura eius quando ponitur in medicinis humiditatibus viscosis confert fetori oris cum medicinis ad hoc ponitur et tremori corporis vel cordis.

Abstingar .i. borax calida est et sicca in 2º confert et confortat appetitum quoque et de proprietate curat quartanas.

Alanich .i. plumbum nigrum et non nigrum utrumque est frigidum et humidum in 2º et si fricetur lamina plumbi cum alia et cum aliquo ex rosis valet usui in apostematibus calidis valde plumbum adustum valet in ulceribus malignis et corrosiuis et ulceribus uetustorum et confert obtalmie cum abluitur et ulceribus melle et ligatur lamina super renes et confert pollutioni frequenti et remouet desiderium coitus.

Amnoli .i. oleum dulce calidum est et humidum sed caliditas est maior humiditate confert doloribus uetustorum fit ex eo collirium ad tenebrositatem oculorum.

Albagar .i. lignum indum vel aloe lignum est boni odoris habens corticem uetustum in minio specierum que venduntur et est in ipso stipticitas cum amaritudine calidum est et siccum ablutio facta ex decoctione eius facit oris odorem bonum et confert fetiditati pectoris et lateris bibatur cum aqua frigida ad dolorem intestinorum pinguitudinum

Agaylem .i. arbor generis acacie frigidum est et siccum prohibens fluxum sanguinis et sputum sanguinis et fluxum matricis et ventris

Auricula muris est duarum specierum una quarum est de natura maliue et non est stiptica et alia que est de natura absinthij et est stiptica quod exit spinas et surculos et facit ad hoc plagas vel illa que est calida medicina confert epilencie et tortuose et quando fit sternutatio ab ea mundificat cerebrum

Albuligixr .i. lachima asini est spinosa pilosa

aspera viridis habens plurima folia
et eius radix est coloris auzei rubei
calida est et sicca et radix eius est for
tior quam folia qui sumunt cum radice
vel folijs morphea confert decoc
tio eius vz yctericie cum opilatione
et multum operatur in doloribus renum et
vesice et confert febribus antiquis
multum operatur contra morsus veneno
sorum postquam potatur et ponitur super
morsuram

Amcos id est lachanum similis por
tulace calida est et sic
ca cum virtute est vehementer ab
stersionis et adustionis abstergit
dentes et valet in vicio lapidis et
est multum venenosa

Amoch est cortex similis cinamo
mo grosso boni odoris calidum
et siccum odorem efficit bonum et pro
hibet putrefactionem membrorum et di
latat grossitiem ulcerum et confor
tat cor et omnia viscera et stringit
naturam

Atamararach est herba
similis peonie
prohibet elevationem vaporis ad
cerebrum et prohibet epilentiam

Albagne est herba similis ban
ne et eius semen
simile semini vel baucie provocat uri
nam et confert splen valde

Asefem id est sisquamimus calidum et
siccum in primo abstergit
et excitat cum equalitate confert
panno faciei multum valet in morsu
canis rabiosi

Ardifrem frigidum est et siccum
confert apostematibus
in principio calidis et cum linitur super pu
turas vesse illico sanat eas

Abucalon si ponatur super
vulnera recentia
vel sanguinolenta illico confortat
consolidat

Andrumulon calida et
sicca in
quadam ponticitate aperit opi
lationes multarum et doloribus
iuncturarum confert valde

Aanat calidus et humidus aug
mentat coitum

Athimite id est barbor maior vel
arbor marien herba
est similis puretro vel plurimum de ea quod
operatur est radix in stisima resolutiva
calida est et sicca aperit opilationes
narium et facit sternutationem confert
doloribus iuncturarum et eicit fetum mortuum
operatur contra omnia venenosa

Asius est inchis est aspibus et
generativa carnis resol
vit extrinsecus si ponatur super ipsas cum
pice vel terebentina confert ulce
ribus antiquis et si transglutiatur
cum melle valet in ulceribus pulmonis
quando linitur super splenem cum aloe et
aceto confert

Atriplex repitur in littera c sub
vocabulo crepoloriata
Asposa repitur sub littera c sub vocabulo
cauda equi Arbor habens spinas
glandes repitur in littera d sub voca
bulo de arstchestam Arbor habens
cortices et nuces repitur in d sub vo
cabulo domest et vocatur latinum
Avellana indica repitur in littera f sub
vocabulo fischi et appellatur in nostra
contrata gazgatula Archachema
sia repitur in littera f sub vocabulo
fuchulens Arbor storacis liquide
repitur in littera l sub vocabulo lilume
Avellana indica repitur in littera r sub
vocabulo rota Acetosa repitur
in littera k sub vocabulo ribes Anetum
secundum quasdam similitudines seu herba similis
est aneto repitur in littera r sub voca
bulo rarix

Lacebisanne sunt
frustra similia virgulis arde
cia boni odoris et appor
tantur secundum plurimum de me
tha meliores sunt ille quis declinat
ad albedinem calida et sicca sunt in 2°
subtiliatio suffumigatio earum confert
epilentie suffumigatio earum cum vulua
removet suffumigationem matricis

Ben est semen magnum mans
citrie declinans ad albedinem
et habet medullam lenem et unctuosam
calida est et sicca in 2° mordificativa

Arbor maien

suffumigationem matris

[calefacit neruos]

confert opilationibus intestinorum confert lentiginibus et omnibus apostematibus duris et veruce et calefacit neruos et lenificat spasmum et sorbitionem mitigat duriciem splenis et epatis confert ventositates et destruit flegma si bibatur cum melle loco eius ponitur mace vel cassia lignea

Bedagart habet longas spinas que similantur foliis lanei stipites non ascendunt quam ultra duos cubitos et est frigidum et siccum et dicitur quod est calida resolutiua et opitiua et retinet proprie fluxum sanguinis confert spasmo et omni egritudini et contractioni neruorum et vz mispute sanguinis et confortat stomachum vz febribus flaticis et longis operatur contra puncturas scorpionum et ponitur loco eius fumus terre

[fluxum sanguinis]

Balsamus est arbor egiptiaca nascens in loco qui dicitur oculus salis cuius folia et odor rute similatur et non colligitur de eo in anno ultra illud quod est l. ix. lb. ex ponitur de eo quam cum ponitur super lac statim coagulat et ablutio ipsius a panno lineo tinei adheret Et quarta conditio est subtilitas odoris eius lignum est calidum et siccum in 2° et semen calidius ligno et balsamus calidior est illis duobus aperit opilationes et confert visceribus grossis et extrahit fracturas ossium valet contra spasmum et confert veterigini epilentie abstergit pannum ab oculo et albedines vz asmati et peripleumonie frigide mundificat stomachum et confortat epar confert doloribus matricis et aperit os eius vz h' orepnom et egritudinibus vesice et aufert rigorem valet contra res venenosas

[al' dolorib(us)]

[Extrahit fractas ossium]

[peripleumonie]

Been est lignum vel radices asperi extrinsece et continue grossi et est duarum specierum alba et rubea est calidum et siccum in 2° confortat cor et confert tremori cordis augmentat sperma loco eius ponitur lignum anis vel hedi

[augmentat spermam]

Baurach est sal grossum rubeum quod est frangibile

et humorosum et rubeum est melius rubeum et siccum in 2° abstergit et lauat fortiter attenuat capillos cum puluerizatur super illos confert torsioni neruorum et paralisi dissoluitur cum melle aut vino aut sirupo de rosis ponitur et valet surditati et sonitui aurium pisi noret stomacho soluit quando comeditur cum ruta vel cimino aniso feniculo et siliis sedat dolores ventris et vermes interficit cum tiriaca frigore

Bubbus est quoddam genus cepe quod comeditur et vocatur scalogna et eius folia sunt similia foliis porri et rosa ipsius est similis viole calida est in 3° et in ipso est superflua humiditas et exasperat linguam linitur super pannum et confert super verrucas confert fissuris et ulceribus capitis vz in fistulis lacrimalis quod est dulcis et rubeus et est bonus stomacho et cum non bene digeritur pungit et inflat et excitat coitum

Baccha est quedam species melonum frigida et humida et est in 2° et omnis melo et eius species convertitur ad omnes humores quos in stomacho invenit et sunt bone abstersionis mundificant cutem et eius intus confert granno et morphee et fissuris et prohibet fluxum fiet ad omnibus et mouet vomitum absque labore Usus eius omnis melo est tarde digestionis et male calefactis bibat post ipsum oximel et humectatis ?? conditum vel vinum confert lapidi renum et vesice et ardori urine

Bule est cuminum indus est calidum et siccum in 2° stipticus est confortat viscera vz torture et pollusi stringit ventres et siccat ventositates

Beliric mirabolani sunt frigidi in primo sicci in 2° confortant stomachum cum aptatione et aggregatione ut coruncum et inbor sunt ut bilum stringunt ventrem post lenitatem et ipsi conferunt intestino recto et ano

Bederengemi i. species ?edoc a?ie calida et sicca in 2° confert omnibus egritudinibus

flatus et melius confortat cerebrum aufert tremores cordis et ad singultum valet digestionem confortat ponitur in coco decoctio eius

Bunda i. species satirion calida est in 2° sicca in p° confert dolori iuncturarum et podagre augmentat coitum et veneris confert

Borago herba est que similiter usitatur calida est et sicca in 2° quod non tantum tamen temperata ut videtur declinat ad calidum et humidum et habet proprietatem generandi leticiam et si in vino mixta potui detur confortat cor proinde antiqui miscebant eam medicinis cardiace passionem patientibus ut etiam cum aqua cocta et melle et zuccaro potata canales pulmonis et gutturis optime mundat

Bichas i. oculus vaccae rosa eius citrina est in medio rubia et est grossior flos camomille calida est in 2° sicca in p° odor eius ventositatibus grossis in capite confert

Barangi al' bachehie semen simile lenti est equalis declinans ad siccitatem stipticum est et melius generat et ventrem stringit ut multum in ruptura more emplastri super posita

Bessegasem i. coriandrum putei declinat ad calitatem et siccitatem valde parum in p° est stipticus prohibens vomitum et cum miscetur in cibo gallorum et columbinorum fiunt fortes ad preliandum confert fistule in lacrimali mundificat pulmonem urinam provocat et frangit lapidem et provocat menstrua contra venenum canis rabiosi operatur

Bedoragi i. ocimum fluviale calida est in primo et in p° est humiditas superflua quasi usque ad 2m ut in apparitionibus calis et confert eius semen in melius si emplastretur eius semen super omnia eius semen confert pulsationem confortat cor et desiccat pulmonem usus eius nocet stomacho ut in difficultate urine et pectoris ves?ratis et

scorpionum

Bilomosi i. portulaca habens lac vel silvestris semen eius igneum simul sunt tamen malli solvit cito vehementer cum violentia et est de venenosis

Butirum calidum est et humidum in primo sed eius humiditas plus est calitate et est sedativum dolorum mollificativum et resolutivum et impinguat et humectat mollificat nervos et lacertos ungitur gingiue puerorum et dentes melius nascuntur si comedatur cum amigdalis et zuccaro removet tussim et siccam et siccitatem maturativum est valde leniticativum est usus eius solvit liniendo fit clistere ex eo ut contra apostemata calida viscerum et vesice et matricis resistit venenis cum ex eo linitur morsus vipere et venenosorum animalium

Butirum indaicum est magnum simile piri quidam dicunt quod amanat de quibusdam montibus et quidam generatur in quibusdam meatibus aque est calidum et siccum in 2° et frangibile et liquefacit sanguinem coagulatum mixto cum bibitur et confert strofulis si emplastretur super ipsas et confert podagre et sciatice si emplastretur confert tussi et ulceribus pulmonis fumus eius confert ad matricis duriciem et clistere factum ex eo cum aqua ordei ut in disinteria

Boellium melius est purum frangibile est calidum et siccum distrumpit ventositates et sanguinem congelatum resolvit et lenificat membra et maturat apostemata dura et scrofulas et confert contusioni et spasmo et omni diuturnae vel contusioni et tussi antique fumus eius retinet sanguinem emorroidarum et cum ponitur cum solutis prohibet abrasiones et provocat menstrua et mundificat matricem et lapidem frangit Butirum coctum est fortius in maturatione quam crudum calidum et humidum est in p° gradu est maturativum et resolutivum maturat omnia apostemata parva et magna cum melle

Portulaca

sanguinem coagulatum in potu liquefacit

podagre

sanguinem coagulatum distrumpit

prohibet emorroidas

lapidem

et zucco si dat' leuit pectus et ma
turat superfluitates que sunt meo
soluit ventrem cum amigd' valet
venenis

Bebigi .i. papauer cordosum ca
lidum est multum et est de
tintimallis et soluit fortit' sicud ali
quis tintimallorum

Barba yrcina est frigida in p°
sicca quasi
in 3° succus eius est stipticus fortit'
et eius folia consolidant uulnera
succus constringit fluxum sanguinis
qui bibitur cum aqua ordei stom
confortat ne recipiat nimiam ab alijs
mebris succus eius cum vino strin
git ventrem et appellat' ypoquisti
dos et consolidat uulnera intesti
norum

Balaustia frigida in p° sicca in 2°
retinet omnem
fluxum et generat melius consolidat
ulcera antiqua et excoriationes que
fit asella cum quis equitat consoli
dat et fortes efficit dentes motos
et prohibet fluxum sanguinis et confert
ulceribus intestinorum fluxui ventris
et matricis

Borax est lapis uel uena terre
repitur in lra a sub voca
bulo abstigar ego autem credo quod ab
stigar sit herba Bauuc ul' herba
simil' bauue repitur in lra a sub
vocabulo ablagar Bibenis repi
in lra a sub vocabulo azthecta.
Baccar laurus uel arbor eius quod medi
repitur in lra d sub vocabulo do
mest Bancia repitur in lra g sb
vocabulo zezer Blitis repitur
in lra h sub vocablo holus Bomba
cium repit' in lra h sub vocablo thor
Bresta repit' in lra m sub vocablo m

Coagulum melius omnibus
alijs est coagulum leporis
omne coagulum est calidum
et siccum in 4° resoluit coagulatum
coagulatum uel coagulatum
mixto et mamill' et omne liquidum
inducat coagul indo et est resolutum
et incisiuum et confert epilentie

cum bibit' resoluit sanguinem coagula
tum in pulmone si supponat' post
menstruorum purgationem iuuat mi
rabiliter ad impregnandum confert
insquinantio nigro et ualet contra
venena

Citrum cortex citri calida est
in p° sicca est in 2° et
caro calida et humida in p° et sm' quos
dam frigida eius acetositas frigida est et
sicca est in 3° eius acetositas fran
git coleram rubeam et eius caro in
flatiua sed cortex et semen sunt re
solutiua et eius acetositas delet pan
num faciei et rubedinem sed cortex
facit odorem oris bonum ablutio
facta cum acetositate remouet
yctericiam ab oculis acetositas sedat
tremorem cordis calidi sed eius
caro est mala stomacho et tarde dige
ritur et facit colicam semen eius opti
contra venenum scorpionis

Cerusa est cinis plumbi mundi
mundati frigida et sicca
in 2° vz in consolidatione ulceri
et apostematibus calidis oculi et fixu
ris ani sed est in ca° venenosa

Camomilla multarum specierum
est cuius flos est
albus et alia cuius flos est citrinus
et alia cuius flos est purpureus calida
omnis et sicca in p° resolutiua abs
que attractione aperitiua et subtilia
tiua sedat calida apostemata resoluendo
ipsa mollificat thetanum et sedat
omnes dolores resoluendo tempat
absque attractione et confert lassi
tudini plus alijs rebus sedat soda
ex natura sua confert yctericiam pro
uocat urinam et frangit lapides olm
eius confert in febribus periodicis et
antiquis

Cepe notum est calidum est in 3° et
in ipso superflua humiditas
cruda non nutrit sed coctum prestat
nutrimentum humiditatum rectificat
nocumentum aquarum proprie et est
rubificatiuum et ventosum et mollifi
catiuum multiplicat saliuam et valet
cum melle ad albulam oculi et mouet
vomitum quedam est species propriae

dissinal et male digestionis et si come
datur cum aceto commovet appeti
tum et stomachum debilem confortat et
percutit ostiria emorroidarum et pro
vocat menstrua et omnis species eius
contra extitiunt vel in morsu canis
rabiosi quando emplastratur cum ruta et sale
super locum morsus

Corallus est herba in mari et
cum extrahitur fit
lapis frigida in primo sicca in secundo prohibet
fluxum sanguinis undecumque proveniat
sive ex ano sive aliunde confortat
oculus abstergendo et exiccando
humiditates spiritus sanguinis removet
confortat stomachum et si suspendatur ad
collum et propter hoc suspenditur ad collum
puerorum confortat cor proprie valet
apatibus testiculorum calidis

Cepe azir i. nasi assilatur sal
le in virtutibus et
operationibus et sedat dolores matri
cis et opatur contra venenum scorpionis
et tutele

Castoreum est testiculus animalis
marini et biuera
appellatur et invenitur par suspensum
ex radice una adulteratur ex opio
calida est in 4º et sicca in quarto re
solvit inflationem et calefacit corpus
confert nervis et calefacit eos et
tremori et spasmo et epilencie con
fert oblivioni et litargie i. palisi
lingue et bibatur cum aceto sup
singultum et valet delet dolores ven
tris pungitivum et resolvit ventosita
tem et provocat menstrua et extra
hit fetum quando datur ʒ ij. cum mentastro
vel calamento confert morsui veneno
sorum et est triaca pro fornicatori elli

Caseus est ille qui fit ex lacte
recocta est que fit ex
caseo post alteracionem casei recens
est frigida et humida in 2º salitus est cali
dus et siccus in eodem Aqua vero casei
calia medicinat propter quod coagulum fit ex
coagulo melior est medius inter illum
qui extenditur ut viscus et frangile
quia ambo mali recens multum nu
trit et impinguat et si coquatur in
aqua et datur illa aqua in potu

lactantibus multiplicat lac / non vetus
sed salitus aliquantulum est medius
inter recentem et veterem salitum et
recocta est ex parte magis melita
aliquantulum vero vetus nocivus stomacho
sed recocta minus nocet stomacho quam
caseus Omnis caseus lapides generat
et aqua casei colerum solvit assatus
non salitus prohibet multum solu
tionem ventris

Cinamomum est multarum spe
cierum melius
omnibus est habens bonum odorem et
saporem acutum absque forti mordica
tione declinans ad rubedinem ob
scuram et quod super unam radicem exit
calida est et sicca in 2º et rectificat
aerem putrefactorum et omnem virtutem
corruptam mundificat pectus et con
fortat omnia nutritiva et epar et
aperit opilationes et provocat urinam
et menstrua et confortat matricem
loco eius ponitur cassia lignea

Cerebrum meliora sunt cere
bra volatilium et
proprie montanorum silvestrium de quadru
pedibus meliora arietum et vituli
omne frigidum et humidum ~~est omne~~ generat
flam et humores crossos omne facit nau
seam et delet appetitum et est male di
gestionis

Cerasataris id est id quod
est super arborem
que fert glandes involuitur est ca
lida et sicca confert paralisi et torturi

Crocus melior est recens boni
coloris et subtilis odo
ris super cuius pilos est parvulum al
bedinis non velociter tingens et
neque deleri frangitur calidus est et
siccus in primo stipticus resolutivus et
maturativus est rectificat humorem
putrefactum et confortat et eius usus
colores efficit bonum confortat cor
et omnia membra imbelitus odor eius
inducit sompnum implet cerebrum de
bilitat appetitum sed stomachum confor
tat sua stipticitate excitat coitum
et confert duriciei cutis matricis
et provocat urinam et valet ad
partum difficilem Dicatur quod nimis usus eius

causat mortem

vel multiplicant

induat risum et tres · aur' de eo in
terficiunt lenificando

Colloquintida est masculus et femina al
ba est melior lacra lenis calida est
et sicca in 2° est attractiua ex lon
ginquo et maxime humor̄ visco
sor̄ vz in sinancia et egritudibus
neruor̄ omnibus frigidis cerebri pur
gat solutione educit fla' grossus
ex iuncturis et neruis proprie et et
soluit coleram et confert colice hu
mide et ventose valde et valet in
morsu scorpionis

Cicer al' est albus al' rubeum al'
nigrum et aliud in modum
horobi et preter hec aliud siluestre et
aliud domesticum et siluestre est for
tioris operationis sed est deterioris
nutrimenti quam domesticum et male
digestionis omne calidum est et siccum
in primo clarificat vocem et nutrit
pulmones omne est inflatiuum decoc
tio eius valet ydropisi et yctericie
et aperit opilationes epatis et splenis
et specialiter nigri decoctio et opila
tionibus renum et viarum urinalium et mi
rabiliter coytum confortat Scias
quod illa est bona aqua in qua cicera
primo infundunt

Columbe in pullis qui volare
non possunt est ca
liditas cum humiditate superflua
sanguis ipsarum constringit fluxum
sanguinis narium qui fit ex velamine
cerebri volantes sunt velocioris
digestionis et melioris humoris quia
pulli tale facti comedunt eos cum
agresta et similibus oua eorum sunt
mali saporis et minus calida

Cubebe calide et sicce sunt in 2°
aptitudine sunt bone in
egritudinibus capitis et catarro vo
cem clarificant et opilationes nu
tritiuorum aperiunt renes et vesicam
mundificant et spiritus masticantium
cum delectat quantum si ex saliua
masticantur in vngatur caput virge
hora coitus

Cussute est res inuoluta super
spinas et arborem
que non habet folia et nascitur in pratis super
plantas et super linum et appellatur
a quibusdam podagra lini calida est
in primo sicca in 2° mundificat stomachum
et attrahit superfluitates subtiles
ex venis aperit opilationes epatis
et splenis et nutritiuorum et confor
tat stomachum et mirabiliter operatur
contra ycteritiam et opilationes de
coctio eius multum operatur in febribus
antiquis

Ciminum est multarum spe
cierum est in 3° sic
cum in 2° in primo est stipticum et
resoluit ventositates et grossum
eligitur minimus eius usus catrinat
faciem et delet apata testiculorum
quando miscetur cum faba et oleo et
melle vz tremori cordis frigido con
fert difficultati vrine et dolori ve
tris pungitiuo et inflationi et
operatur contra morsus verminis vene
nosorum

Castanee quamuis sint frigide ha
bent in se aliquam
caliditatem sunt autem melioris nutri
menti glandibus nimis stringunt
ventrem stomachum inflant et intesti
na et faciunt ventositates et si bene
digerantur corpus impinguant et
confortant appetitum

Capparis ca. et sic. in 2° qui
ponitur cum sinapi
vel per se in musto conseruat ipsum
ab ebuliticon resoluit et mundificat et
subtiliat et mundificat vias opila
tas et confert sciatice et doloribus
iuncturarum et excitant humiditatem
in cerebro confert asmati de pro
prietate sanat splenem et eius pro
mouet duriciem et confert melie
augmentat coitum et prouocat me
struam et interficit lumbricos

Caulis ca. est in primo sic. in 2° de
coctio eius est diuren
ca et prouocatiua et eius stra post
decoctiones melica fit eius nutri
mentum est paruum et malum decoc
tio eius et semen tardant ebrie
tatem abstinent visum eius usus
malus est stomacho sed decoctio confert

cocta in ueru uel in patella sed non
est ita durabil' in mebris et plures
generat super fluitates et mag ma
gis habilem ad putrefactionem
Et omnis caro recipit alteraciong a
rebus cum quibus conditur nam car
nes que cum seminibus calis et her
bis calis conduntur calie indicant
Que uero cum agresta et aceto et
similibus condiunt frie indicant p
artificium   Caro vaccina sicior est
carne capina et capina sicior carne
ouina et difficilior digestionis Lepo
ris uero caro calia est et sicca   Ois
pinguedo et adeps est mali nutri
menti et pauci et sublenat abu et
male digerit et eius usus destruit
appetitum et fastidium inducit
Salita uero caro et spaliter porci
na in p'o sue salsedinis humida indi
catur cum uero exiccata fuit sicca
et mali nutrimenti indicatur et parui
Pinguis uero caro lenit ventrem
Caro vaccina plurimi est nutrimenti
et generat egritudines melius et
debet comedi in fine yemis et vere
et in p'o estatis et est minus viscosa
quam caro porci in sua crassitudine
Caro anatis est plurimi nutrimenti
sed non equatur cum carnibus gallinar
in bonitate sed ventres anatum sunt
suaues et earum epata epata bona
et summa in cibo idem est de anser
ius gallinarum decrepitarum est bonum
colice et eius egritudinibus melius
Ius gallinarum multum confortat virtutes
pullorum vero ius humores temperat
magis   his carnis vaccine acetosum
est bonum solutioni colice et fluxui
ventris colico et caro vaccine prohi
bet attractiones colere ad stomachum   Et
leporina assata est bona ulceribus
intestinorum   Vaccina uero caro sa
lita natat in stomacho et est minoris nu
trimenti quam illa que est absque pin
guedine salita uero vaccina que
non est sicca non sic natat in stomacho et
sanguines satis generat temperatum
Caro uero animalium que de ventre
animalium ante partum extrahitur et
caro decrepitorum impinguatorum

omnis mala est   Omnia interiora
animalium preter epata gallinarum et epa
ta de quibus supius fecimus mentionem
et eorum extrema uel pedes et silia
tarde digeruntur et sanguines grossum
generant sed anteriora sunt meliora
posterioribus

Crisollonulla i. nucinate frie
sunt et humor
sunt in 2° sed oleum nucleorum est ca
lidum et siccum in 2° Humor eorum est
velocioris putrefactionis sed melio
ra sunt stomacho quam per sicca eorum infu
sio sitim sedat et febrem generat
pp velocitates sue putrefactionis pe
netrationis et infusio siccorum confert
febribus antiquis al' acutis

Calx per calcem significamus
calcinationes corporum lapido
sorum et astratorum extincta et non ex
tincta sicca est sed non est extincta
calior est extincta abluta exiccat
absque mordicatione et utique fluxum san
guinis abscidit sed abluta consolidat
et confert adustioni ignis

Ciperium est radix plante silis
porro sed est longior
et subtilior et est aromaticum cum amar
itudine et est difficile frangibile et
extenuat ventositates colores efficit
bonum et odorem oris similiter confert
incisorias et putredinem oris confert
calefacit stomachum et epar confert diffi
cultati urine et frigori vesice et ma
tricis et febribus antiquis

Cipressus est arbor magna
calia est in primo
sic in 2° est stiptica ualde et eius
ponticitas est plus amaritudine
Folia et nux eius sunt stiptica sed nux
est fortior in omni re eius folia et
nux consolidant uulnera ualet nux
eius ad sputum sanguinis cum vino et con
fert ulceribus que sunt in intestinis et
rupturis

Cancer fluuial' est difficil' di
gestionis et plurimi nu
trimenti decoctio eius cum mes extra
hit spinas et res acutas infixas
in mebris sed marinus est subtilius
cum lacte asine confert ptisi et

al' gallorum

Leporina assata bona
ulceribus

+

confert morsui scorpionum et cutele
et succus eius cum melle et gen
ciana ad morsus canis rabiosi

Cancer marinus per can
crum
marinum intelligunt speciem cancri qui
habet omnia membra dura ut lapis
quod de eo est adustum est subtilius
reliquis adustis prohibet lacrimas
et resolvit cum sale ungulas pro
hibet apostemata ut dicitur

Crisolocomia i. atriplex
frigida est et hu
mida et temperata secundum quosdam
temperamentum nutrimenti

Coturnices timet ex comes
tione earum spas
mus et thetanus nam propter hoc quod co
medunt eleborum sed quia in substantia earum
est hec virtus et nutriunt ex ello
ut creditur ut siliginem complens

Cassia est plurium specierum que est
cortex radicis moriasem
quarum una est boni saporis et odoris
et alia cuius sapor est sapor spice et
alia est nigra declinans ad purpu
reitatem cuius odor est similis sandalo
et alia est nigra horribilis odoris
fixa subtilis cortice et alia ad albedi
nem parvi odoris et dicitur quod invenit
quandam sile quod dicitur de cinamomo
omnis calida est et sicca in 2° illa meli
or est que est rubei coloris pura pla
na longi ligni crossa boni odoris
resolvit ventositates crossas confert
epati et stomacho et ipsa confortat pro
vocat urinam et menstrua et valet
in doloribus renum vesice et matricis

Citonium frigidum est in fine primi
siccum in primo 2i
stipticum et confortativum fortius est
oleum eius confert scissuris frigoris
et formice eius comestio generat
dolorem nervorum succus eius et sirupus
etiam prohibet sputum sanguinis et
confert asmati et tussi et similiter eius
semen et asperitati gutturis et leni
tiva pulmonis confert vomitui
et ebrietati sedat sitim et sirupus eius
confortat stomacum recipientem super
fluitates restringit fluxum ventris

Crocus ortulanus calidus
est in
primo siccus in 2° et stipticus secundum aequa
litatem et maturativus confert ad colera
puerorum si fiat ex eo linimentum cum
melle

Calamentum aliud fluviale
et aliud mon
tanum simile ysopo calidum est et siccum
in 3° potus decoctionis eius confert
contractioni lacertorum succus eius et
interficit vermes in aure decoctio
eius confert asmati et tussi antique
et extrahit humores viscosos ex pec
tore confert paucitati appetitus et
debilitati stomachi et valet singultui et
veterine de opilacione decoctio
eius provocat urinam et menstrua et
sanguinis draconis draganti mumie omnium ana
partes equales et de pilis leporis minutim
incisis ad libitum omnia terent et
pulverizent et cum melle optime despu
mato conficiant. Et ex isto dando det
sero et mane quantum est nucis abellane hoc
enim regimine curationis rupture cum
modo medicinarum et similiter fomentis cor
poris si ruptura inguinalis non sanet
cum modis meis(?) sic dictum est tunc
ad curationem recurrendum est. Et opor
tet quidem inungere in hoc rupture dux
est quando aut fit cum unctionibus aut fit per
incisionem vel sumat in renibus ℥ s. cum
quod sic fit R pulveris ℥ iii mellis despumati
lb. s. misceant. Castratio fit duobus
modis scilicet attrahendo testiculos postquam steterint
per longum tempus in aqua calida si forti
manibus fuerint bene post dextrum sed
hoc est valde dolorosum et timorosum
valde. Fit etiam per incisionem bursa tes
ticulorum super quolibet omni ut quolibet
omni per se extrahat et tunc vulnus cure
et incarnet et consolidet cum defensione
in principio ut dictum est in incisionibus
Et hic modo castrationis valde solito
est in omnibus hominibus et animalibus. Etc.

Capitulum xlv. De fixuris cum dolorationibus et emoroi dibus in ano et vulva

Ee egritudines fiunt ex materia
grossa vel viscosa que descendit ad loca
illa et nititur ad exitum sed quia
earum quedam habent colorem et figuram ficus
et non emittunt sanguinem sed humidi tem

Electuarium

Electuarium ad [illegible]
Castratio quomodo
fieri debet

[illegible]

Stes extremus

non mingat et signum lapidis con-
firmati cum non occurrit nisi in virgo
virili enim dicto tempore et bene ist
abstineat a cibis et potu prosit
Cum autem medicus certus fuerit de lapide
et multis exhibens primo ut evacuet
intestina cum clistere et post clistere
non dimittat infirmum comedere
parum et sic sequenti die iejuno stomacho
accipiat infirmum et ipsum super ipsum
discum et unum ministrum a dextris
et alium a sinistris qui teneant crura
elevata et infirmum firmum ne moveatur
hora operationis et tunc ponat digitos
in ano ut dictum est et reducat cum di-
gitis predictum lapidem ad locum qui est
inter anum et radicem testiculorum et tunc
ex obliquo ab una parte tangat incis-
sionem ut iam venia ab uno ano in medio
testiculorum sicut rugarum locum scindat cum
rasorio usque ad lapidem et sit vulnus
magnus lapide ut sine difficultate
possit lapis extrahi cum uncino quo
extracto impleatur vulnus de pulvere de
bo. ar. et dra. et mastic cum equaliter et
suatur vulnus ponendo unum punctum
et fit de isto pulvere et al. cum firmetur
vulnus usque ad finem Bibat parum et
non vinum album sed stipticum et tene-
at temperatum dictam et bonum nutri-
mentum Si autem vulnus non bene consolida-
retur pulvis qui fit de mumia super id
ponatur et mastic mixtis equaliter et sic
inebibitur curatur nisi fuerit in inci-
sione peritus Attende quod hoc opus nunquam
potest apprehendi nisi per visum et usum
propter hoc operari potest sit cum bono
magistro exercitati et rationabili Sciendum vero
quod raro fit hec egritudo in muliere et
est difficilis curationis in ea propter mul-
tiplicationem matricis inter vesicam et anum et
maxime cum in incisione continuitur multum
vesice ... sit strictum et valde stu-
dia quod omnis superfluitas que in vesica
recipitur sive sit grossa sive multa ...

ex pelle et ideo raro in muliere ...
lapis procedat in ea ut dictum est Si autem
non consolidaretur finaliter vulnus per quod
lapis fuerit extractus sed fieret
fistula procedat ... cum ...
bustione locum ut est dictum in capitulo
et fistula penetrans in uentre sine
superiori et inferiori Si autem lapis
ad medium virge descendit et per
foramine virge non possit exire neque
per medicinam neque per aliud ingenium
medicinale incidatur locus usque ad
lapidem et extrahitur et super vulnus
statim ponatur cum albumine ovi pulvis
factus ex san. dra. et mastic et liga-
tur bene consolidabitur et locus optime
continuabitur per viam istam Sequitur

Capitulum xlviii De pus-
tulis albis ut milium
et rubeis et fissuris
et corruptionibus que
fiunt in virga et circa
preputium propter coitum
cum feda vel meretrice
vel alia causa R

Egritudo semper accidit
ex fumo vel vena venenosa retenta
et inclusa inter preputium et
pellem virge et quia non exspirat statim
et multiplicatur in loco unde cum neglecta
fuerit in principio multum multiplicatur quod
rumpitur pellis et dilatatur et cor-
rodit subtus virgam que ampliatur
sanatione non recipiet et accidit in
hac corruptione fe. et fluxus sanguinis
et mors interimens Curetur igitur
in principio cum medicamentibus et sanatur

locum ut est aqua decoctionis mellis rosarum non colati et post ablucionem cum bene tergatur toto loco corrupto cum pecia infusa in vino et aceto vnctis in quibus sit decoctum puluis galle vel cimini cypressi et fiat semper donec maculla corrupcionis sit remota Si autem corrupcio multum augmentata fuit quod denigrauit locum signum est mortificationis loci tunc intendas ad remouendum denigratum et corruptum ferro ignito separando totum corruptum et maxime a non corrupto Nam si hoc non fieret non cessaret dicam . . . donec integrum esset totum corruptum et propter hoc postea de corrupto nil relinquatur hoc facto impleatur locus non corruptus cum puluere boli ar. olei rosarum et albuminis oui nam illud defendit ne corrupcio fiat deambulatiua super vulnus vero et locum circumstantem ut sanguis draconis ponatur albumine oui cum puluere bo. ar. et sic usque ad tres dies Si autem post istos dies visum fuerit aliquid de corrupto mundificetur cum vnguento viridi facta mundificatione incarnetur cum incarnatiuis et consolidetur de quibus fecimus mencionem et fecimus ablusionem cum aqua ordei . . . absterssio cum eadem pro cuitum cum fieda vel mercurio et pro ista defendit virgam a corruptione cum ista . . . et maxime si post ablucionem aqua ferra fiat rorando locum ablutum cum aceto puluis optimo ad consolidandum vlcera virge mundificata qui sic fit Recipe lluce cypressi aloe nucis an. 3 j. puluerizentur et cribellentur et ponatur super vlcera et pro puluere vero infusi in vino ponatur.

Capitulum xlix de apostemate calido et frigido saniosos et nodo in virga

postema calido loci in virga fiunt cognoscitur et curatur ut dictum est de eisdem apostematibus in locis dictis et per vnctiones et emplastra et mundificationes et ventosationes in eorum et purgationis cum pillulis et decoctiones et hoc. et emplastrationes et incisiones et mundificationes et incarnationes et consolidationes dictas narratas in illo et sic de apostematibus

Contra nodum istius loci specialiter est procedendum accipiat medicus nodum inter digitos suos et trahat ipsum in locum in quo vene in arteria appareat postea quod in hoc virga nichil timendum est de arteriam et venam incisione et tunc incidat pellem super ipsum medium et extrahat ipsum totum sic quo extracto suatur pellem et ponatur super ipsum puluerem san. dra. et dra. equaliter cum albumine oui et dimittatur sic quod integrum consolidabitur sine pruritu aliquo. Sequitur

Capitulum l de apostemate calido et frigido testiculorum

Et apostema semper generatur a materia descendente a membris ad testiculos tamen propter ablutionem loci tamen quod materia naturaliter fluens expellitur super membra ad inferius Signa apostematis calidi et frigidi ut ista sunt et intelligatur ex predictis quod dictum est Cura dicti et regimine dicti sit in locis multis Vngatur locus cum aqua fuerit calidum cum oleo rosarum calido in hyeme et in estate frigido actu fiat flora de bakalua . . . fuerit apostema frigidum in natiuis vel mixta fuerit cum rebus dictis in apostematibus calidis puluis vasis aut decoctionibus et sic impediret virgam fiat flora de sapheam mixtum in calido Nam flora hec bene valet multum in egritudinibus istius loci et

[Emplastrum] egritudinibus mirentis Emplastretur locus cum emplastro de malvavischo et aliis dictis in maturativis aptatur nisi sit sanie madidatur et non permittatur saniens ubi bene quod corrumpat omnia quia post corruptionem fuerit non consolidabitur locus nisi extrahatur quod est in devenire. Aliqui enim hic apparatu resolvuntur cum unctione et purgatione et desiccatione et sanificatione et emplastris maturativis. Remota sanie si ad saniem devenire cum melle et farina ordei et mirra mundificetur et incarnetur et consolidetur. [Cura sa.] Cura sei bonum est post purgetur cum pillulis fetidis dictis in tractatu in sibastellis vel cum trociscis de turbit et hiera et ungatur locus cum oleo de spica et in tercio tantum sit in resolutione cum diaquilon et emplastro dicto in dimisione splenis in fine vel resolvetur vel maturabitur in bene facta sanie si non resolvitur madidatur [et non corrumpat] et mundificetur et incarnetur et consolidetur et non permittatur omnino corrumpi quia malum est. Cogitetur in medicina pro incarnatione ipsum extrahere vel nullo modo consolidetur. Sequitur

Capitulum li. De hernia aquosa ventosa et carnosa.

Et hec egritudo semper ex materia descendente in fine quia aliquando est ventosa aliquando aquosa et aliquando humor sic descendens convertitur in carnem et appellatur tunc carnosa. [Sig. ventose] Signa ventose sunt quia subito advenit et pellis testiculorum lucet et est pura et non redit tactum sicut vesica tensa et sonat cum percutitur. [Sig. aquose] Signa aquose sunt quia advenit successive et oculus lucet redit tactum et cum percutitur sonat ut uter plenus aque. [Sig. carnose] Signa carnose sunt duricies et quod longo tempore incipit et cum tangitur totum non movet quod est intus testiculum

et quod per tempus nullo modo minuitur. [Cura] Cura ventose est ut deficiatur medicina magis recta sit cimini anisi ameos et aliquid mellis et salis et mundificatur simul aliquando cum pillulis fetidis dictis in tractatu sibastelli. Ungatur locus medio de spica et oleo de aneto de quibus in fine fiet mentio. Fiat emplastrum super locum tale: Rx cimini ℥ i ameos anisi feniculi dauci seminis bacarum lauri alleorum coctorum ana ℥ s. farine fabarum lb. s. aceti ℥ ii misceatur farina fabarum cum quantitate vini sufficienti ad liquiditatem et misceatur cum his aceto et ponatur ad ignem et cum bullierit addatur pulvis aliarum rerum et cum mixta fuerint omnia et talia fiat unctione cum aliquibus ex oleis supradictis ponatur emplastrum calidum et sic pristinum innovetur. Abstineat alegumine et cibis ventosis. [Cura aquose] Cura aquose est ut ungatur cum oleo costino quod fiet ut inferius vel cum oleo de lilio et emplastretur cum emplastro de grano dicto in dimisione splenis vel cum emplastro quod sic fit: Rx sulphuris ℥ i mirre lb. s. litargiri et aluminis zuc. ana ℥ iiii olei ℥ ii dissolvatur resina cum oleo et coletur et cum infrigidatum fuerit incorporetur pulvis aliarum rerum et bene incorporetur et in fine addatur aliquid aceti. Hoc facto ponatur calidum super locum. Si autem per istam viam non consumatur aqua perfora bursam testiculorum cum flamo et extrahe aquam et ponatur in foramine tentam ita quod possit libere quod intus est extrahi et pone post extractionem aliquod emplastrum frigidum in tractatu super locum ubi apparet eminentia rupture et liga bene ipsum ne aqua descendat residuum vel maxime ad testiculum nam per aliam viam non potest descendere ad testiculum nisi per istam. [Cura] Si non descendet redundaret egritudo purgetur sepe cum trociscis de turbit vel cum pillulis fetidis vel cum tragea que sic fit: Rx turbit albi mundati ℥ ii ana

[Emplastrum]

sine sint in ulcere sive sine hoc modo cum
disponitur corpus cum pillulis fetidis quarum dosis
sit ʒ ii vel ʒ iii vel cum pillulis que sic fiunt
℞ ellebori nigri ʒ i sticados ʒ ß mirabolanorum
indorum ʒ ß mastices bdellii et epithimi ana
ʒ i turbit polipodii ana ʒ ii fiant pillule cum
succo fumiterre et cum decoctione eius dosis earum
sit ʒ iii vel ii vel i. Postea cum vadit dormitum
et non venit post mundificationem et mundifi-
cationes fiat flebotomia de vena que sita est ad ba-
silicam pedis que est inter anularem et auricularem
flebotomia huius vene trahit sanguinem melancolicum
venalem a toto corpore. Abstineat a salsis
carnibus vinum grosse super locum et si sunt
sine ulcere fiat hoc unguentum ℞ olei de
ramo ℥ iiii sulfuris ℥ i cere ℥ ii li-
quefiant cera cum oleo et cum dissoluta sunt
deponatur ab igne et misceatur semper pulvis
sulphuris in fine addatur ʒ ß argenti
vivi extincti cum saliva et aliquid aceti
Aliud ℞ olei ro. ℥ iiii cere ʒ iii cerusse
sulfuris argenti vivi ana ℥ i fiat un-
guentum et addantur duo albumina ovorum in
fine incorporationis et aliquid aceti Si
vero cum ulceribus sint fetidis que appellantur
cancrene mundificentur cum unguento apostolorum
et viridi proprie et cum plus minime
consolidetur et sanetur et abluantur sepe cum
aqua decoctionis gallarum et florum citoniorum
et ana decoctionis corticum granatorum et nucis
Si autem ulcerose non incarnantur propter hoc fuit
ulcera longa cum cauterio intellarum quod
ulcera aperiant bonam formam ulceris ad
consolidandum et rectificantur opposito membro
et tempore eius sicut quod de levi post hoc con-
solidentur facta mundificatione mundificetur
cura et incarnetur ut dictum est primo
Sepe purgetur patiens et flebotometur de basilica
pedis. Aliud in consolidatione ulcerum
abluatur locus omni die fortiter cum aceto
forti et ponatur super locum ulceratum post
ablutionem omni die emplastrum quod sic fit
℞ mellis lb ß vitelli ovorum numero
iiii farine or. q. s. ad inspissandum
illa duo fit sic cum isto emplastro in-

carnetur propter mundificationem consolidetur locus
ut dictum est in aliis supra cum proprie
inunctum necesse est et vinum nullo

Capitulum liiii de vena que appellatur meden seu civilis vel narines in cruribus

Hec ex se est hec egritudo
multa Continget in plurimum
viatoribus et abstinentibus
laborantibus pedibus Sed cura huius
infirmitatis procedit duobus modis
primo cum medicinis localibus et in-
strumentis Medicine locales sunt medicine
defendentes locum a superfluitate cur-
rente vel superfluitates et resolventes
et superfluitates locum ut emplastrum
quod sic fit ℞ nucis cipressi fu-
gallarum cum mumie mastic. thimi-
ama ana ℥ i bo. ar. ℥ vi farine
or. ℥ vi incorporentur omnia cum
albumine ovi et addatur in fine
aliquid aceti et fiat emplastrum et
ponatur abrasis pilis super locum et di-
mittatur per dies iii vel plures sed quod in
firmus potest pati nam quanto maiori
fuerit permanentiae et effectum faciet
maiorem cum isto emplastro et mundifi-
cationem que fit cum pillulis fetidis et
flebotomia de basilica pedis melancolica
vel defendetur ne augmentetur et curetur
Cum malicia procedit in cura eius
tibus modis primo incidatur subtile
pellis que est supra venam propter quam
vena perforatur vel ledatur in aliquo
et tunc accipiatur vena a medio
inter manus suas et trahatur pau-
latim vena a medio donec totum
inveniat extra mundum sinat et tunc
ligetur cum filo in loco vel circa locum
quem remanet de ... illa que
extracta est mundatur et ligatum
filo remaneat et hoc primo fiat si vene

De scissura in calcaneo propter frigus in yeme

ptem vementis a superiori Et eodem
modo fiat in parte inferiori et sic totum
vel maior pars extrahatur postea pellis
suatur et consolidetur et hic modus valde
impossibilis et non est de meo consilio
quod fiat — secundus modus est ut incidatur sub
tiliter pellis, ita quod vena non tangatur
et hic in fine operis denudetur aliquantulum
vena ita quod fiant due ligationes
distincte inter se secundum grossitudinem
unius digiti et stricte ligentur et sic maneat
bene et dimittatur sic per unum diem et septi
die incidatur vena ex transverso et caput
superioris vene tangatur pars et dimittatur
pendere quousque cum ligatione sua et pars
inferior vene ligate dimittatur usque
ad dies tres et tunc incidatur caput
illius partis cum tota ligatione sua et eva
cuetur pars inferior vene a toto sanguine
quo evacuato firmetur locus cum pulvere
bo. ar. et al. ovi usque ad dies tres postea
mundificetur et consolidetur — tertius modus est ut
ligetur vena duabus ligationibus fortiter
ut dictum est superius et incidatur medium
et tangatur caput utriusque ligationis
fortiter et dimittatur sic usque ad tres dies
emplastrando omni die locum cum albumine et
bistorta cum bo. ar. et al. ovi et tunc aperiatur
vena in loco inferiori circa calcaneum
vel partem illam cum flebotomo lato ita quod
sanguis totus a ligatione inferiori vene ex
eat quo remoto firmetur locus et consoli
detur et attende quod ligationes fiendas [illegible]
in loco superiori [illegible] et scias quod melius
potest fieri. Isti duo modi sunt magis possi
biles et ultimus melior est aliis et magis
salubris ut michi apparet Sequitur

Caplm ·lv· de apertione vel incisura et scissura que fiunt in calcaneo propter frigus in yeme

Propter frigus in yeme duas partes
medicus habere considerationes in cura
eorum huius infirmitatis. Una ex parte
defensionis ne eveniat. Et alteram ex
parte curationis iam facte. Ratione defensionis
ne eveniat caveat infirmus omni ingenio
ne frigescat calcaneum et habeat calceos
duplicatos et largos. Et ungat omni sero
calcaneum cum unguento quod sic fit: Recipe
armoniaci ʒ i, resine ʒ ii, terbentine, mastic
ana ʒ ii, sepi hircini ʒ i, cere ʒ s, olei ʒ vi
dissolvatur armoniacum et resina ad ignem et
postea addantur cera et oleum et cum omnia
fuerint dissoluta colentur et cum colatura
illa misceatur pulvis mastic terbentine et se
pi hircini. Hoc defendit calcaneum a supradictis
passionibus. Ratione curationis iam facte si fuit
sine ulcere ante cum calcaneum [illegible] largius et
calcaneum [illegible] emplastrum factum de armo
niaco [illegible] super locum aposthematum
resolvit totum quod est in loco. Si autem ulcere
aut esset cum ulcere mundificetur locus primo cum
unguento apostolorum et sit locus bene calidus ex cal
ceis largis et duplicibus et post mundificationem
consolidetur cum pulvere de mastice et thure et
mirra [illegible] et super pulverem ponatur
stupa infusa in vino et sic curetur usque
ad finem. Sequitur

Caplm lvi de duritie et callo et nodositate et porris que fiunt in digitis ex quacumque causa.

Primo ordinetur quod paciens habeat
calciamenta larga. 2o ut molli
ficentur duricies vel calli cum axungia
vel pinguedine porci salita vel lardone
ponendo omni die de recenti super locum
de x usque ad x vel xi dies. Et cum mollificati
fuerint corrodatur totum nodositas vel
callus cum [illegible] et [illegible] cum filo
undique et [illegible] involventibus

Ratione defensionis

unguentum

Ratione curationis

vulnus

De callositate et nodositate et porris in digitis ex quacumque causa

postea elevatur acus cum filo ad superiora et totum illud quod elevabitur incidatur intra acum ita quod nichil de comprehenso ab acu remaneat. Postea ibi in fine cauterizetur locus et radix in qua erat pes cum cau-terio potentiali. Unguentum adhibeatur cum bu-tiro usque ad remotionem eschare. Contra porros pedum et manuum hoc experimentum mirabile omni die fiunt cum re pe-
sumitur virid. ro ablu... cum aqua calida removeat eos in brevi hoc modo curaverunt de ... medici similiter et franguntur per medium ex transverso teres et ex loco unde exit humiditas fiunt porro et in brevi evanescunt. Aliud cauterizetur porrus cum oleo ferventi et postea cum ferro punctali cauterizetur et curabitur ut superius sequitur.

Capitulum lvii de fistula scilicet quod potest fieri in quocumque membro

Fistula est ulcus profundum in-filtratum in membro et ossibus aliquando cuius os strictum et latitudo extrinsica est magna a qua venit mali-cia et humiditas liquida emanat. Et fit in carne nervo et osse. Cuius generatio est semper ex materia venenosa, flatica vel nitra in qua adhuc induxit cavitates et venenositates cognoscitur per tactum et visum. Item fit in osse et membris aliis aut non in osse. Cura eius que est in membris et non in osse est ut medicus dilatet vulnus in pro-fundo cum rasorio si est possibile et consequatur ultimum eius. Si autem non fuerit pos-sibile dilatari vulnus fistule cum rasorio aut propter timorem infirmi aut propter compositionem membri dilatetur cum tenta de spongia vel de aristologia rotunda facta deinde vel cum medulla ... facta dilatatione ut medicus eius fundum

vel eius ultimum consequatur mundificetur locus fistulatus cum unguento apostolorum quod sic fit. Recipe cere albe resine ana ʒ xiiii ari-stologie longe thuris ana ʒ vi opopo-nacis et floris eris ana ʒ iii armoniaci ʒ xiiii mirre galbani ana ʒ iiii bdellii ʒ vi litargiri ʒ xviiii infundatur bdellium in aceto vini et decoquatur in estate cum lb ii olei et in yeme cum ... vel unguento viridi cum pulvere aristolo-chie ... cum zedoaria ut dictum est ibi facta mundificatione cauterizetur locus qui est fistulatus cum instrumento ferreo co-nvenientis figure ad vulnus et ad membrum vulneris removeatur eschara cum butiro vel cum unguento apostolorum postea incarnetur locus et consolidetur. Cura autem eius que est in osse et aliis membris fit hoc modo. Aut est in osse nervoso vel plano. Si autem fistula fuerit infiltrata in osse non nodoso et aliis membris dilatetur vulnus usque ad pro-fundum cum rasorio ut dictum est vel tenta dictis et postea et unguentis donec os corruptum appareat et removeatur os corruptum cum rasorio et fiat cauterium in osse in parte illa que attingatur cum osse remoto et infirmatur cauterium bene cum instrumento ferreo et hinc removeatur hoc corruptum similiter vel aliter et removeatur butiro cauterii ut si aliquid de osse corrupto remanserit cauterium cum instrumento ferreo convenienti in forma et figura ad membrum et ipsam extremitatem secundum profunditatem et magnitudinem eius. Sciatis quod cauterium cum ferro ignito omnium complexionum et compositionum membri lesi rectificat re-mota eschara cauterii cum mundificativis incarnetur locus et consolidetur et hoc in-latino modo et similiter et quod similiter non attingerit ultimo modo ex subito et violentia consolidationis. Si autem fistula fuerit in osse nodoso infiltrata di-mitte curam eius melius est et magis laudabile. Nam medicus non cogitur

horrorem in lucem ex ista cura tum
propter longitudinem cure tum propter fine
ut plurimum non laudabilem Si autem
in cuius cura intromittere te volueris fa
nas ut dictum est in non nodosa parte
quia non debes vulnus dilatare cum
rasorio vel ferro propter inundationem nimiam
arteriarum et venarum quas vitare non
poteris quia ex incisione istorum membrorum
destruitur forma et motus membri
et post mundificationem et restaurationem cum
pulveribus et unguentis et remotionem ossis
et cartilaginis fiat in ossibus ut dictum est
supra Purgare sepe cum pillulis fetidis
pillulis de elleboro dictis in capitulo de cura
et cancrena vel cum decoctione facta
ex eisdem Illa purgatio ista facta semper
ex rebus istis multum confert in hoc
casu bonum et utile remedium omnibus
fistulis est cum novo tamen ulcere in loco
declinatio a fistula hectiche maxime con
venientes ad fistulas superiores antiquas
et hec est generalis regula et ultra in
fistula sequitur

Capitulum lviii de cancro et mortificatione seu corruptione deambulativa herpeti esthiomeno sive herisipila in membris quibuslibet R.

Cancer est apostema durum nascens
ex materia adusta vel ex humore
reducto ad adustionem ad materiam
congregato in uno loco incipit ad
modum ciceris apparere in loco cum
duritie et calore Et augmentatur gradatim
cum multiplicatione duritiei et caloris
et eius vene et radices cumulantes se plene
plene sanguine nigro et nascitur ut

plurimum in mamillis et locis glandulosis
sub ascellis et inguinibus et similibus et
hoc habet cancer quia quanto magis palpa
tur et tangitur eius multa duritia
et calor magis augmentatur et sic bonum
est ut non tangatur aut leviter tangatur
absque molestia Cura vero deambulativi
sive herpetis esthiomeni semper fit in omni membro
ex cola adusta venenosa que cum remanet
in membro non cessat cum sua acuitate
et venenositate corrodere membrum et de
ambulare corrodendo donec ipsum de
struxerit et mortificaverit nisi efficaciter
obsistatur medicinali vel cauterio et vocatur
a latinis ex nomine sue corrosionis et deam
bulationis lupa sive erisipila Sed differt
erisipila ab herpete quia erisipila non
deambulat nec imprimitur in pelle quia
et carne in carne herpes imprimitur usque
ad profundum membri et usque ad ossa sed
non tamen eadem Cura tamen nullo
modo incipiat cancer curationem perfectam
nisi totum membrum abscindatur in quo
est cum infirmitate totalis cum eius
radix ex qua mentionem fecimus non
possit evelli nisi via illa resecanda
post illa materia eius cum cura leni
et molli et blandiente que sic fit
Utatur dieta temperata lympha et aqua vino
et abstineat ab omnibus salsis et acutis
et multis legumine et caseo et purgetur
sepe cum pillulis fetidis vel cum pillulis de elleboro
factis in capitulo de cancrena vel decoctione
facta ex eisdem Ungatur locus et circa
cum oleo rosato tangendo locum cum penna
oleo inuncta eodem et cum bo. ar. pul
verizato et mixto cum oleo rosato vel unguento
quod sic fit R. olei ro. ℥ iiii. cere ℥ ij.
liquefiat cera et cum oleo dissolvatur
cum addatur cum infrigidatum fuerit
ʒ. ß. camfore pulverizate et ℥ ß ceruse
ablute et ℥ ß aque ros. hoc unguentum
reprimit eius augmentum et malitiam
et fervorem et sedat sicut cum ea adiungatur
opii gra. viij. et grana xvi usquiami

ipsius loci mortale est sicut in ma-
xilla parte sinistra subascell' et in
gula. Cura utriusque rubee et spar-
sim antrax non duxerit ad
sincopim ad vomitum et ad in-
gredinem vel viriditatem circa eius
summitatem et tunc flebotometur in appar
in contraria parte partis lese vel ventosetur
et non fiat post eius ventosationem
confirmationem quia per hoc spargeretur humor
per corporis et fieret lesio ultimis sed
post fieri septima die si victus fuit
et etas conveniens de eadem parte,
et est utilis multum Item fiat triste
lemphum in principio utriusque corporis
et sumat de 3° in 3m ʒ .ij. l' in ℥
frequenter cum sic fit Rx cum aqua de
corticibus pomorum Ille vero qui
antracem patitur Rx viol' roree
lingue bovis an. ℥ .j. coquatur cole-
aqua et reservetur Ille qui patitur
antracem patitur Rx polipod. ʒ .iij.
sene roree .i. comminuta peromb
epithimi cuscute an. ℥ .s. elli nigri
ʒ .ij. mirabol. indorum ℥ .j. pruna
sicca n° x pistentur omnia gros-
so modo et bulliant in ℥ xvi aque
et consumetur medietas verum est
quod sene et epithimi ponuntur in fine
decoctionis ne virtus eorum resol-
vatur et coletur hoc totum et in cola-
tura ponatur lb .s. zucari et iterum
reducatur ad ignem et bulliatur
aliquantulum et coletur et detur ut dom
est vel detur ʒ .j. pul. qui sic fit
cum ℥ .j. et s. sirupi ro. et ℥ .iij. aque
pomorum Rx bdellii serapini armo-
niaci opopo. an. cuscute pulpe colloquintide
aloes epithimi ana ʒ .v. scamonee ʒ .iij.
mannae [illegible] ʒ .j. s.
euforbium ʒ .s. terantur et pulverizentur
et incorporentur cum succo porri et
fiat magdaleon et usui reservetur
hic pulvis non detur nisi forti et
robusto. Super rem ponatur Si vero fuit

antrax super maxillas emplastrum factum
hoc modo Rx sandalorum rubeorum ʒ .ij. rosarum ru-
brarum ℥ .iij. camfore ʒ .ij. farine ordei lb .s. pul-
verizentur optime et incorporentur cum
aqua ro. et extendatur cum aceto vini
Si autem antrax fuit super maxillas
ponatur hoc emplastrum in parte posteriori
super spinam in contrario infirmitatis
ut confortet rem natura confortata expellit
materiam ad exteriora circa locum infirmum
ut prohibeatur eius decambulatio ungatur
cum oleo ro. mixto cum bo. ar. et aqua
ros. et aliquantulo aceti et camphora.
Super locum vero infirmitatis ad mun-
dificationem et mundificationem fiat hoc Rx
farine siliginis ℥ .ij. sinapis ℥ .v. pul-
verizentur et incorporentur cum melle ros.
et fiat [illegible] et [illegible] Aliud for-
tius Rx armoniaci ℥ .j. terbentine
℥ .iij. dissolvantur ad ignem lento et
colentur et incorporentur cum predictis ibi
In antrace autem antequam ponatur hoc detur pro
purgatione et ʒ .s. triacae cum ℥ .j. syrupi
ros. et aque frigide mixte cum aqua
ros. et scalpelletur locus infirmus et
abluatur cum aqua calida ne sanguis
coaguletur in loco et distilletur super cul-
men antracis candela cera accensa
vel uratur cum ferro ignito vel cauterizetur
locus cum oleo et terbentina mixtis
sil et sint calida ita ut urant quando
ponuntur super locum. Dieta eius sit mica
panis lota in aqua vel succo cum
vino de granatis vel comedat lactucas
cucurbitam et portulacam conditis cum aceto
Et si fuerit debilis comedat carnes
edinas vel pullorum elixatas cum herbis
supradictis et conditas in aceto vel agresta
Eius potus sit vinum de granatis vel
agresta cum quadruplo de aqua frigida
vel vinum acerbum cum quintuplo eius de
aqua frigida facta mundificatione similiter
et carnes incarnet et consolidet ut
dictum est in malo Attende quod unctiones
et emplastra que fiunt circa locum confortant

Si antrax fuerit super maxillam

ungatur

mundificatio super locum apo.

Dieta

or et mudificationes cum sicco et calid[o] debent continuari quousque omnia accidentia mala remota et ambulata sunt. Vale.

Capitulum lx. de lividitate et nigredine contingente in quo[libet] membro ex percussione R[ecipe].

Et egritudo attingit ab humoribus et sanguine currentibus ad locum et non apparet nec cito resolvitur sed remanet in loco et alterat colorem membri secundum suam essentiam. Primo si recens et cutis cruda fuerit fiat clistere in membro ... percussionis cum ventosis et hoc prima die et ad plus 2a die. postea vero non fiat nisi sint ... Emplastrum cum emplastro quod sic fit. Recipe sulfuris ℥ i. alu[minis] ... ℥ i. olei de ... ℥ iii cere ℥ ii ... fiat cera et dissolvatur ... et deponatur ab igne cum ... incorporet pulvis ... et cum sint facta incorporatio addatur in fine aceti aliquid. Epithimetur locus nocte et die ex isto et omni die ... ponatur unguentum abluatur locus bis cum aqua calida ... sic fit R[ecipe] ... fiat aliquid aceti. Si autem non resolvitur ... locus cum ablutionibus et unguentis et predictis. Sequitur.

Cura

Emplastrum

Capitulum lxi de combustione ignis aque calide et olei bullientis R[ecipe].

Primo infrigidetur locus post combustionem cum aqua frigida et nive et ungatur locus usque ad dies quatuor cum ℥ i olei ros[arum] et ℥ iii populeon ... albumina ovorum et 3 ... et ℥ i ... abluti et ℥ i aque ros[arum] incorporentur omnia simul perfecte et infundetur locus cum ... maxime cum ... post dies ... unguento ... sic fit R[ecipe] olei ros[arum] ℥ iii cere ℥ ii dissolvatur cera et cum oleo ab igne deponatur et addatur ... ad inspissandum ... et in incorporatione addantur duo albumina ovorum et incorporentur cum ipso unguento. Aliud ... non ... abluetur cum aqua ... frigida ... remaneat post ablutionem eius incorporet cum ℥ i olei ros[arum] et ℥ i populeon et ℥ i aque ros[arum] ... et ponatur super locum vehementer et remanet ... melius est ut ... fiat incorporatio ... et deinde fiat ablutio in aquis cum isto unguento. Sequitur.

Unguentum

Capitulum lxii de sudatione in corpore que fit in omnibus membris tempore maximi caloris et maxime cum se homo fatigat.

Et egritudo fit ex fumo colerico vel sanguineo resoluto a membris venit cum calor estivus fortis fuerit et homo se fatigaverit aliqua laboriosa causa agit calor in humores subtiles et veniunt et eos resolvit et ducit ad cutem et faciunt pustulas rubeas et albas et ... in modum ... et fit fervor et pruritus et calor maximus in loco. Cura est eius ut ungatur locus cum oleo ros[arum] et aqua ros[arum] et aliquantulo aceti et fiat

Cura

De combustione ignis aque calide et olei bullientis

De sudatione corporis

epithimi cum sero lactis vel lacte sier. Unctio vel cum aqua nitrose. Item autem possit balneari in aqua decoctionis rosarum et salicis et florum camomille. Est optimum et post balneum fiat predictum unctionem. Item liberatur. Mundificetur aliquantulum. Item si videtur pilletorum cum aqua rosarum in qua dissolvantur ʒ ii tamarindorum et ʒ i manne. Dieta eius sit frigida et potius frigida et humida et vinum album cum aqua frigida et hoc usque ad dies quindecim.

Capitulum lxiii de formica vel impetigine et miliari vel igne persico.

Formica et impetigo fiunt ab eadem materia scilicet a colera salsa vel rubea adusta materia est admixtio alicuius humiditatis. Miliaris vero et ignis persicus fiunt ex materia subtili valde mala qualitatis colerica maliciosa venenositate et acuitate. Signa formice et impetiginis sunt pruritus et calor loci et asperitas et rubedo cutis apud illa loca in quibus sunt. Differt autem formica ab impetigine quia formica non sic imprimitur in membris ut impetigo nec est tante asperitatis nec spaciosa sicut tantum occupat in membro ut impetigo. Impetigo enim in figura occupat locum sicut pendulo huc et illuc inclinato et sic pendulo fiunt quedam lunationes crustosas in membro. Signa miliaris et ignis persici sunt quod in miliari fiunt pustule parve ad modum milii et intendunt locum et multiplicantur in modico et urunt et fiunt alique albe alique rubee et cum rumpuntur maxime albe emittunt humidum in modum sanie sed est venenum. In igne vero persico fiunt vesice in loco ac si ignis tetigisset eum et non multum multiplicantur in loco oriuntur et mordent. Cura formice et impetiginis est ut abstineat a rebus acutis et salsis et vino

puro et utatur dieta humida et purget cum simplo vel mundificetur quod sic fit. Recipe epithimi cuscute ana ʒ v, sellis sic ʒ ii, scolopendrie polipodii tertie sement polipodii lb. s. ponantur et bulliant cum duabus lb. aque donec remaneat medietas colentur et colature addatur lb. s. zuccari bulliat aliquantulum et coletur iterum et reponatur in vase. Sumat patiens ʒ i vel ii in aurora diem de eo in quantum placet vel misce sirupum cum aqua decoctionis predicte. Attende bene et epithimum semper ponitur in fine decoctionis quia hec aromatica in decoctionibus resolvuntur. Vel sumat ʒ i s. pillularum fetide sero cum nadir decoctum et non comedat quousque frangat ptisana de scrofularia et durante in sub assellis. Ungat locum cum oleo de camomilla vel unguento quod sic fit. Recipe lithargiri ʒ i s., aloes ʒ i, minii ʒ ii, cere ʒ ii, olei de camomilla ʒ iiii, fiat unguentum et addatur in fine aliquid de aceto. Fiat balneum in quo ponatur lb. s. sulphuris cum aqua decoctionis rubie et florum camomille et post balneum fiat unctio. Si autem non curatur primo scarificetur locus ut exeat sanguis postea fricetur cum aceto squillitico et post fricationes ungat usque ad finem cum unguento de lithargirio et si hoc non curat ponatur super locum cantarides pistate et mixte cum fermento et aceto et excorient locum et post excoriationes ungat locum cum unguento de cerusa quod sic fit. Recipe olei rosarum ʒ iiii, cere ʒ i, liquefiat cera cum oleo et cum dissoluta fuerit cera cum oleo deponatur ab igne et cum cepit infrigidari addatur pulveris cerusse quantum sufficit ad inspissandum. In fine addantur duo albumina ovorum et ʒ i pulveris camphore. Cura miliaris et ignis persici est ut regatur ex parte diete ut dictum est et ungatur locus cum populeon vel unguento de cerusa et curatur mundificare corpus

fin[o]
pill
unctio
Balneu
Scarificatio
Regimen deforum
Cura miliarie et igne persici

Sizano

cum decoctione facta ex ℥ ii mane
et ℥ i s tamarindorum dissolutorum in
aqua decoctionis prunorum et sint me
liora Et post mundificationem fiat balneum
cum aqua decoctionis radicis malve et con
solide maioris et post hec iterum fiat
inunctio cum predictis unguentis et sic
perfecte curabitur et indubitanter

Capitulum lxiiii de morphea alba et rubea et albaras R

Ee egritudines fiunt ex parte
virtutis nutritive que non
assimilat nutrimentum corpori in
tecto in colore et hoc propter debilitatem
contingentem in virtute ex parte complexionis
alterate in loco a causa intrinseca et
etiam ab extrinseca talesfinente vel infri
gidante locum in quo apparet In alba
ras cum ibi sit asperitas maior tunc et de
nudantur fere fures a loco pertinentes
non quod cum parte assimilationis fit prima
mente adhustio ex qua fit pervitu in
loco cum asperitate loci Cura in morphea
alba est mundificatio corporis cum trocis
de turbit quod sic fit R turbit albi
mundi partem ℥ i s ℥ ii condita ℥ i
et zucari ro. incorporentur sit cum aliquan
tulo succi ro. commedat masticando
circa medias noctem et postea abluatur
os cum vino calido Item In rubea fit
flebotomia vel scarificatio In nigra mundi
ficetur corpus cum pillulis fetidis vel cum de
coctione dicta in capitulo de impetigine
In albaras fiat etiam mundificatio
cum eisdem pillulis et eadem decoctione
ratione loci Cura quasi in omnibus est
eadem Nam locus non indiget nisi
rectificatione quadam Fiunt primo
locus cum sepe unctis et aceto squil
litico calido et maxime in alba et in
aliis albaras pruinis fricetur locus

et postea fiunt fortis fomentatione loci
fricti cum aceto et sepe rubificet locum
cum emplastro quod sic fit R cantaridum
℥ i pistentur et incorporentur cum ℥ i fer
menti et aliquantulo aceti fortissimi
ponatur super hec locum et permittatur per
horam et plus tamen donec quod locum vesi
ricatus sit Sed in albaras dimigdi
mittitur eo quod indiget fortiori impres
sione eo quod magis impressa est in mebro
cum prima mente adhustio post vesicationem
ungatur locus cum unguento de litar
giro dicto in capitulo superiori Ablue locum of
elie cum decoctione furfure et rosis
et flore camomille ante unctionem hec
est via nobilior ad corpus maturum

Capitulum lxv de scabie et pruritu in toto corpore R

Et egritudo semper fit ex flu
te salso in quo fit adhustio
multa vel non multa et hic in
qua non est multum adustio et humida
alia vero sicca Balneatur scilicet renio de
3o in 3m vel de 4o in 4m in aqua decoctionis
furfure et flo. camo. et ponatur in
ipso balneo lb s pulvis sulphuris et
lb ii olei com et sumat omni mane
℥ i s sirupi qui sic fit cum ℥ iii
aque decoctionis prunorum R fumi terre
scolopendrie adiunti capilli veneris
et scariole epithimi radicis enule ana
℥ i pistentur omnia preter semina et epi
thimum que semper ponantur in fine decoctionis
et bulliant omnia in aqua predicta
et in fine addantur semina et epithimum et colletur
et in colatura illa addatur zuccari
in delicatis quantum est medietas aque
et in non delicatis loco zuccari mel et
iterum reducatur ad ignem et despumetur
et postea recipit de sirupo predicto per dies
octo et balneatis fuerit sumat ℥ i
et s vel duas de pillulis fetidis serpentinis

Albaras vero fit

Cura morphea albe

Trociscus de turbit

In rubea mor phea

Sirupus

Cura albaras

Cau un

Sab

Sy

nachit dormitum et non remet vel mundificet cum ferro de ello magis dro in ?petigine Vel cum pill ad sta sibi que sic fiunt R mira bulanorum ℥ i. turbit stamoe ana ʒ i elli [illegible] ʒ iii sene et epithi ʒ ii ana ʒ s fiant pille cum suco [illegible] vel polypod fiant ad modum [illegible] dosis earum sit ʒ i s vel due [illegible] facta mundificatione per purgationem vnam vel plures si in [illegible] medicet ex multitudine ad longitudinem scabiei tempus fiat flora etiam post hoc vel ventosa [illegible] in spatulis et natibus et dor so quibus omnibus completis vngatur locus magis lesus cum vnguento quod sic fit R litarg. ? ere aloes ana ℥ i s cere ʒ ii olei de ?rino ℥ iiii dissolua ceram in oleo et deponatur ab igne et cum infrigidatum fuerit incor poret cum predictis aliam ceram et addatur in fine aliquid aceti Et si fortius vnguentum facere volumus pre [illegible] olei [illegible] et non ponas ceram et adde ibi in fine aliquantulum argenti viui ex tincti cum saliua vel expressi cum [illegible] in isto vnguento Aliud vnguentum nobile R [illegible] viridis ℥ i radicis enule ℥ i [illegible] et bu liant in lb i olei [illegible] et fit in eodem oleo ℥ ii [illegible] et ʒ s sulphuris [illegible] cum hoc oleo et cera et aloes [illegible] et litar. et aliquantulo aceti fiat vnguentum de quo vngatur locus magis lesus tm Aliud ad idem R olei mastici ℥ ii terbentine ℥ i [illegible] et de isto fiat vnctio et est mirabi le in isto casu Sequitur

Capitulum lxvi de sectione super vermes gene

ratos sub cute et nominatur egritudo bouina quia in quibusdam locis ac cidit bobus R

It hec egritudo ex materia cor rupta [illegible] que delegatur a [illegible] ad extremitates membrorum sub cute [illegible] sunt deambulatio sub cute de loco ad locum ac si serpens esset qui mouetur sub cute et corrump [illegible] in putrefactionem loci Cum gr. me dicus [illegible] intendat ad curationem [illegible] ne multiplicet vt fiat [illegible] in membro illo et in corpore primo fiat flora 2o post floram si fuerit corpus plectoricum purgetur cum pill [illegible] Abstineat a [illegible] et vino [illegible] e. infirmo vel hec post purgationem veniet ad locum cum rasorio et scin dat ipsum et extrahat putredinem et vermes et impleatur locus cum aloe et [illegible] et aliquantulo aceti et mundificetur [illegible] cum vnguento apto vel viridi facta mundificatione [illegible] et consolidetur [illegible] sectionem per rasorium sustinere noluerint [illegible] locus cum cantaridibus et [illegible] vel cum [illegible] et [illegible] vel cum sapone et aloe [illegible] et ponatur hec mixtura [illegible] super locum vt [illegible] locus totaliter vsque ad profunditatem post adustionem procedatur cum eradi catione vermis et [illegible] cum mundificatiuis et aliis vt dictum est superius Sequitur

Capitulum lxvii de sectione super ventositates et fumum de ambulantem de membro in membrum

De formica seu ventositate que currit de ambulando de membro ad membrum

Cum maximo dolore

Et egritudo fit semper ex materia
venenosa aqua vel fumus
elevatur currens per membra.
Signa eius sunt deambulatio currens in
modum venti de membro in membrum
et dolor intollerabilis et acuitate sine
ventositate et ardor intus nimis fit et
calor in loco ubi pervenerat fumus.
Cum medicus pervenerit per signa ista
liget membrum in parte superiori et in-
feriori ita quod fumus inter duas com-
prehendit ligaturas vel ventositatem
et in illo medio fiat cum rasorio
incisura et extrahat fumum et im-
pleat locum cum aloe et bolo armeno et olo
roso et albumine ovi mixtis simul
et post in .v. e dies maneat locus
et consolidetur. Abstineat his diebus
ab acutis et nimis calidis rebus.
Mundificetur cum doctrina facta in
capitulo de impetigine et antequam fiat
incisura cum rasorio vel bistoriaco et me-
lius quod potest fieri in hoc casu post
quam ligationes facte sunt et fumus vel
vapor inter ipsas est comprehensus
cauterizare locum usque ad profundum
cum instrumento puncturali vel cultellari
et accedit cum clisteri et mundifi-
catione interiori antequam fiat incisura
cum rasorio vel cauterium facto muto
removeat escaram cum butiro vel
axungia usque ad dies .v. postea
mundetur et consolidetur in fine.
Attende quod mundificatio que fit a me-
dicina in omni egritudine valde
utilis est et convenit et nimium cum
virtus vel etas vel timor non impediat

Explicit liber primus
Incipit secundus de vulneribus et contusionibus

que fiunt in omnibus membris in toto corpore a capite usque ad pedes.

Captm primum de cura et percussione capitis sine vulnere cum fractura et modo curationis eius

Cum quis percutit in capite cum fuste vel lapide et fili
bus vel cadit et percutit caput
super lapidem vel aliquid aliud et non
frangit pell sive cutis oz medicus
considerare utrum cranium fractum sit
vel non signa autem cranei fr
fractum sunt huiusmodi vomitus et sincopis
hora casus et percussionis et rugedo
oculorum et rubedo eorum post cum quadam
coniunctate et cum rubedine venarum
antedentur et vulgo et sistomma
vas stomachus continuatur cum cerebro
mediante quodam nervo magno
qui ex anothomia probatur in omni lesione cu
potius et maxime cum ledit subito ex
percussione fit ex debilitate stomaci
et compatitur cerebro ex affinitate cum
veniunt humores ad ipsum et propter debi
litatem non potest stomachus cibos
et humores retinere sed evomit et fit
vomitus super fortem lesionem capitis cum
sistomma fit Et ex hac eadem ca
venit rigor qui fit paulatim sic
incipit aut spasmus et ultimo mortem
Et hoc sunt signa s. rigor mortis
vulneribus nervorum et maxime nobi
lium quia cum hoc accedit in istis vul
neribus forte nominatum adueniste
in nervis et locis nobilibus significat
et debilitas motus cum pravitate
sompni et vigil. et febr. cum istis
infra dies tres et etiam operator probatu
potest de hac investigare si in talibus
usus fuerit hec signa firmiter
de lesione cranei et paruulorum febrem
potest medicus iudicare Cum aut
aliquod horum non attulit neque manu
potest scire potest itaque quod cranium non
est lesum in dura mater vel pia mater
nec aliquis parvulorum febris Atten
de si generale quoddam quod cum quis ledit

Signa cranei fracti

Cause spasmi in vulneribus nervorum

in capite cum ense clava et sagitta et
si lesio est fortis debz phoc omni ad
palasim et quaeret que qui fuerit le
sio in pte dextra palasiis sit in si
nistra et contra et pt' hoc sit
que nervi qui veniunt ad ptes dextra
rachitatis sunt in sinistra et econ
et hoc innuit Avic li. 3o tra. de pte
lasi plaga et incisione cutis capitis
Cura autem si cranium fuerit lesum
vel non fuerit statim in pio in pa
visitatione lucrentur capilli cum
clava rata et oleo ro. mixto in yeme
et in estate cum feria et oleo ros mixto
postea removeat cum rasorio tonsura
cum forpicibus precedente 2o fiat flebo
de vena cephalica in manu contrarie ptis
lese nisi obviet et etas convenerit vel
ventosine cum cutis in spatul'
et postiori et fiat que omni die assellt
p aliquem medium et maxime per
clisté qd sic fit Rx. tbr. aq. decoc
malvarum et blete et oli com 3 iiij
mellis 3 ij salis 3 S. misceant
simul et colent et imponat tepid
nam clisté allevat cerebrum et trahit
fumum et mat ad inferiora et est
ultimum bonum in curatione apu
ris tali in loco leso et in cerebro
Post flebom vero et ante clisté vel
post sm que medico videbitur Si cra
nium fuerit lesum incidat cutis
sm figuram triangulatam largam
ut totis lesio cranei pfecte videat
et impleat vulnus undique ita
que labia vulneris suggerent cum
stuppis et plumaceoli infusis in
oleo ro. tepido mixto cum vitello
ovi et non cum albumine quod nihil de
terius in fractura cranei et vul
neribus capitis qo sum Et si indigerit
constrictione sanguinis post incisionem
alio vel ne pone cum oleo et vitello
pulverem qui sic fit Rx mumie
alu. zuc bo. ar. san. dra. dragu.

an 3 S. pulverizent et recollet vel
alium fortiorem qui sic fit Rx gipsi
3 j. mumie tele aranee pul. m.
que reperitur more furni bo. ar. pul
thu. an 3 S. pulverizent et recol
lent Et si isti non sufficerent
ad constringendum sanguinem loco
olei ponat cum pulveribus albumine ovi
et removeas olm et sic constringit
Et ligent extrema et ponat ven
tosa magna sup epar sine inci
sione Et ita constringunt etiam san
cum velociter Ad autem incisionem
post incisionem considera fracturam
cranei utrum fuerit occulta aut
manifesta Si autem sit occulta pone
incaustum sup fracturam et cum
parum stetit removeas incaustum
cum pecia a superficie ossis cranei
intrumet n incaustum in fissura
occulta et sic pellas ut qd occultum
erat manifestabitur ad oculum Cum
autem certus fueris de fractura cra
nei sive fuerit occulta sive fuerit
manifesta oz te considerare in remotione
ossis sm naturam vel figuram remotionem
ossis lesionem cranei et fortitudinem
nature et debilitatem infirmi et
partem loci lesi Ubi p° s. nam
vel figuram lesionis cranei ut si cra
nem in lesione fuerit depressum
ita ut comprimat cerebrum et non sint
separatum circumferencijs vel separatum fue
rit cranium depressum et in separa
tione sua intraverit sub osse suo
aut non intraverit Et iam sunt
fractura cranei circularis vel linealis
occulta aut lineal' manifesta aut
semicircularis vel circularis Si autem
fractura cranei fuerit lineal' oc
culta et fuerit tibi manifesta per in
caustum ut dictum est supra Et si
fuerit ppe iuncturam certa iunctura
cum in remotione cranei laboraveri
tis instrumentis ferreis et tunc hora

Amos

Cura sive cranium fuerit lesum sive non

Clistere

fractura cranei

post precisionem fractura

Incaustum

Considera figuram cranei

trepanonis l' rasparionis bonu est ut aures infirmi claudant cum bombice l' pono ne nimis sonitus instrum ab infirmo audiat et h' erit cum ut infirmo nimio teneat. de manuali opon et predarom trepane et scarificationis (?) sanando et removendo os lesum et fractura lesionis in longitudine si fractura cranei erit lineal l' fimlaris si fuit fimlaris l' semicirculares. Si autem fractura cranei fuerit lineal vel occulta l' manifesta non indigeas alio nisi cum ... l' raspatore pro cede in fissura mai[ta] l' occulta dilatando ipam usque ad profundum removendo de craneo ab utroque late usque ad duram matrem / si occulta autem eodem modo si usque ad matrem duram penetraverit et si non penetraverit procedas in dilatatione operando cum instrum usque ad finem ejus semper caveando membranas. Si autem craneum fuerit depressum non separatum a ceteris frangos removeas partem depressam laborando ex ceteris frangos ossis sani perforando usque ad profundum itaut depressum removeas l' eleves secundum quod melius tibi videbitur. Si autem craneum depressum fuerit et separatum a ceteris frangos tenear aliquid removere de sano craneo et mollificare depressum cum oleo ros. ita quod pro remotione cranei sani et pro mollificatione leviter et sine dolore et sine distensione et ulceratione membranarum et nervorum possit pars depressa a medico removeri. Si autem pars depressa subintraverit craneum sanum est maior fractura cranei aut minor. Si minor fuerit mollifica illam partem minorem cum oleo ros. Et cum mollificata fuerit extrahe leviter et fiet sine dolore et postea fiet ut dicemus.

ducas partes cum manu exteriori iuvando
manum interiorem et dum moveas manus
quod fractura sit debita equatio et locum restau-
ratio hoc facto ligentur dentes lese partis
mandibule non lese cum dentibus partis
mandibule lese hoc modo accipiatur filum
unum de lino et unum de serico et in-
volvantur ad invicem et postea intorquentur
cum cera et ligentur dentes cum isto ad
modum quo ligatur sepes et tamdiu revol-
vatur textura retrozando super dentes
sane partis et non sane et intra den-
tes et dentes ad modum sepis ut locus
sit bene firmatus. In parte vero exteriori
ponatur emplastrum factum cum albumine ovi
et pulvere qui sic fit R. bo[li] ar[meni] ℥ i, mu-
mie, mastic, dra[gaganti], gumi arabici ana ʒ s. pul-
verizentur et cribellentur firmetur locus
et ligetur ex parte exteriori cum plumaceolis et
ponas involutum in dicto emplastro firmato
loco vel ligato statim fiat flora vel vento
sano in spatule et in die secunda supra
scriptum vel dicte. Circa partes longinquas
ponas oleum ro[satum] cum bo[lo] ar[meno] et aliquantulo
aceti. Non comedat nisi usque ad partem
firmationem nisi sorbitia liquida ut sunt
brodia et similia Et usque ad 3 vel 4 dies
aquam decoctionis ordei vel aquam decoc-
tionis primorum sirorum et non viridium
bibat post istos dies det infirmo vinum
rubeum bene lymphatum. Si autem ibi
fuerit vulnus primo equatis locus et firme-
dentes et ligentur cum filo ut diximus
postea si fuit vulnus tale quod requirat
adiutorium ponas cum quod sutura adiuvatur
et sanentur partes adiuncte cum pulvere et
albumine ovi et ligetur vulnus semper cum
ligatura tenente ossa fracta et ligatura
ipsa ita quod vulnus possit scilicet videri et

Cum os mandibule superius fractum fuerit sine vulnere

Emplastrum

Comedat

Si ibi fuerit vulnus

l' mutari in die uel bis si necessarium fuerat et os lesum remaneat in sua ligatione firmum ita quod non remoueatur sua ligatura nisi de 2° in 2m vel de 3° in 3m Si autem vulnus non indiget sutura tunc ut indiget et flectatur si necesse fuit Clistere l' suppositorium fiat omni die Dieta et potus fiant usque ad finem ut superius diximus Sed

Capitulum 3m de fractura furcule cum vulnere et sine vulnere Rx.

Or autem os cum frangitur raro fit quin in loco fracture appareat nodatio et propter hoc eius equatio non fit propter dolorem Et hoc propter tortuositatem eius naturalem et quod extrema ossium revera ad eius figuram quod fiant non possunt commode retineri Si aut os furcule contingat frangi sine vulnere et releuetur post depressa et componatur post elevata donec equatio ponens figuram naturalem facta fuerit et tunc super ipsam equationem ponantur pecie infuse et plumaceoli duplicati a lateribus ipsius ossis et super ipsum os fractum secundum longitudinem et omnia ista involuta in albumine oui mixto cum pulvere quod sic fit Rx bo. ar. ℥ ij. mumie dra. gm ara. masti. ana ℥ S. pulverizentur et ...bellentur Super pecias vero et plumaceol' ponatur totum tortum uel ex stramine granum ... furcule comprehendens furculas cum plumaceol' inter se involute super totum ponantur stuppe infuse in predicto pulvere et albumine et super omnia ista fiat ligatura cum benda cuius latitudo sit palma una et firmetur bene locus cum ligatura et fiant tres fortes circumvolutiones ipsius bende et dimittatur per dies 3 l' per duos ad minus

Quidam vero ponunt loco tortuli l' stim astellas pluras contingatas sm longitudinem ad invicem comprehendentes furculas intra se et super astellas ponunt stuppas et ligant similiter sicut diximus Hoc facto flectatur infirmus de minori ... de vena cephalica vel ponatur in spatul' Et sepe distingatur l' fiat ei suppositorium Cena vero locum fiat unctio cum olio ro. bo. ar. et similia solatri l' sempervive et aceto usque ad securitatem apostematis Et ne apostema generetur comedat semina ordei et furris Et bibat aquam ordei l' prunorum ... l' decoctionis vel aquam decoctam Postea vero comedat pedes animalium et extrema porcorum ut humores grossi et viscosi generentur et ut porus seu ligamentum cito in osse fracto fiat Nam melius generatur ille porus seu ligamentum ex humoribus generatis a cibis grossis duris et viscosis quam ex aliis Et hic meliora non sunt nisi illi cum viscosis et grossis et hoc genere in omnibus fracturis ossium Si vero fractura furcule fuit cum vulnere vulnerato dicitur cum sutura si indigebat ea postea super suturam ponatur pulvis supradictus non cum albumine oui sed per se et in ligatura ossis fracti et equatio fiat ita quod vulnus possit omni die a medico curari post quod ligatura moveatur tenens et conservans partes ossium sit nam illa ligatura non debet moveri nisi de 3° in 3m l' ex 2° in 2m dies Super pulverem vero qui est super suturam ponatur omni die mel rosarum mixtum et incorporatum cum mundificativis et cum pulvere superiori Et cum mundificatum fuit materia ipsius vulneris cum pulvere de thure greco mixto equaliter sit Et non obmittat ponere circa locum lesum defensivum factum ex olio rosarum et similibus quod valde utile est in ei

Sine ... cum vulnere

...

...

...

partis in qua invenerit rursus timetur. Si autem vulneris suturam non requirit fiat quod omni die tractetur cum pulvere et melle rosato usque ad tempora incarnationis, consolidationis vel mundificationis secundum quod tibi videbitur de exitu sanguinis a vulnere tamen non obmittas suppositorium si non omni die assellaverit. Detur de vino rubeo grosso postquam securus fuerit ne apostema generetur. Et de carnibus grossis et viscosis et de carnibus castratorum et arietis agnorum et gallinarum et pullorum et avium degentium in arboribus et in pratis et non in aquis. De pane frumenti bene fermentati et bene cocti et salati et de aliis quorum scias secundum tempus et expedire videbitur. Et cum hoc considera debilitatem et fortitudinem infirmi. Nam haec dieta potest quoque in propriotati pro infirmo quod pro infirmitate utilis reperitur. Sequitur capitulum [illegible]

Capitulum [illegible] de fractura ossium pectoris seu thoracis. Rubrica.

Sciatis quod ossa pectoris sunt septem divisa per anothomiam et continuantur cum vii costis mediante cartilagine et firmantur vel inseruntur ipsi coste in cartilaginibus continuatur cum ossibus pectoris et fit forma talis ex ossibus istis ut vides. Contingit aliquando os thoracis secundum quod figuram unam videtur frangi secundum partes anteriores plicari et scies per visum et tactum per dolorem loci et scies quod lesio est in loco per visum vero scies quod locus formam propriam amisit per tactum scies verum in plicatura faciet sonum. Nam si ferit sub manu tactus sonum vel cum aliis scies signum ossis fracture. Si vero sonitum non fecerit ex tactu medici quod premendo locum et invenit dolorem et formam amisit et plicatum fuerit iam non est fractum sed inclinatum ad interiora. Si vero per os cum tussi et sine tussi sanguis exierit signum est aliquo venie rupture in parte spiritualium quod est valde timerosum et suspectum. Nam ex ruptura tali posset infirmo evenire ad ptisim vel ad corruptionem malam in membris ita quod pars membri corrumpetur et marcesset que a medico curatoribus non reciperet finaliter. Postquam securus fueris de fractura vel plicatura sine vulnere conare in prima visitatione ossa fracta equalis cum manibus et cum voluntaria tussi infirmi et situ si plicata fuerint. Et si ista non contulerint neque suffecerint in equatione fracture et plicationis pone cuppam magnam super locum plicatum vel fractum sine incisione. Et sic trahet pars depressa externus sive ad exteriora et poterit equatio melius fieri. Super locum vero pones manus possibilitatem cum supradicto modo pones emplastrum adherens quod habeat virtutem attrahendi ossa fracta vel plicata ad exteriora quod sic fit. Rx. farine tritici, orobi vel fabarum ℔ s. dra. gummi arabici mastice ana ℥ i, bolo ar. ℥ iii terbentine et incorporentur albumine ovi et hoc ponatur super locum et ligetur bene et talis ligatura fiat de 2o in 2m diem vel de 3o in 3m plus et minus secundum quod tibi videbitur. Et post ligaturam ipsam statim sine exiverit sanguinis non fiat flobotomia de cephalica in manu dextra, haec vena est inter anularem et auricularem digitum in manu dextra vel versando in spatulam cum incisione seu natura. Et fiat unctio circa locum cum oleo ro. et bo. ar. et fiat solutio vel semper. Et non ponas [illegible] quia in hoc loco non est [illegible]. Nam ledit locum totaliter. Cum emplastro isto et de fensivo dicto et usu clisteris vel suppositorium regatur usque ad firmationem loci. Quo firmato ungatur locus et confortetur cum re que sic fit. Rx. mastic. thure mumie

Emplastrum habens virtutem attrahendi ossa fracta

añ ℥ .5. bo. ar. ℥ .1. farine fe. gⁿ
℥ .ii. cere ℥ .i. resine ℥ .ii. olei lilii
liquefiat cera et resina ad igne et re
moveant ab igne et colet et pul
ora superaddat cer et incorporet et
fiat unguentum cum isto omni die semel
vel bis confortet et liget locus Confor
tat hoc talem locum et reddit ipsum trac
tabilem in fine et facit ipsum aptum
ad motum anhelitus et strictura tho
racis inductam a principio omnino removet
Dieta eius sit usque ad securitatem apost
ne timor accedat fiat cum succo ordei
vel farris vel risi additis cum lacte amigdal
et brodio de mell' ovorum sine carnibus
potus eius illo tempore sit aqua ro. vel aqua
zuccari vel aqua decoctionis liquiritie et ysopi
Remoto timore apatis comedat carnes
edi vel carnes castrati et arietis unius anni
vel carnes pullorum vel gallinarum vel caponum
et fasianorum perdicum et silvaticorum elixatis
vel assatis Et bibat vinum dulce clarum
limphatum secundum medietatem Utatur in fine
cure suis hoc pulvere qui sic fit Rx
cinnamomi ℥ .ii. gariofili ℥ .5. croci ʒ .5.
pulverizentur et cribellentur. Det

Capitulum 4m de fractura costarum et inclinatione ipsarum Rx.

Coste sunt xii quarum septem
sunt complete et possunt fran
gi in pluribus locis Quinque vero
earum sunt non complete neque possunt frangi
nisi in uno loco versus spinam magis
cum in illo loco a percussione non cedunt
coste sine sustinent et sic franguntur
In alia vero extremitate versus stomachum sunt
loco molli quia cum in percussione sustinet
et sic non franguntur nec plicantur ibi
Sed appellantur complete quia faciunt se
micirculum vel circulum completum cum ossibus
pectoris in quibus inserunt vel firmantur

Incomplete alie appellantur quia in extremi
tate non firmantur cum aliis nec cum ossibus
pectoris circulum perfectum nec semicirculum
sed partem semicirculi Si autem contingat
costas frangi in uno loco vel in duobus
quod scies super tactum loci dolorosi et per
expressionem manus super locum vel loca an
dies sonum et cum hoc infirmo impedi
mentum sustinet in anhelitu et precipue
hora attractionis anhelitus Si autem
sonitum ex tactu non audieris et dif
ficultatem infirmus habeat in anhelitu
et dolor in loco est signum plicationis
coste ad interiora seu inclinationis Co
nare elevare partes depressam fractam
manibus tuis plicando partes elevatas
intantum quod inserantur in partem depressam
Nam si partes vel fractura coste depresse
inserent vel insignurent per depressionem
in fractura vel partes coste depresse pars
que erat elevata depressa et nature tua
elevaret virtute sua partes depressas et si
sic fieret restauratio et tu semper co
nare pervenire innaturaliter cum tua
in hac re et facias ipsum violenter
tussire quod iuvabit te in hoc Si autem
plicatio vera non elevetur nec fieret re
stauratio vel si costa esset depressa et non
fracta et dolor perseveraret facies ipsum
fortiter tussire Et super locum depressum vel
fractum ponas ventosam magnam sine
infusione facta equatione secundum tua possi
bilitatem ponas super locum emplastrum quod sic
fit Rx farine ordei vel fabe vel volatice que
repitur super copertura vel molendini
℥ .vi. mastici draga. gummi arabici añ ℥ .i.
minie bo. ar. añ ℥ .5. cum succo spinne
et non cum aceto quia non est utile in hoc
cum incorporentur sit cum albumine ovi Cir
ca locum vero ponatur defensivum de olo
reo liget igitur firmiter cum pecia et
stuppis involutis cooperiatur et non remo
veatur ligatio nec emplastrum usque ad
duos vel tres dies Et statim post ligatos
fiat flora de cera vel splenetum que

flora

est mitius ambulare et ambulare digitis que sit concava loco leso. Vel fiat ventosatio cum incisione loco dorsi clistere vel suppositorium omni die fiat ut faciat infirmum assellare scilicet ventrem. Continuetur hec ligatio usque ad firmationem fracture et faciat infirmum iacere corpore supino vel super ventrem quod melius est. Facta firmatione ponatur unguentum sic factum: Recipe cere ℥ ii, resine ℥ iii, bdellii opopona(ci) ana ℥ s(emis), mastic(is), thuris ana ℥ i, san(guinis) dra(conis), mumie ana ℥ s(emis), olei ℥ viii; bdellium opoponacum dimittatur in oleo per diem mediam; ponantur postea resina et cera ad ignem; facta dissolutione coletur totum et postea alia addere cum tepidum fuerit incorporetur cum predicto; colato de hoc unguento omni die scilicet epithimetur. Hoc preparat locum ad motum et removet duritiem et sedat dolorem et addit in conglutinatione. Dieta et potus removeantur et debilitentur consuetudine reo medii temporis et finis fiat ut in precedenti modo dictum. Sequitur.

Capitulum 9 de fractura spondilium cum vulnere et sine. Recipe

Spondiles non franguntur ut alia ossa sed conteruntur et contunduntur ex fractura quarum seu contritione nocumentum mortale sequitur propter lesionem nuche et propter impulsionem ad interiora ex qua sequitur impedimentum in anhelitu et distensio in lacertis et nervis intrinsecis et apparitio nihil in intrinsecis et mors. Succurre infirmo statim, apparatus si fuerit fractura vel attritio spondilium sine vulnere, fiat flebotomia et manu contraria ex cephalica que est apud pollicem vel fiat ventosatio in natibus vel in loco circumvicino a loco leso cum incisione et conare equare locum.

conti(nuum) manibus pro posse. Et pone super locum emplastrum et firmius et convenientius dictis et liga locum cum benda decenter et pone plumaceolos et stuppas infusas super locum lesum ut infirmo remaneat. Et pone circa locum defensivum cum bolo armeno et similibus absque aceto et non solvatur nisi diebus dictis. Et non iaceat nisi super latera aut super ventrem et si melius quiescet super spinam semper iaceat. Cum autem iacet super spinam addat impulsionem in spondilium ad interiora. Si quis in eo et in quolibet dolore ex isto modo iacendi dolor fit maior in eo quod dolor trahit materiam ad locum et est tunc aptius in loco et illud esse apta morti credendum est. Hoc de causa hoc modo iacendi quoniam in eo fit lesio et sicut dico de isto ita in omnibus est naturale modo iacendi melius esse ex quo minor dolor sequitur et lesio infirmo. Assellatio vel clistere vel suppositorium fiat omni die bis vel semel. In fine restaurationis ponatur emplastrum de bdellio opoponaco et resina super locum. Si autem fractura ista vel attritio fuerit cum vulnere et vulnus indigeat consutura propter magnitudinem cum ipsum vulnus mortale propter causam narratam superius. Nec propter hoc de sistas ab operatione rationabili tamen si invenerit ubi partes ossis spondilium fractas vel separatas remove eas et si non dimittas et super os spondilium fractum coniunge partes cum sutura et super suturam pone de pulvere qui sic fit: Recipe san(guinis) dra(conis), mastic(is), gum(mi) arab(ici), mumie ana ℥ s(emis), sarcocolle et pulverizetur. Et hic pulvis consuetus est suture. Et super suturam pone emplastrum quod sic fit et usque ad firmationem: Recipe mastic(is), dra(gaganti), gum(mi) arab(ici), san(guinis) dra(conis) ana ℥ s(emis), mumie ℥ i, mellis ro(sati) lb s(emis), farine fabe ℥ iiii, incorporentur. Sit circa vulnus pone defensivum et confortativum membri ne humores loco recipiat et ut

Emplastrum

Si sit cum vulnere

Pulvis super suturam ponendus

Emplastrum super suturam

apostema interius in loco. Si autem
vulnus primum fuerit et non indigeat
adustura primo procedatur in eo quod
fit in eo quod non sunt cum vulnere
et emplastro usque ad consolidationem et co
firmationem ossis atti vel attriti ut diximus
supra propter hoc quia vulnus propter sui
[illegible] non [illegible] propter suam
magnitudinem [illegible] ut est [illegible]
Dictum vel potius non variatur ratione
medii et finis debilitatis et fortitu
dinis a modo dicto in precedenti capitulo

Capitulum 7m de fractura ossis spatule R

Cum frangitur hoc os aequirit
magnitudinem extensionem ex
figura et [illegible] ut re
redeat restaurationem equationem et restau
rationem hac modo et non aliter. Compri
mat restaurator manum suam fortiter super
partem eminentem et cum alia manu capiat
humeri [illegible] longitudinem trahat ut prede
nata vel depressa ad locum ad locum redeat
Et si per se frangere possit hac modo redu
heat instrumentum unum tenentem cum fra
restaurationem ut dictum est ponatur super
fracturam emplastrum de farina [illegible] dictum
in fractura coste Et circa fracturam
fiat inunctio cum defensivo dicto ibi
Et super emplastrum ponantur stuppe
madefacte in aqua et in vino et
in predicto emplastro Et super stuppam
ponatur astella facta de salice secundum
figuram spatule Et super astellam
ponantur alie stuppe et optime ligetur
facta ligatura fiat [illegible] ventosa
[illegible] omni die vel [illegible] non dimittatur
Non moveatur ligatura nisi d 3o in
3m diem et hac modo procedas usque
ad confirmationem loci In fine vero epithi
metur locus et removeatur astella et
ungatur locus cum unguento de bdellio et
oppo [illegible] in modo de fractura coste

Regatur dicto et potu ut dictum est
in modo de fractura mandibule Sed

Capitulum 8m de fractura adiutorii cum vulnere et sine R

Cum frangitur adiutorium os
cognoscitur hoc modo ex tactu
Nam medicus d[illegible] manibus suis
ambabus fracture locum lesum et ponat
unam manum super locum lesum et aliam
infra et habere ministrum qui sustineat
cubitum cum brachio et tunc ipse me
dicus moveat manibus suaviter ut audiat
sonum ossis fracti vel separationem ossis
fracti Cum autem fuerit [illegible] et fractu
et fuerit sine vulnere tunc oportet ut
redeat in restaurationem hoc modo primo
ad restaurationem prepara emplastrum quod
sic fit R farine fabarum [illegible] vel
volatice farine [illegible] masticis dra
gmi aca [illegible] 1 s mumie bo ar [illegible]
1 s terantur et cribelle et incorporentur
cum albumine ovi ita ut sit valde mol
le Et cum hoc preparet penas magnas
super quas ponatur emplastrum predictum
et stuppas magnas madefactas
in aqua et expressas et duas bendas
latitudo quarum sit e digitorum et sex
astellas vel e tractabiles de salice vel
de ligno tractabile ut est ligm quod
ponitur in federis [illegible] quibus
preparatis intendat medicus ad re
staurationem et equat membrum factum
restaurationem accipiatur pena una
latitudo sit secundum longitudinem
adiutorii eius latitudo sit secundum gros
situdinem brachii et stuppe sint
secundum longitudinem et rotunditatem
astelle sint optime involute earum sup
pra et sit longitudo earum ut longitu
do adiutorii ita quod non offendant mi
nus astelle in cubitum tunc primo

habeatur immediate pena munda et
subtil et infundatur in oleo ro. calido
in yeme et frigido in estate et extra ma-
neat super pelles membri lesi imme-
diate Nam istud non permittit emplastrum
nimis adherere cuti et impedit stric-
turam ut non noceat si fiet nimis
fortis Iuxta vero ligationem preparatur cum fa-
cilitate ut omnia removeant mala
accidentia a menbro et sedat dolores et
locum confortat ne humores recipiat ut
non apostemetur medicina hoc facto exten-
datur emplastrum super petiam munctam
et super ipsam emplastri ponatur stuppe
infuse in eodem emplastro Super
istas stuppas ordinetur predicte astelle
6 vel 8 secundum grossitudinem menbri
et super astellas istas ponantur alie
fandelle stuppe non infuse in
emplastro Et super istas fandellas in-
cipiat et fiat ligatio cum bendis et
incipiat ligatura fieri in loco leso cum
petia et stringatur locus lesus magis
cum benda ita quod extrema membri non
ledat et cum una parte bende procedatur
in ligatione ad inferiora mebri et
firmetur benda sed huiusmodi cum
filo nectenda benda in revolucione
inibi sua et cum 2a benda fiat ligatio
super istas et incipiendo ab inferiori
parte adiutorij circa cubitum et procedat
cum ligatione usque ad humerum constrin-
gatur magis semper loco lesus quam ex-
trema ut per constrictionem defendatur
ne humores ad ipsum currant Super
bendas istas ultimum fiat ligatio
et firmatio cum cum benda cuius
latitudo sit unius digiti Et longi-
tudo bendarum debet esse tanta quod suf-
ficiat ad involucionem menbri Et totum
hoc quod est ex parte equationis et re-
stauracionis firmationis et liga-
tionis tractet tractet medicus sine
dolore prout possibile est Et non fiat
nullo modo strictura in menbro

quia hoc esset magnum malum propter
ea quod proveniat tumor in extremitatibus
stupor a membris aliquando secundum malo mor-
tificationem mebri accidere posset non
solvatur menbrum nisi et eo in etiam
vel de 3o in 3m dies fiat inunctio cum
spatula et humerum ne fiat infusio
humorum prius cum bo ar. oleo ro. et super
solatur vel semper inprimi et aliquantulo aceti
ut locus non apostemetur Die vero
ligationis prime fiat flebotomia de manu
contraria ex vena cephalica que est inter
pollicem et indicem seu ventosatio
in nate seu spatula Cum clistere et
suppositorio et similibus firmas infirmum
omni die assellare semel vel bis Regatur
dieta tali usque ad cessationem doloris
et serenitatis apparet mediatis cum succo
farris ordei rasi lactucis et nutri-
entur cum amigdalis Potus vero eius
fiat cum aqua ordei vel primorum siropi
et non bibat nisi vel aqua cocta vel
aqua et vino de granatis seu aqua ista
sit aqua plus vino in duplo Re-
moto dolore et tota serenitate apparente
ne grevetur potus eius vinum rubeum
sit spissum dulce et clarum Et cibi
eius sint extremitates porcorum et
vitulorum et similia et inferiora animalium
et omnium animalium degentium in arboribus
et in pratis et non in aquis et
ex intestinis ovorum et carnibus instrati
et animas avium et porcorum et gallinarum
et capponum et perdicum fasianorum et
maxime si habuerint stomachum debile
potest etiam comedere fructus siccos nuces
avellanas uvas passas et pira cocta
post comestionem in yeme et in estate
non Et carnes superdictas potest comedere
elixatas cum frumento et petroselino borago
et similibus et in patella et testula alia
Nam omnia ista generant humores abiles
ad generandum porum vel ligamentum quo
fractura ossis melius ligatur et sic
per ipsam viam melior et velocior fit

de primis de[...]

potus

Remoto dolo[re]

restauratio et firmato loco leso Suspendatur brachium lesum ad collum cum
mantili seu camisia manuali
comprehendo totum brachium cum manu
et cubito intra mantile ut adiutorium aliquod sustentamentum ex hoc
recipiat et quiescat et hoc fiat in prima
die restaurationis usque ad finem Si
autem vulnus fuit cum fractura et fuit
tale quod indigeat sutura consideranda si
ibi fuerint petre separate que continuari
non possunt tunc removeas Et non
consultes sermoni illorum qui dicunt quod
per exitum medulle moritur infirmus
et restauratio non fit quod falsum est cum
enim ex humiditate unctuositatis generantur
humores generentur Ita restauratio recipit
et generatur sicut caro que ex sanguine generatur
et propter hoc non est timendum de eius
perditione Remotis prius ossibus separatis
fiat sutura et postea equatio et ligatura
equatio fiat astellarum prout supra dictum
est Incidantur astelle super firmam vulneris
et dimittatur vulnus cum stuellis distroptum
ut possit post amoveri omni die vel
semel mutari postquam ligatura fracture
moveatur super sutura vulneris vel super
vulnus quod non sive quam primum fuerit
ponatur pulvis qui sic fit Recipe mastice
dracaganti arabici ana ℥ ii pulveriza et cribella
etiam mirre sanguinis draconis ana ℥ i s. misceantur
simul Super pulverem vero ponatur emplastrum
mundificativum et confortativum omni die quod
sic fit Recipe mellis rosarum ℔ s. farine
ordei vel volatice ℥ iiii pulveres superdicti quod
ponuntur super suturam ℥ i s. incorporentur
simul et hoc emplastro utatur et pulvere omni
die cum sutura et vulnus primum fuit
cum fractura quod non fuit usque ad perfectam
maturationem et mundificationem et postea cum re-
lonis mundificato et maturato cum
pulvere consolidationis qui sic fit Recipe
mirre thuris galle mirre thuris ana
℥ i pulverizentur et cribellentur Dieta

non variatur a modo supradicto nec
etiam potus Si vero apparuerit ibi apparuerint
et nec cum defensivis continue patiantur
cum flora seu ventositatem vel cliste et similibus
cum maturativis et infusionibus et mundificativis
et aliis rebus curetur ut dicemus
in primo libro de apostematibus famosis in
adiutorio Sequitur

Capitulum ix de fractura ossium brachii cum vulnere et sine

Cum inveneris si ossa focilium
et etiam alia ossa alia plicantur
postquam frangantur Nam
illos unificamus ea et reducimus cum humeris
actuali invisibili discernit ea in corpore
unius quam sint sunt primum quod extra
et prominens inclinantur et plicantur postquam
frangantur Ora plicationes trahit
a fractura ex tactu quam audit sonum
et sentit in loco leso vel non sentit Cum
enim audit vel sentit sonum in loco
leso vel aspiciat fractionem vel non audit
dicitur plicatio vel inclinatio Contingit
etiam aliquando ambo ossa focilium frangi
vel plicari et aliquando unum tantum Si autem ambo
frangantur vel plicantur habeas generaliter unum
ministrum qui teneat manum cum rasceta
firmam et eam relaxet vel extendat ad vo-
luntatem restauratoris et alium ministrum
habeat qui teneat cubitum infirmi et eum
relaxet et extendat secundum quod fuerit necesse
et ipsum firmum teneat secundum quod restauratori
videbitur expedire Hora autem restaurationis
sit figura manus et brachii talis videlicet
quod pars dorsalis manus sit palma volvatur
versus terram cum infirmo sedeat super
bancum et silvestris sit eo et tunc re-
staurato post paratis oleo ro. et emplastro
et astellas .6. vel .8. secundum grossitudinem
et subtilitatem brachii et duas bendas
et bendellas et pennas et stuppas unde necesse

et ouemeniti et adaptet infirmum et
ministros. Post quando fuit quibus preparatis
intendat restaurationi ponere infirmum
inter manus ministrorum qui infirmum dum
hora restaurationis tenent et hic ossa
fracta mouendo secundum longum et latum de
tent et sine dolore possibile equare debet et
reddere propriam figuram membri. Nam propter do
lorem inductum in membro contingit humorum
hora restaurationis ad locum et ad membrum
et apparet locum. Ideoque abstineat a dolore
omni possibile et a fortitudine contractionis seu dilatationis et
dura ligatione in omni membro. Nam omnia
ista preparant membrum ad apostema et do
lorem et finaliter corruptionem et mortificationem.
Et nullo modo obstinatis curam illorum qui hora re
staurationis ponunt membrum fractum in
aqua calida quia aqua calida mollificat membrum
et ipsum debilitat et facit ipsum aptum ut
humores recipiat et apostemetur et fit
egritudo composita que erat simplex et sic
duplicatur infirmitas et cura eius per
consequens prolongatur. Et nos tenemus tibi
fidem in quo cum restaurationis aqua calida
conferet et est contra in fractura et dislocatione
ne fracta restauratione et equatione
membri et spatie quod est sine vulnere
ponatur immediate pecia longa et lata
secundum longitudinem et grossitudinem brachii
ut totum brachium vel membrum comprehen
datur secundum omnes dimensiones infusa in
oleo ro. et bene expressa. Nam hec pecia de
fendit membrum ne humores recipiat
et ne emplastra viscositatis nimia tam forti
adherentia adhereant ultra modum et
facit emplastra apta ut de levi hora li
gationis removeantur absque nocu
mento quod est valde utile in omni re
staurationi et sedat dolorem contingentem
in membro fracto ex omni causa pertinente ad
restaurationem et ex ista fractura post istam
peciam supponatur alia pecia longa et
lata secundum longitudinem et grossitudinem
brachii cum emplastro dicto superius in capitulo
de fractura adiutorii et ligamenti et con

dicionibus determinatis. Si autem focile
manus vel unum fractum fuit et aliud
sanum eodem modo procedas cum eisdem
rebus si debiliori modo procedere poteris
Illud focile sanum vicem ministrat hoc
modo contine considerationes astellarum ponere
quia poteris cum panniculis astellarum in isto
casu procedere in medio. Nam sanum focile
loco astellarum poni potest si maius fra
ctum est in hoc casu ... Et scias
quod focile magnum locatur adiacente anti
cu... in parte silvestri usque ad cubitum
et minus vero locatur in parte domestica a pol
lice usque ad extremitatem cubiti et hoc
sciatur ex anathomia. Immediate autem
post primam ligationem statim nisi aliquid
aliquod vel debilitas nimia impediret
fiat flebotomia vel ventosatio cum scarificatione
et dicte sunt vel supposita secundum quod medico
melius dederit virtute eius. Nam omnia ista fi
unt ad evitationem apostematis in loco leso.
Et cum hoc ungatur extrema brachii versus
cubitum et manus cum defensivo facto ex
oleo ro. bo. ar. et similibus. Et suspendatur
brachium ad collum cum mantili post liga
tionem. Si autem fractura brachii cum
vulnere sive unum ex focilibus fractum
fuerit vel duo non indigeret alio nisi
ut prima ligatura cum astellis et suppositis
ordinetur et fiat et includantur astelle
tali modo et figura ut totum vulnus vel illud
quod fuit de vulnere necessarium ad mundificationem
appareat. Et si fuerit tale vulnus quod sutura
indigeat suatur et dimittatur declivior
pars apta ut melius et levius per tempus
possit vulnus et membrum totum mundificari.
Super suturam ponatur pulvis consolidativus et
super pulverem ponatur emplastrum mundifica
tivum consolidativum et defensivum dictum in capitulo
superiori de fractura adiutorii. Et si
vulnus conductiva ... non indigeat
eodem modo procedatur et cum eisdem rebus
modus autem dictus et positus aptatur usque
ad finem curationis prius et sine et debilitatis et
fortitudinis non variatur a modo dicto in capitulo de fractura

adiutorii

Caplm x. de fractura ossium pectinis et digitorum manus cum vulnere et sine R.

[S]i autem contingat ossa pectinis manus que sunt quatuor frangi seu ossa digitorum quorumlibet digito una et fuerit sine vulnere tractentur possibile a restauratore absque dolore et equantur. Et facta equatione ponatur cum pena emplastrum de farina cum pulvere factum et incorporetur cum albumine ovi dominium de fractura adiutorii immediate super fracturam equatam. Et non ponatur in hoc casu pena infusa in dolore Sed solum emplastrum immediate ponatur cum pena super fracturam. Et in fractura ossis digitorum fiat in uno sicut in alio Supra emplastrum non cum pena ex parte silvestri ponantur fundelle de stuppa et plumaceoli ordinati secundum longum et latum ita quod locum decenter comprimat absque dolore si fieri possibile In parte vero domestica intra palmam ponantur fudelle et non plumaceoli et super fuldellas stuppe ponatur In parte domestica astella una lata secundum latitudinem palme et ita longa quod comprehendat omnes digitos quatuor preter pollicem usque ad summitates digitorum et versus rasetam usque ad medium brachii Hoc facto firmetur omnia ista et ligentur cum benda una cuius latitudo sit cum digitos quatuor et incipit fieri ligatio a summitatibus digitorum et procedatur versus rasetam et brachium et cum fuerit cum restauratore restaurator etiam bindam super locum lesum stringat fortius ut membra et ossa fracta melius adhereant et firmentur et talis ligatio descendit locum ne apostema superveniat Super bendam non fiat ligatio cum bendello stricto quod omnia comprehendat et firmetur talis

ligatio Suspendatur in manu ad collum cum mantili Vngatur post hoc totum brachium cum defensivo sicut ex sive solvatur vel removeatur de tertio et de quarto et de quinto et aliquando ante Iuxta restaurationem autem ossis digitorum seu digiti ponatur una astella cuius latitudo sit ut latitudo digiti et cuius longitudo sit a summitate digiti usque ad medium palme vel vole manus cum emplastro et stuppis procedatur ut dictum est preter quod in fractura ossis digitorum post locum fuldellarum fractarum ex stuppa procedetur et firmare locum cum pena cum quod in alio modo fit in vulnere in loco et hoc est valde bonum propter putritatem membri non solvantur ossa cum franguntur post primam restaurationem usque ad dies x et ista cum fractura fuerit absque vulnere In alio autem ligatura solvatur et ligetur membrum de quinto in quintum Et vngatur locus qui est a digito versus rasetam cum defensivo dicto supra vel fomentetur in hieme vel vento secundum Christi et fiat supposita ut dictum est in aliis Si autem fractura fuerit cum vulnere tunc solvatur fractura omni die et mutetur in hieme semel omni die Et non fiat narratio in emplastro et astell et benda et bendello nisi quia immediate super vulnere et membrum fractum ponatur pena infusa in ovo commixto cum pulvere de mumia et sanguine draconis Et super hoc pena emplastrum supradictum Convenit etiam ut in isto casu digitus bene ligetur cum infirmo quod in alio casu non est necessarium Dieta et potus fiant ut dictum est supra. Sequitur

Caplm xi de fractura ossis anche R.

Frangitur os anche pluries et magis et secundum longum et transversum et secundum latum et tunc vocatur fractura in vimine Cognoscitur autem fractura ex tactu incedente super longitudinem ossis in quo fuerint separatio

ossis secundum longitudinem et in extremitate partes ossis separate et in sonant nec redeat pluctum Et tunc hoc considerandum est modo casus et percussionis fractura ut rumor ossis fit et rutas est ex transuerso et sonant subito Si autem os anche fractum fuerit non indigent alio nisi ut ponas super fractura incontinenti emplastrum quod sic fit R farine fabarum l. ordei l. volatice fine adde lb. s. mastic olei gum. ara. an. ʒ s. mirre bo. ar. an. ʒ s. terantur et cribellantur et incorporentur cum albuminibus ovorum ita ut sit valde molle ponatur hoc super locum postquam extensum fuerit super pecias Et super pecias ponantur faldelle stuppe balneate in aqua a qua bene aqua ne hemet expressa sit que infundatur in eodem emplastro Hoc facto ligetur et firmetur locus cum benda cuius latitudo sit secundum quantitatem vi digitorum et in qualibet revolutione fiat nectamen cum filo Circa locum vero fiat inunctio cum defensivo facto ex succo solatri l. sempervive et oleo ro. et bo. ar. et aliquantulo aceti Ita moveatur ligatura prima usque ad dies quinque nisi dolor nimius augmentaretur aut stupor pligati membri superveniret fleret et calor nimium gravaretur ex venam que est inter cavillam et crura l. ventositate in parte contraria Sit vero eius lorgunda ita quod assellet omni die semel aut bis Post primam ligationem ligetur de vi in vi diem Illa hec fasciatura cum isto modo ceterum mutatur et quasi non requirit nisi aliquam firmationem propter cum confirmationem in statu debito cum emplastro supradicto et ligatione usque ad perfectam curationem Si autem hoc os fractum fuit et agere cum pecia quemadmodum l. alia via generaliter et necessarium est ut partes reponantur ad invicem confirmentur et equentur manibus restauratoris cum adiumento ministri seu ministrorum Quo facto ponatur emplastrum dictum super locum et membrum lesum cum pecia et super emplastrum et pecias ponatur faldella una stuppa magna comprehendens totum os anche Et super illam faldella ponatur astella una de salice l. aliquo alio ligno facta secundum figuram ossis anche et sit illa astella involuta in stuppa itaque partes sanas non possit ledere aliquo modo Et super astellam ponatur alia faldella stuppe balneata in aqua et bene expressa Et super istam fiat ligatura cum benda circa supra et firmetur locus bene et decenter et suo modo loco proprio Et circa locum lesum fiat inunctio cum defensivo et hoc de iii in iii l. de iiii in iiii solvatur et mutetur Et fiat flota et vento sano et dieta sicut supra scriptum est ut dictum est et continuatione istius emplastri et ligationis dicte usque ad finem procedatur quia in isto nihil aliud non requiritur Dieta et potus ordinentur ut dictum est supra Sequitur

Capitulum xii de fractura ossis coxe cum vulnere et sine vulnere R.

Quando frangitur os coxe multum timendum est tam propter eius magnitudinem tam propter musculum magnum ibi locatum qui radix est cordarum moventium membra inferiora Cognoscitur autem eius fractura per tactum et quia coxa ex fractura ossis propter grossitiem et eius magnitudinem propriam amittit figuram Et tunc hoc in loco fracto fit eminentia et ista signa sunt convenientia et utilia cum os coxe frangitur et specialiter absque vulnere Si autem os coxe fractum fuerit sine vulnere primo ante equationem preparentur necessaria videlicet pecie stuppe et astelle et bende et bendelli et oleum ro. pisto et emplastrum de farina et pulveribus defensivum hoc facto equatur membrum clerentur et equaliter et suavit absque dolore possibile et tunc ponatur uno multum bona

equationem qui sustineat coxam et fir
miter teneat apud anchain et alius
qui sustineat in loco leso et in genu
et tertius minister sustineat crus in
medio et firmiter teneat Qua equatione
ponatur immediate super membrum pecia
longa et lata secundum grossitudinem et lon
gitudinem coxe infusa in oleo ros. et
bene expressa ut in ea non remaneat nisi
virtus tantum et si oleum ro. non reperitur
loco eius ponatur aqua passam et
mixtum cum albumine oui et super istam
peciam ponatur emplastrum quod sic fit R.
farine fabarum vel ordei vel uolatice sine
ordi vel silagmis lb. s. mastic dra
gm arce an. 3 s. minne bo ar an
3 s. terantur et cribellentur et incorporentur
cum albumine ouorum ut sit ualde molle
Super istam autem peciam emplastri ponantur
faldelle stuppe 3e vel 4or secundum quod necesse fuit
balneate in aqua et optime expresse
Et super istas faldellas stuppe ponantur
vj. astelle de ligno salicis vel de ligno quod
ponitur in foderis ensium Et sit longitudo
istarum astellarum secundum longitudinem coxe ita quod
non possit offendere in uertice genu et
latitudo trium astellarum que debent poni in
parte superiori coxe satis minor quam lati
tudo aliarum que debent poni inferius et ex
tinsuerso quia coxa propter carnositatem infe
riorem et naturam cum incipit os fracturam
ligari ex poro vel eius ligamento quanto
ut plurimum resilit et inclinatur ad partem
superiorem et ad partem superiorem et sil
uestrem et hoc fallit Et propter hoc co
ueniens est ut astelle superiores et ex
teriores sint grossiores et latiores et
fortiores aliis Et sint inuolute de stup
pa decenter et super astellas ponantur
alie stuppe in aqua infuse et bene expresse
Et super istas stuppas fiat ligatio cum
benda cuius latitudo sit trium vel 4or digitorum
et incipit fieri ligatio cum benda a loco
leso et procedat cum una parte bende supra
versus anchain et inguinem Et cum alia

parte bende procedat versus genu et
stringatur locus fracture satis magis
quam extrema et uertatur benda in fine re
volutionis cum filo et acu Et super istam
bendam fiat alia ligatio cum benda alia
cuius latitudo sit eadem cum benda alia
Et incipiat sit ligatio inferius a parte genu
procedendo superius versus anchain et inguinem
et stringatur locus lesus fortius aliis
ut melius a casu humorum superfluorum sit tutius
maioris defendatur et finaliter revolu
tiones omnes istius bende cum filo et
acu uertentur et firmentur Hoc facto
firmentur omnia et ligentur cum bendelle
cuius latitudo sit vnius digiti et longi
tudo sit tanta ut sit sufficiens ad liga
dum omnia ab uno capite coxe ad aliud
Et nullo modo fiat in membro strictura ex
qua proueniat dolor nimius in stupor
neque timor magnus Omnia ista parant
membrum ad apta et stupor disponit
ipsum ad mortificationem et casum Quibus
ordinatis et completis locetur infirmus
ad iacendum corpore supino et firmetur
coxa secundum longitudinem cum panis et cuius
etiam in ea et lintheaminibus ut moretur
statu debito propter quod moueatur si possibile
fuerit et si non fuit possibile quam
moueatur suauiter et absque dolore mo
ueatur. facta ligatione prima post duas
horas vel tres fiat flora de mana contra
ex uena que est inter anulare et auricularem
digitum vel ventosa in natibus (Iste
vel supprotium fiat ut oi dic bis vel remed
ad modo asseller prima ligatura non moueatur
usque ad duos dies vel 3e vel 4or Sed omni
die uisitetur infirmo et tangatur locus
lesus et uideatur si in forma et situ
debito remansit secundum quod a principio membrum
equatum fuit Si autem medicus inueniret
ibi uarietatem aliquam impedientem
eam suauiter et conueniter remoueat
et in bona dispositione et forma debita me
brum disponat quamquam ligationem me
brum lesum seu fractum ligatur et nouo

emplastrum

astelle superiores [illegible] interiores aliis

in mouens [illegible] coxa

flora

110

debet sapiens restaurator considerare locum in quo fuerit fractura utrum appareat ibi aliqua eminentia aut non Si autem inventa fuerit ibi aliqua eminentia seu aliqua deformitas operatur illa eminentia vel deformitas cum plumaceolis et astellis ut removeatur et membrum ad formam redeat propriam Et hoc fiat post aliquam ligationem ossis facta fuit vel vulneris quia postquam ligatio fuerit indurata non potest medicus in ea recte aliquid operari Dieta eius in principio sit cum suco farine ordei vel spelte vel siliginis vel avene aut cum spinachiis lactucis boragine cucurbita et elixatis cum lacte amigdalarum Et potus eius sit vinum decoctum vel aqua in quibus de amplius eis de aqua misceatur vel aqua decoctionis primorum ficuum vel aqua decoctionis radicis feniculi et petrosilini et hoc usque ad securitatem ne apostema generetur in loco Post securitatem vero utatur bono vino rubeo et claro lymphato secundum medietatem et minus et sumat vinum muscatum clarum odoriferum cum aqua admixtum et utatur ex similibus porcorum et vitulorum et iunioribus avium quia ista faciunt ad citam et velocem generationem pori et ad velocem restaurationem et fortem potest etiam uti carnibus castratorum et arietum annualium et edorum et agnorum magnorum et carnibus volatilium non degentium in aquis et carnibus gallinarum et pullorum et fasianorum et anserum et feniculi et petrosilini et boragine et similibus cum carnibus Si autem vulnus fuerit cum fractura magnum quod sutura indigeat consideranda si ibi sunt partes ossis separate que stare non possunt tunc removeas eas et postea ordinatis partibus ossis separatis que stare possunt cum pulvere qui sic fit Recipe mastices gummi arabice ana ℥ I mirre sanguinis draconis ana ℥ S pulverizentur et cribellentur Post hoc equetur membrum et restituetur figura membri prout superius diximus et insudentur

astelle secundum figuram vulneris et ligatura ita ut in medio hora restaurationis ordinetur quod vulnus omni die semel aut bis possit videri secundum quod necesse fuerit Super vulnus vero ponitur magnum et super suturas ponatur pulvis dictus et super pulverem ponantur mundificativa et confortantia loci ponatur omni die emplastrum quod sic fit Recipe mellis ʒ 10 olei lb. S farine ordei vel volatilis vel siliginis ℥ III pulveris superdicti qui ponitur super suturas ℥ I S incorporentur fiat inde hoc emplastrum et pulvis curetur omni die vulnus cum sutura et vulnus quod non sutur usque ad perfectam mundificationem et incarnationem Loco mundificato et incarnato consolidetur cum pulvere qui sic fit Recipe nucis cipressi gallarum mirre thuris ana ℥ I pulverizentur et cribellentur Dieta non variatur in isto casu a modo dicto superius nec potus Si vero apostema ibi appareat curetur cum maturativis et incisione et mundificativis et aliis ut dictum est in capitulo de apostemate calido famoso generato in carne. Sequitur

Capitulum XIII de fractura focilium cruris

Franguntur focilia cruris aliquando ambo et aliquando unum tantum et aliquando disiunguntur ambo aut unum tantum Si autem contingat ut ambo focilia frangantur sine vulnere bonum est et quemadmodum ut medicus ante equationem preparet sibi omnia necessaria ad restaurationem et bone defensionis et bone ligationis et bone aliarum rerum que faciunt ad hoc de quibus determinavimus de fractura ossis focilium brachii Unde cum est ut restaurator hora equationis habeat unum ministrum qui teneat genu tenens fracti extensum et ipsum extendat et relaxet secundum quod restauratori videbitur Et alium ministrum qui pedem cum

Exemplum sive unctura

pulvis consolidans

Si apostema ibi appareat

Si ambo frangantur

De fractura focilium cruris

talcaneo et canicula teneat firmiter et eum extendat et relaxet usque ad finem equationis prout restauratori videbitur. Et tertius cum ambabus manibus crus sustineat in medio. Quibus ordinatis habeat medicus peciam longam et latam secundum quod crus fuerit et infundat eam in oleo rosato et eam exprimat bene et ponat eam supra totum crus. Et post istam ponat aliam peciam cum emplastro dicto superius in capitulo de fractura coxe. Et super istam peciam ponat duas faldellas stuppe vel tres secundum grossitudinem cruris. Et super istas faldellas ponat astellas iiii vel vi secundum quod membrum fuerit. Et super astellas ponat faldellas alias et super istas fiat ligatio cum benda cuius latitudo sit trium digitorum et cuius longitudo sit secundum quod fuerit necessarium ad ligandum totum crus. Incipiat ergo fieri ligatio super locum fracture et fractum cum una parte bende et procedat versus genu et femoris plicaturam in loco ut melius tibi fuerit hinc inde defendatur. Et cum alia parte bende procedatur cum ligatura versus pedem. Astelle sint involute ex stuppa et sint tante longitudinis ut est crus et non plus propter quod iste astelle non possint in talcaneo neque in capite patelle neque in curvatura genu aliquid offendere. Super istam autem ligationem fiat alia ligatio cum benda eiusdem longitudinis et latitudinis ut fuit alia et nectetur cum filo et acu revolutionibus quibus. Et incipiat fieri ligatio cum ista benda ultima ab inferiori parte circa talum procedendo usque ad genu et semper locus [marginal note: hec sit stricta minus] lesus stringatur etiam magis quam extrema. Si non fiat in hac prima benda strictura neque cum stricta ex qua proveniat nimius dolor seu stupor aut timor [illegible] et inflatio in membro quod hoc non est bonum posset in infirmo ex tali strictura membrum amittere vel ad paralisim converti.

Super ultimam vero bendam fiat ligatio cum bendello cuius longitudo sit sufficiens ad ligandum et firmandum totum; cuius latitudo sit sicut latitudo unius digiti. Completa ligatione tota stringatur extrema membri super genu et circa genu sic per crus et pes etiam cum illis partibus cum defensivo facto ex succo solatri vel sempervive et oleo rosato et bolo armeno et aliis cum aceto. Floebotometur autem de manu contraria ex epatica vel splenetica vel saphena in nature fiet ut quod assellet omni die bis vel semel cum clistere vel suppositorio. Solvatur autem de tertio in tertium vel de quarto in quartum et visitetur omni die ut ne quid nocumenti ibi nascatur cum medico non possit cum instrumentis et medicinis convenientibus obviare. Et si secunda vel tertia ligatione aliqua alia eminentia indebita visa fuerit loco fracto cum plumaciolis et duricia astelle ita comprimatur super inventu doloris ita quod redeat ad statum debitum et melius proprium figuram ex tali compressione acquirat et sic continuetur operatio usque ad finem. Si autem in fractura fuerit vulnus magnum vel parvum consideretur si ibi sint partes ossis separate que stare non possint tunc eas removere et non tangeas de causa medulle ut diximus capitulo de fractura adiutorii et postea coniunge partes cum sutura. Hoc facto equa membrum et munde de astellis ad formam vulneris et ordina ligaturam quod vulnus possit omni die videri a medico et mundari. Super suturam ponas pulverem consolidativum et super pone emplastrum desensivum mundificativum et consolidativum usque ad incarnationem vulneris incarnato consolidetur et eodem modo procedas si vulnus parvum fuerit non indigens sutura. De dieta et potu quo ad tempus infirmitatis et ad debilitatem et ad fortitudinem satis superius disputavimus in consimilibus casibus tibi sufficiat quod dictum est

De fractura rotule genu

Caplm xiiii de fractura rotule genu·

Or os frangit͛ et s͛m latu
et s͛ longum et h° sentit͛
ex tactu et visu quomq̄
modo fiat non requirat nisi ut extr͛
et restauret͛ manib͛ medici cum tenue
extenso ultima extension Et post
equatioe ponat͛ emplr͛m de aliq̄
firmaz et puluib͛ ut dcm̄ est
supius de fractura ossis coxe eciā
pteq̄ m isto cū non pō ̄ yetuo m
fusa in olo ro eo q͛ hoc membrū cum
frangit͛ non requirit gstrictōi et
coadunatiōi ptium et quietes et po
emplr͛m ponat͛ circa locum defensiū
cum olo ro et suco solat͛ l͛ semp̄viue
et bo ar et aliq͛ tale acutū Et post
istud ponant͛ faldelle stuppe et
plumaceoli ut locus firma remaneat
Et sup hoc fiat ligat° cū benda cu
latitudo sit circa digitos iiii͛ et fir
met͛ bn̄ ligat° cū filo et acu et fiat
sic ordinati de t° in t͛ᵐ et plus et
mīs s͛m q͛ medico videbr͛ Flobot͛
de man̄ comunia ex uena q̄ est inter
anularē et auricularē digitum vel
fiat scarificat° in natic͛ Vel fiat dis
tere l͛ suppo͛ᵗᵐ ut infirmo oī die
bis l͛ semel assellet Dieta et potus
ordinent͛ s͛m tempora et fortitudies
et debilitatē ut supius dcm̄ est Se͛

Caplm xv· de fractura ossis calcanei R̷

Contingit os calcanei fran
gi qd cognoscit͛ ex tactu
q͛ ex tactu inueniut͛ ptes
ipsius ossis cedentes sub tactu s͛m
longum aut s͛ latum et modo ponsio
nis aut casus fiant ad h° et dolor
post inquisicō l͛ inuentioe fracture no

requit͛ nisi emplastro supplocum sim
olo ro· siue emplastrum qd sic fit R͛ fa·
fabaru͛ l͛ silig͛mis l͛ ordei l͛ siccercle
uel volantie lb· s͛ mastic͛ dra· gm̄
ara· aii ʒ i nume bo ar· aii ℥ s
terant͛ et cribellent͛ et incorpent cū
albumibus ouorum ut sit ualde molle·
Sup emplr͛m vō istud positum sup
petiam et sup locum lesum ponat͛ faldel
la vna stuppe in aqua infusa et
bn̄ expssa Et sup faldellam ponat͛
astella vna de salice l͛ de alio ligno
quemcū forma eius sit ad modum
calcanei Et sup istam astellam ponat͛
faldella vna de stuppa Et sup istam
fiat ligat° cū benda cu latitudo sit
trium digitos· iiiᵒʳ et firmet͛ cū liga
tione et aliis bn̄ locus ut nō mo
ueat͛ Et in oī inuolucōi bende fiat
sutura cū filo et acu Circa locum
